This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08248976 0

NAS[illegible]
Heumann[illegible]

CONSPECTVS
REIPVBLICAE LITERARIAE
SIVE
VIA AD HISTORIAM LITERARIAM
IVVENTVTI STVDIOSAE
APERTA
A
CHRISTOPH. AVG. HEVMANNO D.

EDITIO OCTAVA

QVAE IPSA EST
NOVAE RECOGNITIONIS PRIMA
PROCVRATA
A
IEREMIA NICOLAO EYRING
PHILOS. PROF. P. O. IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA.

ASTOR LIBRARY NEW-YORK

HANNOVERAE
IN BIBLIOPOLIO AVLICO APVD FRATRES HELWINGOS.
MDCCLXXXXI.

Heumann N° 30

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK.

IEREM. NIC. EYRING
lectoribus
S. P. D.

Conſpectus reipublicae literariae, ab. CHRISTOPH. AVG. HEVMANNO an. 1718 primum propoſiti & deinde ab eodem ſaepe retractati, cum nouam editionem exhibere ſuſtineo, eamque multis modis auctam aptiusque diſpoſitam, geſti in alieno opere negotii vt ratio reddatur tanto magis neceſſe eſſe videtur, quanto certius intelligo, me haud mediocris difficultatis & ambigui iudicii rem aggreſſum eſſe. Operae itaque ſuſceptae & occaſionem & adhibitam rationem breuiter exponam.

 Sub

Sub initium anni 1789 *Helwingi fratres*, viri humaniſſimi & amiciſſimi, qui eius libri redemtores facti erant, literis me certiorem fecerunt, nouam Heumanniani opuſculi editionem parandam eſſe; ſimul rogantes, vt de hoc libro augendo, recentiſſimis temporibus & omnino amplioribus rei literariae opibus accommodando, in conſilium venirem ac proderem, ſi quem noſſem, qui eam curam recipere poſſet & vellet. Ac rem quidem ipſam, quam propoſitam nunciabant, equidem, ob bona multa, in Heumanni inſtitutionibus rei literariae deprehenſa, vltro approbaui. Complectebantur enim modico volumine materiem literariam pleniorem, quam huius generis libri alii paene omnes, eamque haud incommode ſecundum ſpecies digeſtam, traditamque oratione perſpicua & cum delectu, quamuis intermixtis longioribus nonnunquam excurſibus, qui tamen ipſi plerumque ad doctrinae copioſae & accuratae diuerticula abducebant, doctis lectoribus haud ingrata, in quibus hi libenter commorari videbantur. Quibus rebus factum eſt, vt libellus non ſolum tironum ſtudiis aptus, ſed ipſis adeo viris doctiſſimis carus lectuque dignus videretur. Accedebat vero ad haec omnia, fortuna ſingularis, quae, raro exemplo, libello, ab huius ſaeculi primordiis vsque ad eius paene exitum, perpetuo propitia manſit. Namque tot annorum vſu plerarumque in Germania ſcholarum, Gymnaſiorum & Academiarum (*), familia-

(*) Libri Heumanniani notitia ad exteras etiam gentes peruenit eiusque adeo noua editio extra Germaniam in

liaris factus erat, largiſſimis autem virorum doctorum commentariis, vt *Gundlingii*, *Struuii*, *Bouginei*, illuſtrandi multa adminicula acceperat, quae docentium diſcentiumque operam ſubleuarent ac proinde libelli vſum diuulgarent eiusque auctoritatem confirmarent. Librum igitur talem, dotibus egregiis inſtructum, multis ſubſidiis adiutum, fama diuulgatum, fauore inſigni exceptum atque per longam annorum ſeriem in ſcholis regnantem, de nouo edere eumque nouis augmentis inſtruere, ob hiſtoriae literariae ſtudium adiuuandum, admodum conſultum eſſe videbatur.

Ad alteram propoſitam quaeſtionem, cui libelli, nouis augmentis locupletandi, cura demandanda eſſet, non auſus quidem ſum quemquam nominare, qui id oneris libenter ſuſceptu-

in ipſa Italia facta eſt, quamuis, ſuperſtitionis cauſſa, mox oppreſſa. Documento eſt narratio, quam ſuis verbis b. Heumannus proxime antecedentium editionum fini adiecerat. „*Silentio*, inquit, *non praetereundum eſt, hunc* Conſpectum reip. lit. *an.* 1749 *iuſſu Epiſcopi Altamurenſis, quae vrbs non procul Neapoli iacet, in foro publico combuſtum eſſe. Erat in hac vrbe excuſus, praeſcripto tamen* Baſileae *nomine. Literarum vero figurae docuerunt, librum excuſum eſſe* Altamurae. *Iuſſit omnia exemplaria ad ſe adferri, & eum, qui vel vnum ſecum retineret, excommunicauit. Scilicet in meo libro multa reperiebat, ſuae religioni contraria. Retulit hoc mihi* Gaudius, *Eques Neapolitanus, qui tunc adhuc vixit Neapoli, ibique erat D. & Prof. Iuris, & inde, abiecta religione Pontificia, Gottingam venit & nunc Profeſſor Iuris eſt in Academia Giſſenſi.*“

rus videretur, ſed quam rationem in procuranda noua libelli editione adhibendam eſſe putarem, ingenue expoſui. Atque hanc cum adoptaſſent Helwingi, porro iidem a me petierunt, vt, cum editionis curam non omnino recuſaſſem, praeſtarem ipſe, quae in libello, vel addendo vel alio modo, facienda cenſuiſſem. In quam eorum voluntatem lubenter conceſſi, ſtudii literarii amore incitatus, quod praeſertim munus in Bibliotheca regia academica, a viginti ſeptem annis geſtum, velut officii partem primo iniunxerat ac deinceps multis modis aluerat. Neque voluptate carebat, pro viro, cui in alio muneris genere ſucceſſor conſtitutus eſſem, in hoc etiam opere ſubſtitui.

Quandoquidem igitur rem inſtitutam non ſolum conſiliis adiuui, ſed quae animo & conſiliis praeceperam, ipſe ſum executus, meum eſſe plane intelligo, ea, quae facienda propoſuiſſem atque effeciſſem ipſe, ſingulatim indicare eorumque cauſſas afferre.

Summa conſiliorum meorum eo ſpectabat, vt b. *Heumanni inſtitutiones literariae*, quae diuturno vſu in republica literaria iam inſignem auctoritatem & in ſcholis familiaritatem conſecutae erant, adiecta noua rerum copia ita augerentur aptoque ordine ita dilucidae & commodae redderentur, vt & ſcholis literariis, *enchiridii loco* porro inſeruirent, & viris doctis velut *repertorii vices* praeſtarent; non quo res ad diſciplinam literariam pertinentes omnes ac ſingulae

eſſent

eſſent deſcriptae, ſed quod plurimarum tamen rerum loculos, ſeu rerum omnium claſſes & ſpecies deſignatas exhiberet, eum quidem in modum, vt his ipſis praecipua argumenta parata reperiri, reliqua autem, a doctis lectoribus vlterius & aliunde cognita, facile annotari poſſent; quo proinde viri docti libenter, tanquam libro familiari in re literaria, vterentur.

Quod propoſitum vt aſſequerer ac nihilominus Heumannum ſeruarem, nec nouum contexerem opus, tria potiſſimum facienda putaui.

I. Prima cura fuit *ordinis* ac *diuiſionis*, quam in antiquis editionibus paſſim vitioſam deprehendebamus. Vt libellus vniuerſae diſciplinae literariae adaptaretur & propius ad iuſti ſyſtematis formam accederet, opus eſſe videbatur, ea, quae libelli auctor ex arbitrio poſuerat, ad rei ipſius naturam accommodare. Namque cum rem literariam vniuerſam proponere conſtituiſſet Heumannus, res tam varia ac multiplex vtique in ſpecies & claſſes deſcribenda erat. Quod quamuis ab eo non omnino omiſſum eſſet, tamen diuiſio rudior erat & diuerſi generis ſpecies confuſas comprehendebat. Quare ante omnia duo genera rerum, in prioribus editionibus, vt vulgo, haud diſtincta, accuratius diſcernere inſtituimus; primo res, ad *ſtatum literarium* pertinentes, tum res, *literarum* i. artium & diſciplinarum *hiſtoriam ac monumenta* ſpectantes. Neutra pars omittenda nec vna cum alte-

ra confundenda erat. Quod enim in tradenda hiſtoria ciuili diu obſeruatum erat, vt antiquitatem & reipublicae conſtitutionem praeſentem ab ipſa rerum geſtarum ſerie ſeparatam explicarent, id ipſum nec in re literaria diutius conueniebat negligere. Itaque in duas partes opus vniuerſum deſcribendum duximus, quarum prior antiquitatem & inſtituta literaria ſeu *archaeologiam* & *ſtatiſticen literariam*, poſterior literarum ipſarum origines & progreſſus earumque extantia monumenta i. *hiſtoriam artium* & *diſciplinarum* referret. Partem alteram, quae archaeologiam & ſtatiſticam literariam tradat, *Apparatum literarium* appellauimus, vt vno nomine vtrumque argumentum complecteremur; alteri operis parti, qua literarum ipſarum fata ſint exponenda earumque monumenta recenſenda, *Hiſtoriae literariae* nomen, vt proprium, indidimus. Cuilibet parti ſpecies vel partes ſubiectas attribuimus, ad eam rationem, quae in opere ipſo pag. 70 ſqq. eſt deſcripta. Hanc operis diſtributionem, nunc certe aliquanto accuratius, quam prius, factam, ſi nihilominus imperfectam deprehendas, memineris, operis antiqui vbique rationem habendam, neque opus nouum exſtruendum, ſed antiquum reficiendum & inculcandum fuiſſe, in quo non integrum fuerit, omnia loco mouere ac de nouo diſponere. In poſteriori parte, proximo demum anno in lucem edenda, id maxime offendere poterit, quod, duce Heumanno, artium ac diſciplinarum hiſtoriam duplici methodo, altera *analytica*, altera *ſynthetica* enarrare inſtituimus. Res, fateor, inutilis repetitionis ſpeciem habet,

qua

qua inducti nonnulli facile exprobrare poſſunt, crambem bis coctam proponi, eandem materiem in duas formas cogi ac putida diligentia omnia ad formulam referri & ad vulgaris conſuetudinis duplicem modulum confingi & exornari. Sed talem reprehenſionem non multo negotio repellere licet. Quae vulgo ſynthetica appellatur methodus, ea non vana formula vel eiusdem argumenti mutata ſpecies, ſed totius ſtudii literarii extrema pars eſt, qua demum illud vniuerſum abſoluitur & ad propoſitum finem perducitur. Nam ſi omnium temporum populorumque ſtudia literaria inueſtigauerimus relictaque literarum monumenta perluſtrauerimus, cuncta denique redeunt ad hoc, vt, quantum, doctorum virorum ſtudiis per tot ſaecula & inter tot gentes, in ſingulis artibus ac diſciplinis ſit effectum & ad quem amplitudinis ac perfectionis gradum ſingulae ſenſim euectae ſint, quaeramus atque exploremus. Quam quaeſtionem cum expediat ea ipſa ratio, quam vulgo ſyntheticam appellant, apparet, hanc totius hiſtoriae literariae ſingularem eamque praecipuam partem & vltimum quaſi fabulae actum eſſe, qui ea, quae diſiecta erant, collecta exhibeat & ſtudiorum communium velut exitum & euentum demonſtret. Quae cum ita debeamus exiſtimare, tantum abſit, vt rem ipſam, quam ſynthetica hiſtoriae literariae ratio continet & explicat, conſiliumque quo ea tendit, reprobemus vanumque aeſtimemus, vt id potius vniuerſi ſtudii literarii caput eſſe, plane perſuaſum habeamus. Hoc vnum modo reprehendamus, quod, impoſito incommodo nomine, haec pars a reli-

quo corpore diuulſa ac tanquam ſeparata diſciplina propoſita eſt.

II. Altera officii, nobis impoſiti, pars erat, vt poſt triginta fere annos, qui a nouiſſima editione defluxerant, e collecta interea noua rerum copia, *libellum ſuppleremus* & *augeremus*. Priſtinis itaque, multis locis multa, quae opus videbantur, temere tamen nihil, adiecimus. Auctibus vero haud paucis neque exiguis libellum hac noua editione creuiſſe, ex ipſa mutata eius mole coniicere licet. Nam cum haec *prior* inſtitutionum literariarum *pars*, qua archaeologia & ſtatiſtica literaria continetur, proxime antecedentis editionis capita quinque, I. II. III. VI. & VII complectatur, quae libelli pars ante quindecim plagulis conſtabat, altero tanto maiorem & ampliorem factum eſſe librum, obiter animaduertes. In iis ipſis vero, quae adiecimus, non rerum promiſcuam turbam ſectati ſumus, ſed delectum adhibuimus, ita vt omnia ad cognoſcenda idonea literarum ſubſidia & ad propoſitam iuuentutis literarum ſtudioſae vtilitatem referremus, ab hoc conſilio autem aliena omitteremus vel leuiter attingeremus. Supplementa ipſa, ſecundum argumenti diuerſitatem, in duo genera deſcribi poſſunt: pars pleniorem rei literariae deſcriptionem continet, pars librorum notitiam exhibet, vnde vberior rerum cognitio peti poſſit. Singula recenſere tanto minus licet, quanto eorum copia & varietas eſt maior. Inſignioris amplitudinis additamenta opus accepit in *explicanda H. L. notione* §. 1 - 9. in *recenſu auctorum H. L.* §. 18 - 35. in *deſcriptione*

ſub-

ſubſidiorum rei biographicae §. 39-44. in enarranda *hiſtoria* tradendisque *rebus aliis ad artem ſcriptoriam pertinentibus* §. 86-99. in *notitia artis typographicae* §. 106-110. in *hiſtoria & recenſu ephemeridum literariarum* §. 115-121. in *notitia Codd. MSS. Inſcriptionum & Numorum* §. 123-126. item *librorum rariorum* §. 137-141. Loci vero, qui Capite IV tenentur, de *bibliothecis*, *ſcholis*, *gymnaſiis* & *literarum vniuerſitatibus*, *ſocietatibus literariis*, denique de *bibliopolio*, nunc primum integri ac de nouo, reliquo corpori adiuncti ſunt.

III. Denique curae erat, vt, quamuis multis argumentis transpoſitis, multisque adiectis & inſertis, operisque diuiſione & diuiſionum ſignis mutatis, tamen *primi auctoris labor*, *propoſita ab eo rerum expoſitio verborumque adeo contextus conſeruaretur*, ac talis praeterea ratio inueniretur, qua *nouae cum antiquis editionibus comparatio facilior* redderetur. Hoc poſtulabat Heumanniani nominis reuerentia operisque ipſius praeſtantia, poſtulabant etiam commentarii, in breuiarium Heumannianum ſcripti, quorum vſus noua editione non tollendus vel impediendus, ſed ſuſtinendus & adiuuandus erat. Rem vero ita inſtituimus. Primo temere abiecimus nihil; addendoque quam abiiciendo, officio noſtro fungi maluimus. Qui hanc nouae recognitionis editionem cum priſtinis comparauerit, is incertus erit, vtrum verecundiam religionemque noſtram potius laudet, an ſuperſtitionem vituperet. Et enim niſi manifeſta eſſet ratio, quae aliam ſententiam ſequi vel rem plenius accuratiusque tradere ſuaderet, vbique & in iis adeo

locis,

locis, vbi immixta erant, quae a conſilio libelli aliena & ſuperflua viderentur, Heumanno ſua ſeruauimus. Vbique religioni ducebam, abiicere quidquam; quamuis haud pauca occurrerent, quibus hic liber, ſaluo eius conſilio, carere poſſe videbatur. Subinde vbi vel diſſentiendum vel res plenius exponenda erat, priorum editionum verba in margine appoſuimus. Deinde, cum rerum nexus & continua ſeries requireret, vt e notis nonnulla in contextum reciperemus vel e contextu in marginem reiiceremus, omiſſa ſuppleremus, multaque argumenta interpolaremus, ob haec ipſa autem & e ſyſtematis ratione diuiſionis & numerorum alium ordinem adoptaremus, appoſitis ad initia paragraphorum veterum editionum numeris effecimus, vt, quem locum quaelibet in priſtinis editionibus habuerint & vbi ſingula ſint quaerenda, ſtatim cognoſci poſſit. Ita quoties tua intereſſe arbitreris, vel *Gundlingii* verboſos ſermones inſpicere, vel *Struuii* breuiores annotationes conſulere, vel *Bouginei* vberiorem expoſitionem adhibere, ſingulis paragraphis adiunctum habebis indicem, qui te regat eoque, quo voles, deducat. Adiectus principiis paragraphorum *numerus Romanus prior*, priorum editionum *caput*, *poſterior*, eius capitis *paragraphum* indicat.

Iam vniuerſo conſilio, quod propoſitum erat, explicato, rationibusque, quas in ſupplendo & expoliendo hoc opere ſecuti ſumus, declaratis, reliquum eſt, vt pro vna maxime re cauſſam dicamus, quam ambiguo iudicio obno-

xiam

xiam futuram in praefationis principio diximus. Quum in alieno opere verſaremur, annotatione noſtra illuſtrando nouisque additamentis augendo, in diſputationem venire poterat, vtrum in opere ipſo nonnulla mutare, emendare, addere, abiicere adeo liceret, an a reliquis ſecernenda notisque ſignanda eſſent, quaecunque alieni operis editor ad librum augendum & expoliendum afferenda putaret. Nobis quidem de iure mutandi, inſerendi, augendi non ambigendum videbatur in opere, quod ab auctore derelictum erat, quodque natura ſua & vt porro vſui reſponderet, augmenta & mutationes neceſſario requirebat. Quod cum plane exploratum haberemus, tum vero multae aliae rationes ſuadebant, vt in opere potius ipſo mutationes faceremus, quam multiplicatis ſignis a reliquo corpore diſtingueremus, quae aut adiicienda aut transponenda aut pluribus verbis explicanda viderentur. Primo haec ratio potior & quodammodo neceſſaria videbatur in libello, in vſus tironum ac ſcholarum ſcripto, qui rerum expoſitionem planam ac continuam poſtulabat, adſperſa vel potius interſperſa annotatione haud interruptam. Deinde confirmabant nos virorum praeſtantiſſimorum exempla, in aliis operibus obuia, vt Melanchthonis in *Naucleri* (**) *Chronico*, Dathii in *Glaſſii Philologia ſacra*, Iugle-

(**) Vid. *Viti Winshemii* Orat. funebr. *in obitum Melanchthonis*, in *Strobel's Neuen Beytr. zur Literatur*, *Vol. II. p.* 247. vbi haec verba leguntur: „Praefuit (Melanchthon) typographicae officinae Anshelmi aliquan-

Iugleri in *Struuii Introductione in notitiam rei litterariae*, Meuſelii in *Buderi Bibliotheca hiſtorica*, Maſchii in *Longii Bibliotheca ſacra*, Eſchenburgii & Klügelii in *Hedericianis*, aliorum in aliis libris. Denique b. Heumanni ipſius auctoritas accedebat, cuius quippe conſilio ac voluntati iſte modus vel maxime conſentaneus videbatur. Namque cum is ſimili ratione in priſtinis editionibus vſus eſſet, ita vt paſſim textum augeret & interpolaret, ipſe velut praeſcripſit, quid in eodem libello, quoad eius vſus vigeret, augendo, ab aliis vellet fieri.

De reliquis, quae in reprehenſionem cadere poſſunt, non magnopere me excuſabo lectoribus, quorum aequitatem, quo doctiores ſunt, tanto maiorem futuram ſpero. Quamuis enim curam & diligentiam ad hoc opus recognoſcendum, emendandum augendumque contulerim haud mediocrem, tamen dubitandum non eſt, & ineſſe nonnulla, quae cum aliis tum mihimetipſi diſpliceant, & abeſſe contra, quae ſatius fuiſſet, non omittere. Talia, quae forte per errorem vel omiſſa vel commiſſa fuerint, pro humanitate ſua lectores partim communi hu-

quando. Excudebatur tunc illud grande hiſtoricum volumen *Naucleri*, in quo multa, quae corrupta erant, ipſe emendauit, mutila multa compleuit, confuſa in ordinem redegit, obſcuris lucem reddidit, ſuperuacanea praecidit, effecitque, vt is liber, qui antea erat farrago verius, quam integrum hiſtoriae corpus, poſtea a multis & adpeteretur & magna cum vtilitate legeretur." Eadem ferme relata legimus in *Camerarii Vita Melanchthon.* p. 16.

humanae conditionis ſorti imputabunt, quae nunquam ab omni labe tuta eſt, partim literarum generi, in quo diligentia noſtra occupata fuit. Nam res literaria, cuius notitiam vel deſcriptionem exhibuimus, ob eius infinitam paene copiam & varietatem, id proprii habet, vt viros, me multo doctiores & ſagaciores, nonnunquam fallat & in errores inducat. Praeterea rerum ſcriptorumque nonnullorum omiſſa commemoratio, ob libellum multo prius manu exaratum librariisque traditum, quam typis exſcriberetur; qua interpoſita longiore editionis mora factum eſt, vt, quae poſt dimiſſas ſchedas meas innotuerint, haud liceret adiicere. Eiusmodi res diligenter annotaui, operi, ad finem perducto, appendicis loco & tanquam ſupplementa adiicienda. Expungendis librariorum erratis, quo vitiorum genere ſeptimam editionem magis, quam ſex priores, deformatam deprehendimus, omni modo proſpectum eſt. Plus praeſtitiſſem, niſi locorum diſtantia impedimento fuiſſet; quam ob rem, praeſertim in primis operis plagulis, nonnulla excuſanda ſunt, quae tamen lectorem doctum non admodum turbabunt. Caeterum bene mecum agent ac benigne de hoc libro iudicabunt, quicunque ab iis, quae noua hic liber acceperit quibusque praeſtet & reliquas editiones antecellat, ei pretium ſtatuant, nec ea potiſſimum, quae deſint vel vitii aliquid continere videantur, cum ſtudio exquirant & exprobrent. Attamen eorum quoque munus gratum acceptumque erit, ſi qui, literarum & amicitiae cauſſa, omiſſa vel quouis alio modo peccata obſeruare & ſingula

adeo,

adeo, quae deſiderentur, vel priuatim vel publice mecum communicare velint. Hanc ſimul veniam ſimul benignitatem ſi lectores precibus meis conceſſerint, tum vero ego, ipſorum fauore excitatus doctaque & humana admonitione adiutus, operam & ſtudium nauabo, vt hunc librum & auctiorem & emendatiorem reddam hasque rei literariae inſtitutiones vel ſupplementis ſeparatim exhibendis vel noua procuranda editione magis magisque perficiam. Ita valete meisque ſtudiis fauete! Scripſi Gottingae in alma Acad. Georgia Auguſta m. Iulio 1791.

Collectae

Collectae priorum ſeptem editionum Praefationes.

I.

Prima operis dedicatio

ad

IO. BURCH. MENCKENIUM, I. V. D.

Regis Polon. Conſil. aul. & Hiſtoriographum, Soc. Reg. Brit. Collegam, in Acad. Lipſ. Prof. Hiſt. Publ. Ord. Reip. literariae Senatorem praeſtantiſſimum.

Duo elapſi ſunt anni, *Excellentiſſime* MENCKENI, cum iuuentutem, fidei meae commiſſam, hiſtoriae literariae notitia impertiendam duxi. Inuitabat me ad aperiendas huius generis ſcholas cum manifeſta iſtius tractationis vtilitas, tum etiam argumenti ſuauitas, qua velut inescanda videbantur illa quoque ingenia, quae alioquin valde mediocri afficiuntur literarum amore. Iamdudum enim perſpexeram, maximam fugientium literarum culpam eſſe in iis doctoribus, qui ne adultioribus quidem diſcipulis quicquam, niſi dapes memoriae ſummo cum faſtidio inferciendas, apponunt, adeoque ludum literarium in piſtrinum conuertunt. Hinc ad philoſophiae ſacra viam ipſis praeibam, ac ſtatim deprehendebam, literas haſce, licet ſeueriores,

non ſine voluptate tractari ab erectioris ingenii diſcipulis, hosque, me duce, horas, linguis addiſcendis deſtinatas, libentiſſime diſtinguere cultura realium, quas vocant, diſciplinarum. Nimirum ea vis eſt ſapientiae, vt ſua pulcritudine rapiat ad ſe quosuis non plane ſanae mentis expertes, maxime iuuenes, quos tantum abeſt, vt diſcere pudeat, (hoc enim ſeniorum eſt vitium,) vt potius impenſe laetentur, ſe priſtinis erroribus exui & in veritatis adytum admitti. Nec vero ſatis iam feciſſe videbar muneri meo, quod in formandis verſatur adoleſcentum ingeniis. Reſtabat enim hiſtoria, cuius ignoratio dedecori eſt, notitia non honorem ſolum, verum etiam fructum permagnum affert. Emetiebar itaque primum vna cum auditoribus meis patentiſſimum illum hiſtoriae ciuilis campum, eiusque tria interualla, doctiſſimo illo *Cellario* facem praeferente, perluſtrabam. Inde filum ſecutus *Buddei*, viri πολυμαθεστατȣ, philoſophorum decurrebam hiſtoriam, ac modo cum Ariſtotele deambulabam, modo Epicuri hortos ingrediebar, nunc cum Democrito ridebam; nunc gemitus edebam cum Heraclito, etiam cum Copernico ſolem ſiſtere gradum iubebam. Cumque haec hiſtoria pars ſit, eaque non poſtrema, hiſtoriae literariae, deinceps longius progrediebar, & vniuerſae reip. literariae faciem diſcipulis meis repraeſentare conabar. Quod conſilium exſecuturo mihi cum nullus ſuppeteret liber, quem ſequerer ducem quae enim exſtant Introductiones, ingenii induſtriaeque ſingularis laude haud fraudandae, *Struuiana* & *Reimmanniana*, hiſtoriam literariam vn

ue

uerſalem, *capite quarto* (*) a me deſcriptam, prorſus omiſerant: cogebar ipſe ſynopſin literariae hiſtoriae conficere. Ita enatus eſt hic, quem TIBI offero, libellus, exiguus ille quidem, at ea tamen, niſi fallor, complexus, quae qui a doctore paucis illuſtrata recte perceperit memoriaque comprehenderit, tantos habere videtur in hiſtoria literaria profectus, quanti ſufficere poſſunt ei, qui non totum ſe excolendae huic hiſtoriae dedere conſtituit. Vt autem ſcias, VIR honoratiſſime, quam ſecutus ſim rationem, libellum hunc in auditorio meo pertractans, primo libros, de quibus diſſerendum erat, oculis diſcentium ſubiiciebam & perluſtrandos dabam. Hinc delatus ad mentionem viri cuiusque ingenio clari, de eius aetate ac libris, item de perſona ſatisque eius proferebam, non quae dici poterant, ſed quae maxime memoratu erant digna. Incluſeram enim pertractationem huius libelli ſpatio ſex menſium: adeoque, ſi magis vanam multarum rerum librorumque cognitionem iactare, quam auditorum meorum vtilitati conſulere voluiſſem, vbique potuiſſem eſſe longior. Huius breuitatis ſtudio etiam ſola nomina eruditorum, qui adhuc in viuis ſunt, adduxi, reciſo titulorum praeconiorumque ſyrmate: qua in re aliorum non ignobilium ſcriptorum ſecutus ſum exemplum, qui veriti fuiſſe videntur, ne ea res adulationis ſuſpicionem moueat, ac legentibus taedium afferat. Nominare magnos viros eſt eos laudare. Ad minorum autem gentium deos quod attinet, eos mea quidem mediocritas magnos facere non valet, licet vocarem Ariſtotele

(*) Nunc quidem Partis ſecundae capite primo.

eruditiores, Platone celebriores, Argo oculatiores, excellentia denique ipſa excellentiores. Forſitan deſiderabit quispiam vberiorem deductionem capitis quinti (*), ratus, ibi exponenda dilucidius fuiſſe fata diſciplinarum ſingularum. Mihi vero videbatur id alienum a propoſito meo, quippe cum, hiſtoriam literariam vniuerſalem tractare contentus, ſpecialiora iure meo miſſa fecerim. Accedit, quod ſingularum diſciplinarum hiſtoria rectius ipſis diſciplinis vtiliusque annectitur, v. g. pertractata Logica doceantur auditores, a quibus initiis profecta haec diſciplina, quam impeditos ſubinde curſus habuerit, donec ad eum ſplendorem, quo nunc quidem gaudet, fuerit deducta. Atque hunc ego quoque morem ſequi meis in ſcholis philoſophicis conſueui.

Caeterum Tibi, *VIR conſultiſſime excellentiſſimeque*, TIBI potiſſimum hunc dedicare librum volui, non propterea ſolum, quod idoneus eiusmodi librorum iudex es, ſed quod tanta TVA exſtant in rem literariam merita, vt grati animi officio tibi deuincti ſint, quotquot non perfunctorie colunt literas. Vt enim caetera taceam, TVIS auſpiciis editum eſt *Lexicon hiſtorico-literarium*: TVIS auſpiciis publicantur *Nouellae literariae*: TVIS auſpiciis Germania habet *Acta eruditorum* patrio ſermone conſcripta: TVIS denique auſpiciis coepta a patre TVO *Acta eruditorum* adhuc ſtrenue proferuntur in lucem ſingulis menſibus, ac totum literarium orbem perambulant, ſerenaque fronte excipiuntur vbique terrarum ac gentium. Vix poterat vlla re *Mencke-*

(*) Ex hac editione, eſt Partis ſecundae caput alterum.

ckenianum nomen magis nobilitari reddique illu-ſtrius, quam iſto opere, cui perpetuitatem ap-precatur, quisquis ſanum habet ſinciput. Nec iniuria mihi gratulor, quod, nouem abhinc an-nis abs TE receptus in collegium eorum, quo-rum opera deſcribuntur *Acta eruditorum*, non-nihil prodeſſe coepi reip. literariae, quodque iam centum quadraginta recenſiones meae in praeclaro iſto opere exſtant. Nec in poſterum TIBI deerit ſtudium meum, vel potius reip. literariae, cuius rationibus non parum conſulere videntur, qui praeſtantiorum librorum recen-ſiones concinnant, atque ita fontes aperiunt, vnde explere ſitim poſſint, qui longius in lite-rario ſtadio progrediendi cupiditate flagrant. Sed redeo ad libellum meum, eumque vt exci-pias benevole, TVVMque mihi conſerues amo-rem fauoremque, maiorem in modum rogito. Vale, *VIR Excellentiſſime*, diuque fruere gloria, quam tot tantaque in rem literariam merita TIBI conciliarunt. Gottingae, d. XXX. Sept. CIƆIƆCCXVIII.

II.

Praefatio ſecundae Editionis,

SCRIPTA A. CIƆIƆCCXXVI. M. IAN.

Septem circumacti ſunt anni, & menſes ali-quot praeterea, ex quo libellum hunc, ſtudio-ſae iuuentuti dicatum, exire paſſus ſum in pu-blicum. Non ita longo temporis ſpatio di-uendita ſunt exempla eius omnia, atque ite-

rum (*a*) is ſuit typis exſcribendus: quibus exemplis & ipſis conſumtis, bibliopolae, viro honeſtiſſimo & iamdudum bene merenti de literis, neceſſe fuit, nouam me rogare editionem, eamque, ſi opus videretur, locupletiorem. Noli vero credere, LECTOR, ſingularem eruditionem tot emtores conciliaſſe libellulo. Neceſſitas fuit, qua permoti plures iuuentutis literatae doctores cum in Gymnaſiis, tum in Academiis, iſtum libellum auditoribus commendarunt ſuis, eumque & interpretati ſunt, & lucuJentiſſime in ſcholis ſuis illuſtrarunt. Scilicet quod iam obſeruare me memini in primae editionis praefatione illuſtri viro, MENCKENIO, inſcripta, nullum exſtabat *Compendium Hiſtoriae literariae*: ac proinde, qui Hiſtoriam literariam exponere erectioribus ingeniis pulchrum ducebant, cupide amplexabantur qualemcunque meam Synopſin. Fuerant quidem, qui bene mereri ſtuderent de illa Hiſtoria eosque laudaui in ſecundo Capite (*): aſt nemo horum concinnarat ipſam Hiſtoriam literariam, & cum ciuilis hiſtoriae prope innumera habeamus Compendia, literariae in toto orbe literato ne vnum quidem reperiebatur. Ac ne quis dicat, me eo, quem nominaui, loco laudaſſe *Reimmanni*, viri ſum-

(*a*) Haec altera editio a prima duntaxat forma literarum *curſiuarum*, quas vocant, differt, quippe quae in ſecunda editione grandiores ſunt, quam in prima. Caeterum omnia, exceptis paucis typographi peccatis, (vt cum p. 41. *Heldelb.* pro *Heidelb.* & p. 90. *Genuenſes* pro *Geneuenſes*,) adeo inter ſe ſunt ſimilia, vt has duas editiones pro vna putem habendas.

(*) Quod nunc quidem Partis prioris primum eſt caput.

ſumme reuerendi, Antiſtitis nunc Hildeſienſis, *Manuductionem ad Hiſtoriam literariam;* manuductio quidem haec eſt, eademque elegans, ſed non eſt ſuo ordine contextum *Hiſtoriae literariae Compendium*. Id quo minus dubites, ſcias, conſtare eam tribus partibus, quarum in prima ac tertia exhibentur ſcriptores, qui certos Hiſtoriae literariae articulos tractarunt, in ſuas percommode diuiſi claſſes; in ſecunda vtilitates explicantur Hiſtoriae literariae. Quod igitur vir optimus & de his literis optime promeritus in praefatione illius *Manuductionis* queſtus eſt, non exſtare vllum Compendium Hiſtoriae literariae, id omnino verum fuit vsque ad annum 1718, quo primus ego tale Compendium publicaui. Ac eodem anno STOLLIVS, celeberrimus Academiae Ienenſis Profeſſor, ſuam edidit *Hiſtoriam literariam*, ſynthetica contextam methodo, etſi nondum ad finem perductam. Qui quidem liber maximo ſuo merito lectus fuit & laudatus a quam plurimis; ſed plerique ſimul iudicarunt, Hiſtoriam literariam aeque, ac ciuilem & eccleſiaſticam, eam proprie dici, quae quoad longiſſime poteſt mens noſtra reſpicere ſpatium praeteriti temporis, inde vsque repetens, per ſingula ſaecula deſcribat vniuerſim ſtatum ſtudii literarum, & ſi qua forte ſeparatim videantur exponenda, certis tradat in Capitibus. Eam igitur laudem facile concedet quilibet Stolliano operi, vt cenſeatur & copioſius meo & eruditius: at titulus *Compendii Hiſtoriae literariae vniuerſalis* meo facilius adiudicabitur opuſculo: cum ille magis particularem pertractet hiſtoriam, cuius demum partes in vnum

corpus connexae dici poſſunt certo ſenſu Hiſtoria vniuerſalis: quem in modum *Pufendorfii Hiſtoria ciuilis*, quae per ſingula regna decurrit, non minus vere particularis appellatur, quam vniuerſalis. Sed ad meum redeo libellum, quem primum eſſe huius generis, non alio conſilio lectores admoneo, quam vt magnae eius imperfectioni facilius ignoſcant, & vel conatui meo nonnihil gratiae tribuant. Ipſemet ſatis illam imperfectionem agnoui, cum ſemel iterumque eum expoſui auditoribus meis: & hac occaſione obſeruaui, permulta Hiſtoriae literariae argumenta mihi fuiſſe ſilentio praeterita. Hinc igitur ad ſecundam hanc me accingens editionem, ſtatui quidem, intra limites Compendii conſiſtere, verum tamen efficiendum duxi, vt ne nimis id eſſet aridum, vtque nulla facile materia maneret intacta. Quod quidem eo facilius mihi factu fuit, quod ſeptem his octoue annis, quibus exſtat libellus meus, tam multis tamque bonis respublica literaria aucta fuit libris, ad Hiſtoriam literariam pertinentibus, vt vix credam, vllum vnquam ſeptennium tam laetum vidiſſe huius generis librorum proventum. Quae igitur talibus in libris plene eruditeque elaborata deprehendi, ea duntaxat tribus attingo verbis, lectoresque ablego ad fontes, vnde hauriri queat, quantum ſatis eſt. Cumque ipſe alibi non pauca argumenta huius hiſtoriae tractarim haud indiligenter, non dubitaui, illos quoque fontes monſtrare digito, nec veritus ſum, ne id mihi futurum ſit obtrectationi. Caeterum fuerunt amici, iique erudítiſſimi, (quorum vnus (*b*) haud pauca me-

(*b*) *Bierlingius*, Rintelienſ[illegible]demiae magnum decus, a. 1728. rebus humanis ereptus in ipſo ſenectutis limine.

mecum communicauit e ſuis in hunc libellum praelectionibus,) qui cenſerent, quintum Caput (*) eſſe oportere elaboratius, ſingularumque diſciplinarum hiſtoriam compendioſe mihi deſcribendam fuiſſe. Iidem quarto in Capite (**) deſiderarunt deſcriptionem virorum ibi laudatorum, qualem Celeb. *Weismannus* dedit in praeſtantiſſimo ſuo Hiſtoriae eccleſiaſticae Compendio. At hi ſciant, ne nunc quidem dare me velle Compendium Hiſtoriae literariae, ſed Compendiolum duntaxat: priorisque rei deſiderium explevisse abunde laudatiſſimum illum *Stollium*; ad alterum vero quod attinet, ſufficere tironibus poſſe *Lexicon literario - biographicum*, quod Menckenianis auſpiciis nuper iterum prodiit. Caeterum quia per aetatem ſperare mihi licet, (ſperare vero, non confidere,) fore, vt poſt aliquot ariſtas denuo recognoſcere iubear hunc meum libellum, promitto, me tum vtrique deſiderio ſatisfacturum pro virili, & tunc demum daturum eſſe librum pro libello, Compendium pro Compendiolo. Ad hunc igitur me conuerto in exitu praefationis, eumque ſic Virgiliana voce alloquor:

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu,
Si foetura gregem ſuppleuerit, aureus eſto,

Verum poëtice hoc dictum ſit ac praefiſcini. Valete, LECTORES, & quem, toties ab amicis ac patronis rogatus, ſiſto mearum lucubrationum catalogum, aeque beneuole accipite, ac Celeb. *Langii* catalogum librorum ſuorum excepi-

(*) Partis ſecundae Cap. 2*dum* nunc factum eſt.
(**) Partis ſec. Cap. I.

cepiſtis, ipſius *Inſtitutionibus Theologiae literariis* praefixum, & *Labbei* ſimilem ſuorum librorum indicem, ſubiectum eius *Bibliothecae Bibliothecarum*. Ante tamen, quam veſtrum do in conſpectum ſcriptiunculas meas, duo mihi praefanda videntur. Primo ſcilicet ea tantummodo ſcripta profero, in quibus vtile aliquod argumentum elaboratum eſt, ad fines fundi literarii longius promouendos ac latius. Vnde non ſolum carmina mea omiſi ſiue Latina ſiue Germanica, inſcriptiones item & epiſtolas, honori patronorum amicorumue dicatas ac ſeparatim emiſſas; verum etiam programmata illa, quae duntaxat honori demortui cuiuspiam vel alii ſubitae occaſioni dicata, ea continent, quae ſi extra muros Iliacos proferantur, facile reiici poſſint addito hoc epiphonemate: Quid hoc ad nos? Quid hoc ad orbem literatum? Deinde ſciatis velim, iteratas libellorum meorum editiones plerasque omnes auctas eſſe curis poſterioribus. Vti enim me haudquaquam pudet, quotidie in literis proficere, ſic nec libellos pudet meos prodire meliores & cultiores, &, vt ita dicam, viriliores. Iterum valete, LECTORES, &, quae compoſui inde ab anno aetatis meae vigeſimo primo vsque ad hunc quadrageſimum quintum, haec eſſe, ſi vultis, ſcitote:

I. DISPVTATIONES.

1 *De duellis Principum.* Ienae 1702.

2 *De vita & Philoſophia Epicteti.* Ienae 1703.

3 *De αὐτοχειρίᾳ Philoſophorum.* Ibid. 1703. Eodem anno ibidem recuſa in 8.

4 *De fato vxoris Loti.* Ienae 1706. Recuſa auctior ibid. 1708. ac rurſus auctior recuſa in *Poeciles* T. II. lib. II.

5 *De miraculis Imp. Veſpaſiani.* Ienae 1707.
Recuſa in *Poeciles* T. II. lib. III.
6 *De Chreſto Suetonii.* Ienae 1709.
Recuſa in *Sylloges* meae Tomo I. p. 536.
7 *De origine dominii.* Ienae 1709.
Recuſa in *Poeciles* T. I. lib. I.
8 Ad 1 *Corinth. XI.* 10. *de angelis.* Iſenaci 1709.
Recuſa in *Poeciles* T. III. lib. I.
9 *Diſp. exhibens analyſin exegeticam & paraphraſin Capitis noni Epiſtolae Pauli ad Romanos datae.* Iſenaci 1709.
Recuſa in *Poeciles* T. I. lib. III.
10 *De Friderico Barbaroſſa, a Papa non calcato.* Iſenaci 1710.
Recuſa in *Poeciles* T. III. lib. I.
11 *De baptizatis ſuper mortuos* 1 *Corinth. XV.* 29. Iſenaci 1710.
Recuſa in *Poeciles* T. III. lib. I. itemque Ien. 1740.
12 *De vera Deitate Chriſti ex* 1 *Ioan. V.* 20. Iſen. 1711.
Recuſa eſt emendatior, & *Parergis criticis* annexa.
13 *De externis candidati ſacri ad* 1 *Tim. III. & Tit. I.* Iſenaci 1712.
Recuſa in *Poeciles* T. I. lib. II.
14 *Hebdomas Salomonaea, ſiue Explicatio ſeptem locorum in gnomis Salomonaeis.* Iſenaci 1714.
Recuſa in *Biblioth. Brem.* T. IV. p. 108 ſqq.
15 *Par fabularum ex hiſtoria eccleſiaſtica exterminatum* (1) *de Ioanne Apoſtolo in feruens oleum coniecto,* (2) *de columba e Polycarpi rogo euolanti.* Iſen. 1715.
Vtraque Diſſertatio recuſa eſt in *Biblioth. Brem.* T. III. p. 316 ſqq. & p. 429 ſqq.
16 *Hebdomas Paulina, hoc eſt, Explicatio ſeptem locorum Epiſtolae ad Romanos.* Iſenaci 1716.
Recuſa in *Bibl. Brem.* T. IV. p. 281 ſqq. & in Noua Sylloge P. 2. p. 89.
17 *Theſes, anno Iubilaeo ſecundo Eccleſiae Lutheranae, publicae diſputationi ſubiectae.* Gottingae 1717.
18 *Diſp. aretologica prima, de natura virtutis.* Gott. 1718.
19 *De ſummo bono.* ibid. 1719.
Recuſa in *Poeciles* T. III. lib. IV.
20 *Diſp. aretologica ſecunda, de humilitate* ibid. 1719.

21 *Diſp.*

21 *Diſp. aretologica tertia, de fortitudine.* 1720.
Recuſa in Nouae Sylloges P. 2. p. 271.
22 *De docta ignorantia.* 1721.
Recuſa in *Biblioth. Brem.* T. V. p. 187 ſqq.
23 *Diſp. aretologica quarta, de manſuetudine.* 1721.
24 *Diſp. aretologica quinta, de beneficentia.* 1722.
25 *Prolegomena hiſtorica*, ſiue *Introductio in ſtudium hiſtoricum.* 1723.
Recuſa in *Poeciles* T. III. lib. III.
26 *Diſp. aretologica ſexta, de ſimplicitate.* 1723.
Recuſa in Sylloges meae T. I. p. 776 ſqq.
27 *Diſp. prima ad Grotium de veritate religionis Chriſtianae.* 1724.
28 *Diſp. aretologica ſeptima, de gratitudine.* 1724.
29 *Diſp. ſecunda ad Grotium de veritate religionis Chriſtianae.* 1725.
Haec recuſa eſt 1739 inter Diſſertationes ad *Grotium de ver. relig. Chriſt.* illuſtrandum editas a. D. Koechero p. 263 ſqq.
30 Vorſchlag zu einem gütlichen Vergleich zwiſchen dem Herrn Verfaſſer der *Neuen Bibliothek* zu Halle (*Gundlingio*) und dem Inſp. *Heumannen.* Wobey zugleich das *Nil admirari* Horatianum ausführlich erklärt wird. Eiſenach 1712. in 8.
31 Verſio Germanica *Diſputationis Sam. Werenfelſii polemicae aduerſus ſecuritatem.* Allendorfii 1724.
Recuſa Gottingae 1736.

II. PROGRAMMATA.

1 *De temperamento in diſputando.* Ienae 1708.
2 Von der Theologiſchen *Seminariorum* Nutzbarkeit und Nothwendigkeit. Eiſenach 1717. Caetera quatuor Programmata, Iſenaci a. 1713. 1714. 1715. 1716. edita, recuſa ſunt in *Luthero Apocalyptico.*
3 *De Bohuslao Haſſenſteinio.* Gottingae 1717.
4 *De beneficiis Principum aeternis.* 1717.
5 *De ecſtaſi Hieronymi anti-Ciceroniana.* 1717.
Haec ſuperiora tria Programmata recuſa fuerunt cum Oratione mea inaugurali Gottingenſi, Halae 1717. Bibliopolae libuit praefigere faciem meam, vel potius

tius non meam. Nam & pictor & fictor errauerat. Caeterum Programma *de Hieronymi ecſtaſi* auctius recuſum eſt in *Sylloges* meae Tomo I. p. 655.

6 Iubelfeſt-Programma von den guten Werken Lutheri. 1717.

7 *De Abrahami viſione Chriſti, Ioan. VIII.* 56. 1718. Recuſum eſt hoc Programma in *Bibl. Brem.* T. I. p. 473.

8 *Supplementum primum ad Boecleri Hiſtoriam literariam ſaeculi XVI.* 1718. Recuſum in *Halenſi Biblioth. Acad.* A. 1718. p. 339.

9 *Erörterung der Frage: Was einen König zum groſsen Könige mache?* 1718.

10 *De ciuitate Latina Vtopica.* 1718. Recuſum in *Poeciles* T. I. lib. I.

11 *De vaticiniis caſu veris.* 1718. Recuſum in *Sylloges* T. I. p. 750.

12 *De metamorphoſi Filii DEI, Phil. II,* 6. 7. 1719. Recuſum in *Bibl. Brem.* T. II. p. 580.

13 *De Germanis literarum ſecreta ignorantibus, ad Taciti Germ. cap.* 3. 1719. Recuſum in *Poeciles* T. I. lib. IV.

14 *Supplementum ſecundum ad Boeclerum.* 1719.

15 *De ſomnio poëtico, non prophetico, Petri Lotichii.* 1719. Recuſum in *Poeciles* T. II. lib. III.

16 *De bibliotheca ſelecta primum.* 1720. Hoc vna cum ſecutis duobus recuſum eſt in *Poeciles* T. III. lib. IV.

17 *De optima ſecta philoſophorum.* 1720. Recuſum in *Poeciles* T. I. lib. I.

18 *De caecis videntibus.* 1720. Recuſum in *Poeciles* T. I. lib. I.

19 *Supplementum tertium ad Boeclerum.* 1720.

20 *De Theophilo, cui Lucas hiſtoriam, ſuam ſacram inſcripſit.* 1720. Recuſum in *Bibl. Brem.* T. IV. p. 483 ſqq.

21 *De panſophia Chriſtiana ad* 1. *Ioan. II.* 20. 1721. Recuſum in *Bibl. Brem.* T. IV. p. 991 ſqq.

22 *Supplementum quartum ad Boeclerum.* 1721.

23 *De titulo Patris patriae.* 1721. Recuſum in *Poeciles* T. I. lib. I.

24 De

20 Gedanken von etlicher Deutſchen Wörter und Sprüchwörter Lateiniſchem Urſprunge. In der Neuen Bibliothek. P. XLI. p. 72 ſqq.
21 *Idea Commentarii mei in Epiſtolam Pauli ad Romanos.* Ibidem p. 69 ſqq.
22 Beantwortung der Frage, zu welcher Zeit und warum man die Vniuerſitäten, *Academien*, tituliret habe. Ibidem P. XLV. p. 363 ſqq.
23 *De Societate fabuloſa Abbreuiatorum.* In *Miſcell. Lipſ.* T. III. p. 1 ſqq.
24 *Quatuor emendationes Horatii.* Ibid. T. IV. p. 137 ſqq.
25 Von dem Namen der *Welt-Weisheit.* In der Neuen Bibliothek P. XXVII. p. 598 ſqq.
26 *Emendatio aliquot locorum Phaedri, adiecta diſſertatione de Philoſophia Aeſopi.* Ibidem p. 603 ſqq.
27 Antwort auf *Plinii* ſieben und zwanzigſte Epiſtel, in dem ſiebenten Buche. Ibidem P. XXXIV. p. 276 ſqq.
28 *Diſſ. de particula* nequicquam. In *Miſcellaneis Lipſ.* T. V. p. 161 ſqq.
29 *Emendatio ſingularium locorum Martiani Capellae & Ciceronis.* Ibidem T. VIII. p. 82 ſq.
30 *Notae ad tria Cantica ſacra Germanica.* Ibid. p. 89 ſqq.
31 *Reſolutio aenigmatis Apocalyptici Cap. XIII.* 18. In *Bibl. Brem.* T. I. p. 864 ſqq.
32 *Specimen artis criticae, nouae editioni Q. Curtii praemiſſum.* In *Actis Erud.* Suppl. T. VII. p. 54 ſqq.
33 *Relatio de codice MS. operis Poggiani nondum editi,* de varietate fortunae. In *Nouis literariis* Lipſienſibus Latinis a. 1720. p. 84 ſqq. Hac relatione me effeciſſe, vt deſideratiſſimum illud opus *Poggii* e tenebris ſuis extraheretur in lucem publicam, relatum lege: in *Actis erud.* 1730. p. 548.
34 *Explicatio Sympoſiaci aenigmatis.* Ibid. p. 114 ſqq.
35 *Diſſ. de Eurydice Plutarchi.* In *Miſcell. Lipſ.* T. IX. p. 157 ſqq.
36 *Notae ad Muſaei & Ouidii carmina de Hero & Leandro.* In *Muſaei* editione *Kromayeriana* a. 1721.
37 *Relatio de Colloquio Goslarienſi cum Oſiorodo, Socini*ano. In *Bibl. Brem.* T. V. p. 948 ſqq.
38 *Interpretatio loci Iacobi IV.* 5. & 6. In *Miſcell. Lipſ.* T. XII. p. 172 ſqq.

39 *Em*

39 *Emendatio carminis Seueri Sancti de mortibus boum.* In *Actis Erud.* Suppl. T. VIII. p. 218.

40 *Emendationes libri primi Poggii de varietate fortunae.* Ibid. a. 1725. p. 223 ſqq.

41 *Diſſ. de Nicolaitis e catalogo haereticorum expungendis.* Ibid. a. 1712. p. 179 ſqq.

42 *Diſſ. de Simone Mago, ex haereticorum catalogo exterminando.* Ibid. p. 181 ſqq.

43 *Diſſ. de auctore Epiſtolarum Ignatii.* Ibidem a. 1710. p. 197.

44 *Emendationes & illuſtrationes Ouidianarum Epiſtolarum Heroidum.* Ibid. a. 1716. p. 452 ſqq.

45 *Notae ad Gennadium de ſcript. eccl.* Ibid. Supplem. T. VI. p. 295 ſqq.

46 *Diſſ. de monumento Bononienſi:* Aelia, Laelia, Criſpis. Ibid. a. 1720. p. 7 ſq.

47 Ἐπικρίσεις *de Celeb. Weismanni Hiſt. eccl. N. T.* Ibid. p. 413 ſqq.

48 *Emendationes Velleii Paterculi.* Ibidem a. 1721. p. 116. ſqq.

49 *Diſſ. de ceto, Ionam in ore tenenti.* In *Nouis literariis* Lipſ. Latinis a. 1720. p. 116 ſq. in *Actis Erud.* an. 1723. p. 269 ſq.

50 *Epiſtola de circulatoria literatorum vanitate*, ſubiecta Celeb. *Menckenii* Orationibus *de Charlataneria eruditorum.* edit. Amſtel. 1716 & 1727. Eodem anno 1716 prodiit Germanica eius verſio in 8. in qua quidem haec verba: *ſcriptis ſuis praefigunt Compendia ſcribendi Rabbinica*, non debebant ita reddi: *und daher ihren Büchern kurze Anleitungen, Rabbiniſch zu ſchreiben, beyfügen*, ſed hoc modo: *Vnd daher ihren Schriften Rabbiniſche Abbreviaturen vorſetzen.*

51 *Excerpta ex Epiſtolis Boineburgii & Prueſchenckii.* In *Struuii Actis literariis* T. I. faſc. VIII. p. 29 ſqq. & p. 67 ſqq.

IV. LIBRI.

1 *De Anonymis & Pſeudonymis libri duo.* Ienae 1711. 8.

2 *Parerga critica.* Ienae 1712. 8.

Excerptas hinc notas meas ad *Curtium*, nouae eius editioni inſeruit a. 1724. *Snakeburgius.*

Praemiſſa *Commentatio de arte Critica* Noribergae recuſa eſt 1747 cum Praef. Prof. Altorf. *Schwarzii*, qui eo ipſo anno lectiones Academicas in eam habuit.

3 *Vita Erneſti Stockmanni, Superint. Alſtad.* Iſen. 1712. fol.

4 *Der politiſche Philoſophus.* Frankfurth und Leipzig, 1714. Auctior editio 1724.

5 *Acta Philoſophorum.* T. I. Erſtes Stück, Halle 1715. 8.
Zweytes Stück. 1715.
Drittes Stück. 1715.
Viertes Stück. 1715.
Fünftes Stück. 1716.
Sechſtes Stück. 1716.

6 *Acta Philoſophorum.* Tom. II. Siebentes Stück. 1716.
Achtes Stück. 1717.
Neuntes Stück. 1718.
Zehntes Stück. 1719.
Eilftes Stück. 1720.
Zwölftes Stück cum Indice 1721.

7 *Acta Philoſophorum.* T. III. Dreyzehntes Stück. 1723.
Vierzehntes Stück. 1723.
Funfzehntes Stück. 1724.
Sechzehntes Stück. 1725.

8 *Sapientia ſcenae Romanae.* Iſenaci 1716. 12.

9 *Lutherus Apocalypticus. Adiectae ſunt quinque aliae diſſertationes, hiſtoriam Reformationis Lutheri illuſtrantes.* Hanouerae 1717.

10 *Conſpectus reip. literariae, ſiue Via ad hiſtoriam literariam.* Hanouerae 1718. 8.
Editio ſecunda locupletior. 1726.

11 *Quintiliani Dialogus de cauſis corruptae eloquentiae, recognitus, emendatus, & illuſtratus. Adiecta eſt Epiſtola critica, de iure, Latinam linguam augendi nouis vocabulis.* Gottingae 1719. 8.

12 *Anthologia Latina, hoc eſt, Epigrammata ſelecta, cum Praef. de natura & virtutibus epigrammatis.* Hanouerae 1721. 8.

13 *Lactantii Sympoſium cum notis variorum. Adiecta eſt Diſſ. contra Nurrium, librum* de mortibus perſecutorum *Lactantio abiudicantem, itemque Symbola critica ad Lactantium.* Hanou. 1721. 8.

14 Scae-

14 *Scaeuolae Sammarthani Elogia Gallorum, ſaeculo XVI. doctrina illuſtrium, cum notis. Accedit Wilh. Wottoni Elogium Thomae Stanleii.* Iſen. 1722. 8.
15 *Poeciles* Tomi primi liber primus. Halae 1722. 8.
Liber ſecundus. 1723.
Liber tertius. 1724.
Liber quartus. 1725.
16 *Poeciles* Tomi ſecundi liber primus. Halae 1725. 8.

V. ORATIONES.

1 *Oratio panegyrica in exceſſum Chriſtoph. Henr. Loeberi, Superint. Orlam. qua theologi comparantur cum medicis.* Ienae 1705. 4.
2 *Oratio de tribus Scholae finibus. Adiecta ſunt tria Programmata Gottingenſia.* Frf. & Lipſ. 1717. 8.
3 *Parentatio Germanica in exequiis I. D. Butemeiſteri, Gen. Superint. Gottingenſis.* Gotting. 1722. 4.

VI. PRAEFATIONES,

aliorum libris praemiſſae.

1 *Georgii Dieterici Bohmii Commentario de particulis Latinae linguae.* Francof. 1718. 8.
2 *Chriſtoph. Cellarii Latinitatis libro memoriali,* quem contractiorem edidi Gottingae 1718. 8.
3 *Adami Tribbechouii libro de doctoribus Scholaſticis.* Ienae 1719. 8.
4 *Io. Lud. Iunckeri hiſtoriſcher Erzählung von dem Anno 1717 zu Eiſenach gehaltenen Lutheriſchen Iubilaeo.* Eiſenach 1722. 8.
5 *Phraſibus Latinis* in vſum Scholae Gottingenſis editis. 1729.

Hic eſt librorum ac libellorum meorum catalogus, quem hocce concludo carmine:

Te, VERVM, in magnis rebus pariterque minutis
Nocte dieque mihi quaerere dulce fuit.
Inuentum non dedecuit mandare libellis,
Qui cito, quo domino non licet ire, volant.
Diſplicui, placui. Facile ſed mens mea, veri
Conſcia, diſſenſus & maledicta tulit.

Tandem tu, VERVM, vinces, tenebrisque fugatis,
Aetas te certe poſtera rite colet.
Queis placui, non his alia volo lege placere,
Quam ſi, quod verum, dixero, quodque bonum.
Quod ſi mundicolis fuero per plura ſuperſtes
Tempora, ſique licet ſcribere plura mihi,
Tu, veri fons atque boni, DEVS alme PATERque
Fac, verum nunquam non ſequar atque bonum!

III.

Praefatio tertiae Editionis,

SCRIPTA A. CIↃIↃCCXXXII. M. FEBRVAR.

Bona tua venia, LECTOR, edi a me ſpero tertiam huius libri formam. Nolim enim, te vnum eſſe de iis, qui indignantur, quoties nouam vident, eandemque meliorem libri cuiuspiam editionem. Imo vero facile agnoſces, non turpe ſolum, ſed prorſus inhumanum eſſe, aliis inuidere ſiue tempora, iis, quibus vſus ipſe ſis, meliora, ſiue libros, iis, quibus tibi licuit vti, meliores ornatioresque. Augendi vero huius libelli neceſſitatem mihi impoſuit partim aliorum laudabilis induſtria, partim mea ipſius negligentia. Ad me quod attinet, quaedam expoſueram breuius, quae vberius tractari oportebat; alia plane omiſeram, quae iure in hoc libro quaeri poterant. Deinde & illarum nunc rerum facere debui mentionem, quae ex eo tempore, quo priorem a me accepiſti editionem, geſtae ſunt in orbe literario, eorumque librorum, in quibus ex illo tempore illuſtrata fuit literaria haec hiſtoria. Vtrumque igitur quod feci, non ſum laude dignus; ſed, ſi non feciſ-

ſeciſſem, iuſtam incurriſſem bonorum reprehenſionem. Gratum proinde hac editione feciſſe mihi videor iis, qui ſiue diſcenda ſiue docenda hiſtoria literaria temporis nonnihil conſumere voluerint. Hi vero praeterea rogandi mihi ſunt, vt exſpectare a me deſinant perfectius & inſtructius illud *Compendium Hiſtoriae literariae*, quod in ſecundae editionis praefatione promiſi. Scilicet conſiderata ſpatii illius, quod ad viuendum mihi reſtat, anguſtia, conſtitui finem huic labori imponere, & reliquum vitae tempus relictumque a publico munere otium dicare aliis argumentis, ac praecipue ſacro Codici, cuius & verbis & hiſtoriae rectius percipiendae non irritam me tam diu dediſſe operam confido. Ac ſum iam in eo, vt *Hiſtoriam Apoſtolicam* a *Luca* deſcriptam, quam percurſam verius fuiſſe a commentatoribus deprehendi, quam pertractatam, debitis proſequar commentationibus, ac tibi, LECTOR, lucidiorem (adſis, quaeſo, mihi, lux illa coeleſtis!) exhibeam. Ad vltimum precor, vt bene tibi eueniat prima haec hiſtoriae literariae concoctio, vtque vere dicere poſſis, non ineptum tibi me ducem fuiſſe viae, ad hiſtoriam literarum literatorumque ferentis. Illud tamen adiicio, me poſthac emiſſurum exiguis voluminibus comprehenſa *Fragmenta hiſtoriae literariae*, hoc eſt, diſſertariunculas, aliquam eius hiſtoriae partem illuſtrantes: quarum alias iam edidi, ſed paucis viſas ob exemplarium paucitatem; ad alias fabricandas materiam in ſcriniis habeo; alias denique a viris eruditis ad me miſſas libenter interſeram. Si quis igitur quicquam huius generis elaborauerit,

 quod

quod interitu videatur indignum, niſi alia ſuppetat id euulgandi via, ad me deleget, velim.

Poſtremo, cum ſuperiori in Praefatione exhibuerim titulos lucubrationum mearum, ad illud vsque tempus editarum, nunc, quae ex illo tempore typographis deſcribenda dederim, haud illibenter, credo, cognoſces. Non enim id a me fit eo conſilio, vt digito monſtrer inter polygraphos, (multa enim illa, quae ſcripſi, ſunt perpauca, ſi numerum paginarum ineas,) ſed vt appareat, me haud ſegniter laboraſſe in vinea, mihi diuinitus demandata, vtque, quae ad amplificandam cum ſacram, tum caeteram ſcientiam protuli, examini ſubiiciantur, eaque, quae ſatis luculenter demonſtraui, priſtinorum errorum in locum beneuole recipiantur. Vale, LECTOR, & mecum precare a Deo, Patre optimo maximo, vt futuri temporis hiſtoriae litterariae ſuppeditet materiam ex omni parte laetiſſimam. En, quem modo dixi, indicem!

I. LIBRI.

1 *Acta Philoſophorum.* Tomi III. Siebenzehntes Stück. 1726. Achtzehntes Stück. 1727.

2 *Poeciles* Tomi ſecundi liber ſecundus. 1726.
Liber tertius. 1727.
Liber quartus. 1727.

3 *Poeciles* Tomi tertii liber primus. 1729.
Liber ſecundus. 1729.
Liber tertius. 1730.
Liber quartus. 1731.

4 *Auguſta Concilii Nicaeni II. cenſura, hoc eſt, CAROLI M. de impio imaginum cultu libri IV. cum praefatione & notis C. A. H.* Hanouerae 1731.

II.

II. DISPVTATIONES.

1 *Diſp. tertia ad Grotium de veritate religionis Chriſtianae.* 1726.

2 *De ſuperſtitione, verae fidei innocue admixta.* 1728.
Recuſa in *Sylloges* T. I. p. 255.

3 *De peccatis clamantibus.* 1729.
Recuſa ibidem. p. 509.

4 *De paupertate.* 1730.
Recuſa ibidem. p. 284.

5 *De lenitate Confeſſionis Auguſtanae. Accedunt Epiſtolae* Lutheri & Melanchthonis, *Gottingam miſſae.* 1730.
Recuſa ibidem. p. 1 ſqq.

6 *De Pilatiſmo literario.* 1730.
Recuſa nonnihil auctior, 1731. & in *Sylloges.* T. I. 466.

7 *De perſecutione Chriſtianorum Pliniana.* 1731.
Recuſa in *Sylloges* T. I. p. 119.

III. PROGRAMMATA.

1 *De Minerua Muſica*, ſiue de eruditis *Cantoribus.* 1726.
Pars eius recuſa eſt in *Poeciles* T. II. lib. 3. p. 389 ſq. Totum verò *Academicis* ſuis *opuſculis* inſerere dignatus eſt vir doctiſſimus, *Henr. Iac. Siuerſius.*

2 *De orationis Latinae idiotiſmis, ſiue de Latinitate plebeia aeui Ciceroniani.* 1726.
Recuſum in *Poeciles* T. III. lib. 2.

3 *De vita & ſcriptis Henr. Petrei tertium.* 1726.

4 *De titulo SERENISSIMI.* 1726.
Recuſum in *Poeciles* T. III. lib. 3.

5 *De Cyria, S. Ioannis amica.* 1726.
Recuſum in *Poeciles* T. II. lib. 3.

6 *De bibliotheca ſelecta tertium.* 1726.

7 *De Chriſtologia Paulina 1 Timoth. III.* 16. 1726.
Recuſum in *Poeciles* T. III. lib. 3.

8 *De vita & ſcriptis Ge. Andr. Fabricii primum.* 1727.

9 *De horis aſceticis.* 1727.
Recuſum in *Poeciles* T. III. lib. 1.

10 *De titulo DEFENSORIS FIDEI.* 1727.
Recuſum in *Poeciles* T. III. lib. 2.

11 *In mortem Regis GEORGII I.* 1727.
Recuſum in *Poeciles* T. III. lib. II.

12 *De differentia conſolationis Ciceronianae a Christiana.* 1727.
13 *In coronationem Regis GEORGII II.* 1727.
14 *De titulo DEI GRATIA.* 1727.
Recuſum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 446.
15 *De Virgilio iniuſte laudato inter praecones aduentus Chriſti in vrbem.* 1728.
Recuſum in *Sylloges* T. I. p. 306.
16 *De ſecta Paulinorum.* 1728.
17 *De vita & ſcriptis G. A. Fabricii ſecundum.* 1728.
18 *De puluere ſcholaſtico.* 1728.
19 *De aurora Muſis amica, Conſtantinopoli nuper orta.* 1728.
Recuſum in *Poeciles* T. III. lib. 2.
20 *De titulo PACIFICI.* 1728.
Recuſum in Nouae *Sylloges* T. II. p. 457.
21 *De Sela,* Hebraeorum interiectione Muſica. 1728.
Recuſum in *Poeciles* T. III. lib. 3.
22 *De vita & ſcriptis G. A. Fabricii tertium.* 1729.
23 *De Muſa pietaticultrice.* 1729.
24 *De amicitia literata.* 1729.
25 Etliche Fabeln *Phaedri* in Deutſche Verſe gebracht. 1729.
26 *De aduentu Regis GEORGII II. in vrbem Gottingam.* 1729.
Recuſum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 261.
27 *De CHRISTI humilitate, eamque ſecuto regno eius ampliſſimo, ad Ezech. XVII. 22. 23. 24.* 1730.
Recuſum in *Sylloges* T. I. p. 423.
28 *De paſchatis Chriſtiani celebratione vera & falſa.* 1730.
Recuſum in *Sylloges* T. I. p. 743.
29 *De vita & ſcriptis Hippolyti Hubmeieri.* 1730.
30 Warum die Lehre der Augſpurgiſchen Confeſſion in Spanien nicht Wurzel gefaſſet. 1730.
31 *De prouidentia CHRISTI, Regis Eccleſiae, Electoratum Germanicum coniungentis cum regno Britanniae.* 1730.
Recuſum in *Sylloges* T. I. p. 73.
32 *De pia impii Herodis praeceptione de officiis erga manifeſtatum CHRISTVM, Matth. II. 8.* 1731.
33 Von der rechten Geſellſchaft des Heiligen Geiſtes. 1731.

34 *De*

34 *De S. Vitale.* 1731.
35 *De eloquentia Medici.* 1731.
Recuſum in *Sylloges* T. I. p. 241.
36 *De Theocratia mundi perpetua.* 1731.
Recuſum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 391.
37 *De cenſu antequiriniano Lucae II.* 2. 1732.
Recuſum in *Sylloges* meae T. I. p. 763.

IV. EPISTOLAE.

1 *Epiſtola ad S. R. BOEHMERVM, de florenti fructiferoque ſcipione Aaronis.* 1726.
Recuſa eſt in *Poeciles* T. III. lib. 2.
2. 3 *Duae epiſtolae ad THOMASIVM*, in quibus aliquot loca *Ciceronis* illuſtrantur. 1723. 1724. Inſertae ſunt eius Appendici *der gemiſchten Händel*, p. 26 ſqq. & p. 48 ſqq.
4 *Epiſtola ad M. R. COLERVM, de Iubilaeis, ab Euangelica Eccleſia quinquageſimo quoque anno iuſtius celebrandis.* 1730.
Recuſa in *Sylloges* T. I. p. 67.

V. NOTAE.

1 Ad *Lipſii Orationes Ienenſes*, in editione *Kromayeriana.* 1726.
2 Ad *Grotii de veritate religionis Chriſtianae* libros, in editione *Koecheriana.* 1727.
3 Ad *Eutropium*, in editione *Hauercampiana.* 1729.
4 Aliae aliquot meae obſeruationes ſubiunctae ſunt editioni *Grunerianae.* 1752.

IV.

Praefatio quartae Editionis,

SCRIPTA A. CIƆIƆCCXXXV. M. FEBR.

Venditis ſuperioris editionis exemplaribus, rogatum me voluit bibliopola, nouam vt adornarem, hoc eſt, vt ſuperiori adiicerem nec

 pauca

pauca, nec proletaria. Ego vero publici mei promiſſi memor tam pauca inſerui, (etſi, quae inſererentur, digniſſima,) vt perparum haec editio differat a priori. Ac pergratum mihi fuit, cognoſcere ex doctiſſimo editore Gundlingianorum ſermonum in *Conſpectum* meum habitorum, ipſum conſtituiſſe pertexere telam Hiſtoriae literariae, &, quae poſtea geſta ſunt, geruntur que in orbe literato, publice deſcribere. Agnoſco enim viri induſtriam & peritiam, quippe cuius ad *Gundlingii* ſermones acceſſiones prolixae, ſtudioſis huius hiſtoriae non ſolum vtiles ſunt, ſed etiam neceſſariae. Quod enim ſolet fieri in ſcholis academicis, neque copioſe ſatis, neque ſatis praemeditatus haec ediſſerebat *Gundlingius*, cogitans, ſufficere ea tironibus, nec ſe edere legenda doctiſſimo cuique. Satis quoque ſcio, nunquam, vt haec a typographo deſcriberentur, paſſurum fuiſſe *Gundlingium*, verae laudis ſtudioſiſſimum. Excuſandus tamen eſt editor, quod admiratoribus Gundlingiani nominis hoc dedit, vt extemporales has partim narrationes, partim meditationes euulgaret, ſuasque adiungeret merces, venaliores ſcilicet futuras ſub hoc oculiſerio. Adhortandus etiam is mihi videtur, vt reliqua Gundlingianorum ſermonum, reliqua item ſua ſupplementa ne grauetur emittere. Haec habui nunc, quae ad te praefarer, LECTOR, qui eum praeterea deſiderare videaris indicem mearum lucubrationum, poſt ſuperiorem huius libri editionem euulgatarum, non deeſſe tibi patior hoc officium. Editi igitur ex eo tempore a me ſunt:

I. LIBRI.

1 *Ciceronis Oratio pro Milone, emendata & illuſtrata.* Acceſſit eius *interpretatio Germanica.* Hamburgi, 1733.

2 *Ciceronis Orationes* (nouem) *pro Archia, in Catilinam, poſt reditum, pro lege Manilia, pro Milone, emendatae & illuſtratae.* Iſenaci. 1735.

3 *Göttingiſche Schul-Hiſtorie.* Göttingen. 1735.
Vid. *Zeit- und Geſchicht-Beſchreibung der Stadt Göttingen*, cuius librum IV. efficit.

II. PRAEFATIONES.

1 Ad *Iuſti Chriſtoph. Boehmeri* (Abbatis Loccumenſis,) *Memorias Profeſſorum eloquentiae Academiae Helmſtadienſis.* Gottingae, 1733.

2 Ad Kohliana, quae Hamburgi eduntur, *Noua literaria* (*Hamburgiſche Berichte* von gelehrten Sachen,) anni 1735.

III. DISPVTATIONES.

1 *De praecipua cauſa, ob quam diſcipulis Chriſti tribus, ſe conſpiciendos praebuerunt & audiendos Moſes & Elias.* 1732.
Recuſa in *Sylloges* T. I. p. 86.

2 *De geographia Chriſtum tentantis diaboli, Matth. IV. 8.* 1734.
Recuſum in *Sylloges* T. I. p. 162.

3 *Diſputatio prima Theologica Academiae Gottingenſis, Commentatio de paſſione Chriſti maieſtatica.* 1735.
Recuſa in *Primitiis Acad.* p. 49.

IV. PROGRAMMATA.

1 *De reluctatione Dei aduerſus Iacobum Geneſ. XXXII. 24-29.* 1732.
Recuſum in Coleri *Biblioth. Theol. T. VI. p.* 236 *ſqq.* & in *Sylloges* T. I. p. 147.

2 *De vita & ſcriptis D. Ioach. Meieri.* 1732.

3 *Programma* (Inſcriptio Germanica) *in funere Subconrectoris, Car. Ge. Stillii.* 1732.

4 *De Paulo Oroſio, cui nomen tertium*, Hormisdae, *reſtituitur*. 1732.
Recuſum in *Actis eruditorum, Suppl. T. X.* p. 263 ſqq. & in Nouae *Sylloges* P. II. p. 484.
5 *De coniuge Paulino Phil. IV.* 3.
Recuſum Ienae 1738.
6 Von den Herzoglichen Braunſchweig-Lüneburgiſchen Wapen-Roſſen. 1732.
7 *De praeconio Angelico Lucae II.* 14. 1733.
Recuſum in *Sylloges* T. I. p. 195.
8 *De initio ac fine Lucae Hiſtoriae Apoſtolicae.* 1733.
9 Von dem Nutzen der Ueberſetzungen in den Schulen der Beredtſamkeit. 1732.
10 *De Caianorum ſecta, Gottingae quoque nunc efflore-ſcenti.* 1733.
Recuſum in Coleri *Supplemento XVI. Bibliothecae Theologicae* p. 321 *ſqq*.
11 *Ad Actor. XIII.* 48. 1733.
Recuſum Ienae 1738. & in *Sylloges* T. I. p. 334.
12 *De Felicitate Regia* 1733.
Recuſum in *Sylloges* T. I. p. 322.
13 *De primis Apoſtolis, iisdemque Euangeliſtis, paſtoribus Bethlehemicis.* 1734.
Recuſum Ienae 1738. & in *Sylloges* T. I. p. 206.
14 *Programma, quo muſis Gottingenſibus exilium indicit, ſimulque ſplendidiſſimum reditum praedicit, adiecta inuitatione ad Gymnaſii huius actum vltimum C. A. H.* 1734.
Recuſum in *Primitiis Acad.* p. 271.
15 *Hiſtoria gladii Academici* 1734.
Recuſum in *Primitiis Acad.* p. 11. & Ienae 1740.
16 *Idea Theologi Iacobaea, ex Iac. III.* 17. 1734.
Recuſum in *Primitiis Acad.* p. 22.
17 *De primo, eodemque vltimo CHRISTI nomine prophetico, ad Gen. XLIX.* 10. & *Mal. III.* 1. 1734.
Recuſum ibidem p. 41.

V. EPISTOLAE.

1 *Ad M. Io. Georgium Raphelium, in qua Dionyſius, Siciliae Rex, ſegregatur a numero magiſtrorum.* 1732.

2 Ad

2 *Ad Io. Petrum Kohlium, in qua aliquot loca Horatii emendantur illuſtranturque.* Inſerta eſt eius *Nouis literariis* (Hamburgiſchen Berichten) *anni* 1733. p. 835 ſq.
3 *Ad eundem, in qua aliquot loca* Artis poeticae *Horatianae emendantur.* Inſerta eſt iisdem *Nouis literariis* anni 1734 p. 505 ſqq.
4 *Ad D. Henr. Phil. Gudenium, de fabuloſo Pontificatu maximo Ioannis Apoſtoli.* 1734.
Recuſa in *Primitiis Acad.* p. 4 ſqq.

VI. ORATIO.

Oratio exauguralis in Gymnaſio Gottingenſi, maiori ſcholae cedere iuſſo, d. 20 *April* 1734 *habita. Praemiſſa eſt ad audiendam eam inuitatio.* Gottingae 1735.
Recuſa in *Primitiis Acad.* p. 275.

VII. DISSERTATIVNCVLAE.

1 *Emendatio vnius loci* Taciti, *& duorum* Velleii Paterculi. Inſerta eſt *Actis eruditorum,* a. 1733. p. 431.
2 Kurze Nachricht von denen durch das Göttingiſche Fürſtenthum gekommenen Salzburgiſchen Religions-Exulanten. Göttingen. 1732.
Non commemoraſſem hanc extemporalem ſcriptiunculam, niſi eam dignam iudicaſſet celeb. *Colerus,* cuius mentionem faceret in *Suppl. XV. Bibliothecae ſuae Theologicae p.* 239.

VIII. RECENSIONES NOVORVM LIBRORVM.

Harum magnus numerus exſtat in *Actis eruditorum* inde ab anno 1710. vsque ad annum 1735.

IX. 1. Neue Ueberſetzung des erſten Capitels der *Apoſtel Geſchichte.* In den Hamburgiſchen Berichten von neuen gelehrten Sachen 1733. S. 799 u. f. und 849 u. f.
2. Neue Ueberſetzung des zehenden Capitels Lucä.
Recuſa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 66 ſqq.

V.

V.

Praefatio quintae eiusdemque vltimae Editionis,

SCRIPTA A. CIƆIƆCCXLVI. M. APRIL.

Nunc demum accipis, LECTOR, poſtremam (*) meam editionem huius opuſculi. Equidem, cum anno 1735 id edebam denuo recognitum adauctumque, tum vltimam manum ei me admouiſſe credebam. At cum longius, quam ſperaui optauique, produxerit vitam meam ſupremus ille vitae necisque arbiter, ac meus bibliopola paratus eſſet, nouis ſupplementis inſtructam editionem hoc anno tibi exhibere, voluntati eius parere haud ſum grauatus. Obſeruaram enim interea temporis non pauca, quae ornatiorem reddere videbantur huncce *Conſpectum reipublicae literariae*: nonnulla etiam, quae proximo decennio geſta ſunt in orbe literato, adiicere poteram. Haec dixiſſe ſatis eſt. Accipe vero & indicem lucubrationum mearum ei annectendum, quem quartae editionis praefationi ſubiunxi anno 1735. Metuebam ſcilicet, ne moleſte ferres, ſi, quam dedi ſuperioribus huius libri editionibus appendicem, ea careat editio haec vltima. Quare alia, quae in promtu eſt, excuſatione huius recenſionis ſuperſedeo. Vale.

1 Programma Paſchale de teſtimonio militum de reſurrectione Chriſti *Matth. XXVIII.* 11-15. 1735. Recuſum in *Primitiis Gotting.* p. 92 ſqq.

2 Sechs

(*) Modeſte ita opinatus erat b. Heumannus; minus tamen vere. Nam eo ipſo ſuperſtite duae aliae prodierunt editiones, *ſexta* ac *ſeptima*, infra in libro ipſo §. 26, indicandae.

2 Sechs Reden *Ciceronis* verdeutſcht. Eiſenach. 1735.
3 *Quarta editio* Conſpectus reip. literariae. 1735.
4 Diſp. de Chriſti erga homines amoris immenſurabilitate, *Eph. III.* 18. 19. 1735.
Recuſa in *Primitiis Gotting.* p. 108 ſqq.
5 Diſp. de ortu nominis *Chriſtianorum Act. XI.* 26. 1736.
Recuſa ibidem p. 130.
6 Praefatio ad *Parerga Gottingenſia.* 1736.
7 Diſſertatio apologetica pro Dauide, omnis turpitudinis notis inſignito a *Baelio.* Inſerta eſt *Parergis Gottingenſibus lib. I. num.* 7.
8 Diſſ. in qua numero Iureconſultorum eximitur *Minucius Felix.* Ibidem *num.* 10.
9 Diſſ. de excuſſione pulueris *Act. XIII.* 51. ibidem *num.* 11.
10 Epiſtola de tranſitu per ſcholam in eccleſiam. 1736.
Recuſa in Primitiis Gotting. p. 153 *ſqq.*
11 Programma Pentecoſtale de tribus menſuris effuſionis ſpiritus S. in N. T. 1736.
Recuſum in *Primitiis Gotting. p.* 159 *ſqq.* & in Nouae *Sylloges* P. 2. p. 403.
12 S. Bonifacii Epiſtola viſionalis, emendata & atro carbone notata. Inſerta eſt *Parergis Gotting. lib. II. num.* 10.
13 Interpretatio initii *canonis ſexti Concilii Nicaeni.* Ibidem *num.* 11.
14 *Lactantii* Opera cum notis criticis. Ienae 1736.
15 Diſp. Bibliologica, in qua hiſtoriae ſacrae de Eſthera, ſua vindicatur auctoritas. 1736.
Recuſa in *Primitiis Gotting. p.* 19 *ſqq.*
16 Obſeruatio critica, qua inſigne mendum tollitur e *Diogene Laërtio.* Inſerta eſt *Actis eruditorum* anni 1737. p. 41 ſqq.
17 Tres veteres epiſtolae de *Ioanne Hiltenio*, nunc primum editae, cum notis meis. Inſertae ſunt *Parergis Gotting. lib. III. num.* 1.
18 Noua illuſtratio hiſtoriae ſacrae de *Melchiſedeco.* Ibidem *num.* 3.
19 Variantes lectiones e *Lactantii* codice MS. Gothano, cum meis notis. Ibidem *num.* 10.
20 Dionyſius, Rex Siciliae, a numero Magiſtrorum ſegre-

gregatus. Haec Diſſertatio, primum an. 1732. edita, hic augetur reſponſione ad obiectionem Academici cuiusdam Halenſis. Ibidem *num.* 12.

21 Programma Pentecoſtale de Spiritus S. de diuinitate religionis noſtrae teſtimonio interno. 1737.
Recuſum in *Primitiis Gotting.* p. 197 ſqq.

22 Diſp. de Iſidoro Peluſiota & eius Epiſtolis. 1737.
Recuſa ibidem p. 210 ſqq.

23 *Conringii* Antiquitates Academicae. Adiecta eſt mea Bibliotheca hiſtorica Academica. 1738.

24 Diſp. in qua docetur, vbi & qualis epiſcopus fuerit S. Hippolytus. 1737.
Recuſa in *Primitiis Gotting.* p. 229 ſqq.

25 Diſſ. de ſubſcriptione Melanchthonis ad *Articulos Smalcaldicos.* Inſerta eſt dem *Heſſiſchen Heb-Opfer T. II.* p. 624 ſqq.

26 Diſſ. de bibliotheca Pauli 2. *Tim. IV.* 12. Inſerta eſt *Parergis Gottingenſibus lib. IV.* p. 123 ſqq.

27 Crux Criticorum ſacrorum *Ioan. VIII. 6. & 8.* iuſte & commode refixa, hoc eſt, interpretatio γιωγραφιας Chriſti, ab Ioanne commemoratae. 1738. Eſt Diſputatio.
Recuſa in Nouae meae Sylloges P. I. p. 173 ſqq.

28 Primitiae Gottingenſes Academicae. Hannouerae 1738. Primum hic edita eſt *p.* 281 *ſqq.* Oratio mea, primo Academiae Gottingenſis collegio Theologico praemiſſa, & *p.* 256 *ſqq.* Recenſio doctorum ſaeculi quinti Gallorum: caetera ſunt recuſa.

29 Diſp. exhibens Commentarium in *Pſalm. XXIX.* 1738.
Recuſa in Nouae meae Sylloges P. I. 214 ſqq.

30 Programma de prudentia petendi honores Academicos, ſalua humilitate Chriſtiana. 1738.
Recuſum in meae *Sylloges* Tomo primo *p.* 415 *ſqq.*

31 Diſp. de Iureconſultis Germanis ſaeculi XVI., diſciplinae ſuae adiungentibus & Theologiae & pietatis ſtudium. 1738.

32 Diſp. aliquot Hiſtoriae literariae fragmenta exhibens. 1738.

33 Diſp. de vera origine traditionis falſae de *Ioanna Papiſſa.* 1739.
Recuſa auctior in mea *Sylloge p.* 352 *ſqq.*

34 Ge-

34 Gedanken über des Richters *Iephta* Gelübde und deſſen Erfüllung. 1739. Inſerta eſt haec diſſertatio den *Nützlichen Anmerkungen* a celeb. *Bartholomaeo* editis T. I. p. 303 ſqq. Latine reddita exhibetur in Nouae Sylloges P. II. p. 476.

35 Programma Pentecoſtale de quaeſtione, cur Spiritus ſanctus hodie non patret in eccleſia miracula. 1739.
Recuſum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 417.

36 Epiſtola de ſcribis *Epiſtolarum Pauli*. 1739.
Recuſa eſt in modo memoratis *N. Anmerkungen* T. I. p. 435 ſqq.

37 Diploma, quo Prorector creaui poetriam Caeſaream *Pfefferiam*. 1739.
Recuſum in Nouae *Sylloges* P. 2. p. 175.

38 Diploma, quo *Loeberum* creaui poëtam Caeſareum. 1739.
Recuſum ibidem p. 179.

39 Diploma, quo creaui Notarium publicum. 1739.

40 Obſeruationes criticae ad *Tertulliani Apologeticum*. 1739. Inſertae ſunt *Miſcellaneis Groninganis* T. II. p. 570 ſqq.

41 Vita *Georgii Melch. Ludolfi*, ab ipſo ſcripta, cum praefatione mea. 1740.

42 Diſp. de edicto regis Gothorum Athalarici, de eligendo Papa. 1740.
Recuſa in mea *Sylloge* T. I. p. 509 ſqq.

43 Gedanken bey dem Spruche des Heylandes: *Geben iſt ſeliger, denn Nehmen*. Inſerta eſt haec diſſ. dem *Heſſiſchen Heb-Opfer* T. III. p. 291 ſqq.

44 Vita *Henrici Chriſtophori de Griesheim*. Inſerui eam *Actis eruditorum* anni 1740. p. 299 ſqq.

45 Diſſ. de Iuliani imp. *Viciſti, Galilaee*: in qua, falſam eſſe hanc narrationem, docetur. 1740.
Recuſa in meae *Sylloges* T. I. p. 936 ſqq.

46 Interpretatio loci perobſcuri *Eccl. VII*. 17. 18. 19. Inſerta eſt den *Nützlichen Anmerkungen* T. I. p. 617 ſqq.

47 Noua editio eaque auctior *Schediasmatis* mei *de Anonymis & Pſeudonymis*. Praemiſſa eſt *Io. Chriſtophori Mylii Bibliothecae Anonymorum & Pſeudonymorum*, in Folio & in 8. editae Hamburgi 1740.

48 Programma de titulo *filii hominis.* 1740.
Recuſum in *Sylloges* meae T. I. p. 848 ſqq.

49 Antwort auf den wider meine Diſſ. de *Viciſſi. Galilaee*, in dem Hamburgiſchen *Correſpondenten*, 1740. num. 198 gemachten Einwurf. Sie ſtehet eben daſelbſt num. 204.

50 Antwort auf eine in den Hamburgiſchen *Beyträgen zur gelehrten Hiſtorie* 1740. num. 74 befindliche Widerlegung meiner Diſp. de fato vxoris Loti. Inſerta eſt Köhlii Hamburgiſchen Berichten 1741. p. 60 ſqq.

51 Narratiuncula mea de ieiunio quodam quadrageſimali fictitio. Exhibetur in *Actis hiſtorico - eccleſiaſticis* T. *IV.* p. 1137 ſqq.

52 Explicatio teſtimonii Paulini 1 *Cor. XV*, 5. 6. 7. de reſurrectionis Chriſti teſtibus. Inſerta eſt *Miſcellaneis Groninganis T. III.* p. 285 ſqq.

53 Anmerkung von der Benennung der Theologiae *poſitiuae.* Inſerta eſt dem *Heſſiſchen Heb - Opfer, T. III.* p. 495 ſqq.

54 Emendatio trium inſignium *Plinii* locorum. Inſerta eſt *Miſcellaneis nouis Lipſienſibus T. I.* p. 79 ſqq.

55 Critiſch - Theologiſches Bedenken über die zu Wittenberg 1529 herausgekommene lateiniſche Ueberſetzung der Bibel. Exhibetur in *Actis hiſt. eccl. T. V.* p. 517 ſqq.

56 Diſſert. de illuminatione Sauli, caeca pietate feruentiſſimi, Act. IX. Ienae 1741.
Recuſa in Nouae *Sylloges* P. I. p. 80 ſqq.

57 Antwort auf Herrn *Gleichmanns* Widerlegung meiner Diſp. de Ioanna Papiſſa. Exſtat in den Göttingiſchen gelehrten Zeitungen 1741. p. 410 ſqq.

58 Diſſ. de vero ſenſu nominis *Iſcariotes*, cognominis Iudae proditoris. Inſerta eſt *Miſcellaneis Groninganis T. III.* p. 508 ſqq.

59 Vita LVTHERI a Melanchthone ſcripta, cum Praef. & annotationibus meis. Gotting. 1741.

60 Andreae *Carolſtadii* Hochzeit - Brief, cum annotatione mea. Exhibetur in den *Nützlichen Anmerkungen* a Bartholomaeo editis T. I. p. 875 ſqq.

61 Reuelatio auctorum *Obſeruationum ſelectarum Halenſium.*

ſum. Inſerta eſt *Miſcellaneis nouis Lipſienſibus* T. I. p. 292 ſqq. Adde *T. II.* p. 796.

62 Epicriſis de hodiernis Miſſionariis. Inſerta modo memoratis *Nützlichen Anmerkungen* T. I. p. 989 ſqq. Ibidem inſerui p. 1059. diploma, quo *Bartholdo Nikuſio* facultas datur, legendi libros prohibitos.

63 Diſſ. de verbo Paulino ὑπωπιάζειν. Exſtat ibidem T. II. p. 1 ſqq.

Recuſa in Nouae *Sylloges* P. I. p. 342.

64 Glaubwürdigſte Nachricht von *D. Fauſt*. Inſerta D. Hauberi *Bibliothecae Magicae* T. III. p. 184 ſqq.

65 Diſp. de exegeſi hiſtorica Scripturae ſacrae, & ſpeciatim hiſtoriae de delirio Dauidis. 1742.

Recuſa in Nouae meae *Sylloges* P. I. p. 1 ſqq.

66 Diſp. de zelo. 1742.

Recuſa in *Sylloge* mea, T. II. p. 624.

67 Programma Paſchale de Eliae adſcenſu in coelum. 1742.

Recuſum eſt in *Miſcellaneis Groninganis* T. IV. p. 234 ſqq.

68 Diſp. de votis. 1742.

Recuſa in mea *Sylloge* p. 437 ſqq.

69 Interpretatio obſcuri cuiusdam epitaphii Bononienſis. Exſtat in den Göttingiſchen gelehrten Zeitungen. 1742. p. 356 ſqq.

70 Vergleichung und Vereinigung *Matthäi* und *Lucä* in der Erzählung von dem Hauptmanne, deſſen Knecht von Chriſto geſund gemachet worden. Exhibetur im *Heſſiſchen Heb-Opfer T. IV.* p. 55 ſqq.

71 Clauis *Vindiciarum Iuuauienſium*. Inſerta den Göttingiſchen gelehrten Zeitungen 1742. p. 492 ſqq. Ibidem p. 409. ipſas illas *Vindicias* recenſui.

72 Diſp. de pari ſcandalorum exegeticorum, *Iudic. III.* 31. & 1 *Sam. XVII.* 55. 1742.

Recuſa in *Sylloges* meae T. I. p. 798 ſqq.

73 Diſp. exhibens commentarium in *Ioannis Apoſtoli epiſtolam tertiam.* 1742.

Recuſa in Nouae meae *Sylloges* P. I. p. 276 ſqq.

74 Diſp. inſcripta Hebdomas Petrina, ſiue explicatio ſeptem locorum *Epiſtolarum Petri.* 1743.

Recuſa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 104.

75 Hebdomas Ioannea, ſiue explicatio ſeptem locorum *primae Epiſtolae Ioannis* 1743. Recuſa ibid. p. 133.

76 Epiſtolae meae aliquot ad *Crozium*; inſertae ſunt *Theſauro epiſtolico Lacroziano* a. 1742. edito. T. I. p. 153-161.

77 Auflöſung eines der ſchwerſten Knoten in der Leidensgeſchichte unſers Herrn und Heylandes, *Luc.* *XXII.* 36. Inſerta der Hamburgiſchen *Vermiſchten Bibliothek T. I.* p. 56 ſqq.

78 Coniectura de *canticis* הַמַּעֲלוֹת. Inſerta eſt *Miſcellaneis Groninganis T. IV.* p. 7 ſqq.

79 Antwort auf die Frage: Warum *die erſte Epiſtel Johannis* keine Aufſchrift habe. Exſtat im *Heſſiſchen Heb-Opfer T. IV.* p. 120 ſqq.

80 Exercitium artis criticae in *Irenaeo*: cuius artis ope etiam hic eiicitur ex hiſtoria eccleſiaſtica haereticus *Colarbaſus*. Exhibetur in der Hamburgiſchen *Vermiſchten Bibliothek T. I.* p. 144 ſqq.

81 Iudicium meum de *D. G. Gnilii*, Theologi Argentoratenſis, autochiria. Inſertum eſt *Actis hiſt. eccl. T. VI.* p. 1094 ſqq.

82 Diſſ. de aetate & auctore *pſalmi nonageſimi*. Inſerta der Hamb. *Vermiſchten Bibliothek T. I.* p. 533 ſqq.

83 Sylloge Diſſertationum mearum. Tomi I. Pars I. Gottingae 1743.

84 Diſp. de LXX. legatis Chriſti. 1743.
Recuſa in Nouae meae *Sylloges* P. I. p. 120 ſqq.

85 Recenſio *Epiſtolarum Ioannis Trithemii.* Exſtat in *Miſcellaneis nouis Lipſienſibus T. II.* p. 109 ſqq.

86 Diſſ. de locis aliquot *Curtii*, *Ciceronis*, & *Minucii Felicis*. Inſerta der Hamb. *Vermiſchten Bibliothek T. I.* p. 867 ſqq. Ibidem a me exhibentur duae epiſtolae p. 864 ſqq.

87 Diſſ. de titulo Ioannis Apoſtoli: Ὁ μαθητὴς ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς. Exſtat in den *Nützlichen Anmerkungen* a Bartholomaeo editis T. II. p. 265 ſqq.
Recuſa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 332.

88 Obſeruationes aliquot criticae. Exhibentur in der Hamb. *Vermiſchten Bibliothek T. I.* p. 1026 ſqq.

89 Sylloges Diſſertationum mearum Tomi I. Pars II. Gottingae 1744.

90 Emendationes nouem locorum *Aeneidis*. Exſtant in der Hamb. *Vermiſchten Bibliothek T. I.* p. 477 ſqq.

91 Diſſ. de nummis CONOB inſcriptis. Verſionem eius Gallicam, a Mauclerkio factam, exhibet *Journal litteraire d'Allemagne T. II.* p. 358 ſqq. Meam vero elaborationem Latinam exhibui in *Sylloges* meae *T. I. P. III.* p. 670 ſqq.

92 Ehrenrettung der alten Deutſchen, welchen die Abſchreiber des *Taciti* eine höchſt barbariſche Gewohnheit angedichtet haben. Exhibetur in der Hamb. *Vermiſchten Bibliothek T. II.* p. 92 ſqq.

93 Antwort auf zwo gelehrte Einwendungen, welche gegen mich im *Heſſiſchen Heb-Opfer* gemacht worden. Exſtat ibidem T. IV. p. 394 ſqq.

94 Auslegung der Worte *Petri Act. X.* 34-38. Exhibetur in der Hamb. *Vermiſchten Bibliothek T. II.* p. 330 ſqq.

95 Obſeruatio ad *Irenaeum*. Ibidem p. 690.

96 Diſſ. ad 1 *Tim. I*, 4. Ibidem p. 692 ſqq.

97 Obſeruatio de *Steph. Doleta*. Ibidem p. 689 ſqq.

98 Critica obſeruatio ad *Act. XV*, 28. Ibidem p. 701.

99 Exegetiſche Paraphraſis des von Pilato gehaltenen Verhörs *Ieſu*, wie ſolches nebſt deſſen Ausgange vom *Iohanne* cap. XVIII. 28-40. beſchrieben wird. Inſerta eſt dem *Heſſiſchen Heb-Opfer T. IV.* p. 569 ſqq.

100 Obſeruatio ad *Tertullianum*. Exſtat in *Miſcellaneis Groninganis T. IV.* p. 259 ſqq.

101 Neuer Beweis, daſs nicht *Zwinglius*, ſondern *Lutherus*, der erſte Reformator geweſen ſey. Exhibetur in der Hamb. *Vermiſchten Bibliothek T. II.* p. 707 ſqq.

102 Emendationes *Virgilii*. Ibidem p. 878 ſq. & 1039. & T. III. p. 975.

103 Diſp. de pſeudothaumaturgis Pharaonis. 1744. Recuſa Ienae 1745. & in Nouae *Sylloges* P. 2. p. 9 ſqq.

104 Meditatio critica ſuper loco exagitatiſſimo *Eginharti* in *Vita Caroli M.* cap. 25. Inſerta eſt *Miſcellaneis nouis Lipſienſibus T. III.* p. 124 ſqq.

105 Symbola critica ad *Iuſtinum Martyrem*. Ibidem p. 222 ſqq.

106 Reſponſio de auctore & aetate *Pſalmi XC*. Inſerta der Hamb. *Vermiſchten Bibliothek T. II.* p. 931 ſqq.

107 Anmerkung eines bisher unerkannten Wunderwerks unſers Herrn Chriſti Ioh. XXI. 13. Exhibetur in den *Nützlichen Anmerkungen. T. II.* p. 517 ſqq.

108 Programma Paſchale, exhibens deſcriptionem & conſiderationem priſcae controuerſiae inter Romam & Aſiam de vero Paſchate. 1745.
Recuſum in Nouae meae *Sylloges* P. I. p. 156 ſqq.

109 Emendationes *Liuii & Quintiliani.* Inſertae ſunt Bremenſibus *Symbolis literariis T. I.* p. 403 ſqq. Plures meae *Liuii* emendationes a *Drackenborchio* exhibentur in ſua *Liuii* edit. e. g. ad *lib. II.* 48. 4. & 49. 2.

110 Programma de Theologia Curayeriana. 1745.
Recuſa in Nouae meae *Sylloges* P. I. p. 260 ſqq.

111 Notitia *Indicis librorum expurgandorum a Braſichellano editi.* Inſerta den Altonaiſchen Gelehrten Zeitungen 1745. p. 305 ſqq.

112 Auslegung der Rede des Apoſtels *Pauli Röm. VIII.* 19-23. Ibidem p. 410 ſqq.

113 Menda librariorum quatuor in N. T. obſeruata. Ibidem p. 687 ſqq.

114 Auslegung des Spruchs *Marc. IX.* 49. 50. Inſerta eſt der Hamb. *Vermiſchten Bibliothek T. III.* p. 55 ſqq. Hic p. 58. *lin.* 16. lege *Glaßium zum Vorgänger.*

115 Sylloges Diſſertationum mearum Tomi I. Pars III. Gottingae 1745.

116 Erklärung des vierten Capitels des Propheten *Ezechiels.* Exhibetur in der Hamb. *Vermiſchten Bibliothek T. III.* p. 659 ſqq.

117 Widerlegung eines Gelehrten, welcher geglaubet, ich leugne, daſs der Apoſtel Iohannes die *Apocalypſin* geſchrieben habe. Ibidem p. 955 ſqq.

118 Emendationes *Liuii.* Inſerta *Sylloges* meae Tomo primo p. 487 ſqq.

119 Diſſertatio exegetica de *pſalmis* medicis, ſiue ſoteriis, ibidem p. 684 ſqq.

120 Defenſio *Loti* a crimine oblatarum ad ſtuprum filiarum. Ibidem p. 720 ſqq.

121 Specimen Germaniſmorum *Thomae a Kempis.* Ibidem p. 740 ſqq.

122 Programma Paſchale de teſtimonio reſurrectionis Chriſti angelico. 1746.
Recuſum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 432.

123 Antwort auf einen Einwurf wider meine Meynung von dem bisher unerkannten, *Ioh. XXI.* beſchriebenen Wunderwerke Chriſti. Inſerta eſt editis a Concionatore aulico Vinarienſi, Max. Reuer, Bartholomaei, Nützlichen Anmerkungen, T. II. p. 753 ſqq.

124 Quinta editio mei *Conſpectus reipublicae literariae.* Hannouerae 1746.

125 Diſſertatio de nomine SCIVIAS. Exhibetur in Altonaiſchen Gelehrten Zeitungen 1746. p. 390 ſqq.

126 Epiſtola gratulatoria ad Summe Reuer. *Goettenium*, in qua primo verſus octauus *capitis XVII. Lucae* exponitur, deinde Bugenhagii fama a quadam calumnia vindicatur. Gottingae 1746.
Recuſa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 74.

127 *Vita Lutheri a Melanchthone expoſita*, cum Praefatione & notis C. A. H. Editio ſecunda auctior. Gottingae 1746.

128 Vera verſio verborum *Hebr. XI. 6:* ὅτι ἐστί. In den Altonaiſchen Gelehrten Zeitungen 1746. p. 750 ſqq.

129 Diſp. de vocatione diuina ad miniſterium eccleſiaſticum. 1747.
Recuſa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 202.

130 Epiſtola critica ad *Menckenium* de locis aliquot *Ouidii & Valerii Maximi*: In *Nouis Miſcellaneis Lipſienſibus* T. V. p. 328 ſqq.

131 Antwort auf einen in den *Hamburgiſchen Berichten* wider meine Diſp. de vocatione diuina gemachten Einwurf. In den *Altonaiſch. Gel. Zeitungen* 1747. p. 323.

132 Anmerkung zu 2 *B. der Könige* IV, 4. von dem in Oel verwandelten Waſſer. Ibidem 1747. p. 359.

133 Diſputatio de locis illis, quibus Chriſtus legitur vetuiſſe publicari ſuum aliquod miraculum. 1747.
Recuſa in Nouae *Sylloges* P. I. p. 50.

134 Programma περὶ τῆς ἀφροσύνης *Marci* VII. 22. 1747.
Recuſa ibidem p. 465.

135 Betrachtung des Gebots Chriſti vom *Schweren*, *Matth.* V, 34. 35. 36. 37. In den *Weimariſchen Nützlichen Anmerkungen*, T. II. p. 893 ſqq.

136 *Emendationum Minucii Felicis* Ferculum primum. In *Nouis Miſcellaneis Lipſienſibus* T. V. p. 476 ſqq.
137 Programma Paſchale ad *Rom.* IV. 25. 1748. Recuſum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 363.
138 Deutſche Ueberſetzung des N. Teſt. Hannover 1748.
139 Meum iudicium de *Edelmanno*. Ἀνώνυμως exhibetur in *Actis hiſtorico-eccleſiaſticis* T. XII. p. 124.
140 Reſponſio ad D. *Huthium*, qui meam Diſputationem *de vocatione diuina* impugnarat. In den *Göttingiſchen Gelehrten Zeitungen* 1748. p. 825.
141 Diſp. de legis diuinae paradoxae, *Deut.* XXII. 6. 7. ſenſu & ſcopo. 1748.
Recuſa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 282.
142 Zuſätze zu der in den *Actis hiſt. eccl.* T. V. p. 517 ſqq. befindlichen *Critik* über die D. *Luthern* zugeſchriebene Lateiniſche Bibel. In iisdem *Actis* T. XIII. p. 122 ſqq.
143 *Plutarchi de liberorum educatione* Commentarius cum noua interpretatione Latina & notis *C. A. Heumanni.* Editionem curauit, *Xylandri* ſuasque obſeruationes addidit *Iac. Frid. Heuſingerus*. Lipſiae 1748.
144 *M. Tullii Ciceronis Orationes tres, pro M. Marcello, Q. Ligario, & rege Deiotaro*, emendatae & illuſtratae a *C. A. Heumanno*: duae, *pro Sexto Amerino & Philippica ſecunda*, recognitae & explanatae a *Io. Mich. Heuſingero*. Iſenaci 1749.
145 Programma in natalem Chriſti *de magno ſucceſſore Moſis*, Christo, *ad Deut.* XVIII. 15. & 18. 1749.
Recuſum in Nouae *Sylloges* P. 2. p. 247.
146 Altera eaque emendatior editio meae *Verſionis Noui Teſtamenti Germanicae*. 1750.
147 *Sylloges Diſſertationum mearum* Tomi I, Pars IV. & vltima 1750. In hac parte nunc primum edita eſt p. 876 ſqq. *Oratio de Romanae eccleſiae quinque Sacramentis ſupernumerariis*: p. 896 ſqq. Diſſ. *de pia Orebitarum erga Eliam beneficentia.*
148 *Erklärung des Euangelii Matthäi und Marci.* Hannouer 1750.
149 Diſp. interpretationem exhibens quinque *Noui Teſtamenti* locorum, obſcuritate inſignium. 1750.
Recuſa in Nouae *Sylloges* P. II. p. 308.

150 *Emendationum Minucii Felicis* Ferculum ſecundum. In *Nouis Miſcellaneis Lipſienſibus* T. VII. p. 247 ſqq.
151 Reſponſum de *Comite Zinzendorfio*, a ſingulis meis collegis Facultatis Theologicae approbatum. Excuſum eſt 1748. in *D. Frœreiſenii*, qui id expetierat, Vergleichung des Grafen Zinzendorfs mit dem Mahomet p. 86.
152 *Emendationum Minucii Felicis* Ferculum tertium. In *Nouis Miſcellaneis Lipſienſibus* T. VII. p. 421 ſqq.
153 *Emendationum Minucii Felicis* Ferculum quartum. Ibidem T. VIII. p. 115 ſqq.
154 Diſp. de vocatione diuina ad miniſterium eccleſiaſticum, recuſa 1750. cum duplici appendice.
155 *Erklärung des Euangelii Lucä.* Hannouer 1751.
156 Antwort auf eines Predigers Bedenken über meine Diſp. *de vocatione diuina.* In Herrn D. *Freſenii Paſtoral-Sammlungen* Achtem Theile S. 360 u. f.
157 Programma Pentecoſtale *de ſeptem Spiritibus Apoc.* I. 4. 1751.
Recuſum in Nouae *Sylloges* P. II. p. 253.
158 *Emendationum Minucii Felicis* Ferculum quintum. In *Nouis Miſcell. Lipſ.* T. VIII. p. 454 ſqq.
159 *Erklärung des Euangelii Johannis.* Erſter Theil. 1752.
160 Deſſelben *Zweyter Theil.* 1752.
161 Antwort an H. Paſtor *Schloſſern*, wegen einer Meynung *Lightfoots*. Im *Brem. Heb. Opfer* T. I. p. 695 ſqq.
162 *Noua Sylloge Diſſertationum.* Pars I. p. 1752.
163 Programma in natalem Domini *de parentheſi Meſſiana*, *Ierem.* XXII. 5. 6. 1752.
Recuſum in Nouae *Sylloges* Parte II. p. 378 ſqq.
164 Erklärung des N. T. V. Th. Apoſtelgeſch. 1ſte Hälfte. 1753.
165 Conſpectus R. L. Ed. VI. 1753.
166 De Chriſti natiuitate noua. Progr. Natal. Domini. 1753.
167 Noua Sylloge Diſſertat. Pars II. 1754.
168 Erkl. des N. T. VI. Apoſtelgeſch. 2te Hälfte. 1754.
169 Progr. ad Diſp. inaug. C. G. Fr. Walchii, de haeretico Paulino, ad Tit. I. (III.) 10. 1754.
170 Progr. in Natal. Domini, de nominibus Meſſiae ad Ieſ. XI, 6. 1755.
171 Erkl. des N. T. VII. Th. Ep. an die Römer. 1755.

172 Beweiſs, daſs der Pabſt Innocentius XI ein Soldat geweſen ſey. In den Hannöverſchen Nützlichen Sammlungen, Iahr 1755. S. 1186 ff.

173 Supplementa hiſtoriae literariae Gottingenſis, Diſp. Reſp. Henr. Phil. *Stollberg*. 1755.

174 Erkl. des N. T. VIII. Th. die beyden Epiſteln Ioh. und Pauli, Epiſteln an die Philipper und Coloſſer. 1756.

175 Progr. Paſchale, Meditatio de Verbis Apoſtoli, 1 Cor. V, 7. 1756.

176 Erklärung des N. T. IX. Th. die beyden Epiſteln an den Timotheum. 1757.

177 Progr. Pentecoſt. Refutatio eorum, qui docent, in V. T. non reperiri doctrinam de vita aeterna. 1757.

178 Progr. inaug. de cauſſa, cur Phil. Melanchthon non fuerit creatus Doctor Theologiae. 1757.

179 Diſp. Reſp. Io Henr. Gotth. von *Einem*, Hiſtoria Chriſti & Apoſtolorum. 1758.

180 Interpretatio noua Num. XXII. 20 - 25. & Ioſ. X. 11 - 14. 1758.

181 Erkl. des N. T. X. Th. 1 Epiſtel an die Corinth. 1759.

182 Dritte Ausgabe ſeiner deutſchen Veberſetzung von D. Sam. Werenfels Theol. Streit-Rede wider die fleiſchliche Sicherheit. 1759.

183 Erkl. des N. T. XI. Th. 2 Epiſtel an die Corinth. 1760.

184 De prudentia Chriſtiana Liber. 1761.

185 Erkl. des N. T. XII. Th. das 12 und 13 Cap. aus 2 Corinth. nebſt einem Anhang. 1763.

186 Conſpectus R. L. Ed. VII. 1763.

187 Erweiſs, daſs die Lehre der Reformirten Kirche von dem heil. Abendmahle die rechte und wahre ſey. 1764. 8.

188 Anmerkungen über ſeine Erklärung des N. T. Göttingen 1764. 8.

189 Succincta Interpretatio Apocalypſeos Ioannis. — Francof. & Lipſ. 1764. 8.

† Conf. *Ausführliche Lebensbeſchr.* — D. *Chr. Aug. Heumanns.* Caſſel 1768. 8. pag. 251 — 384.

D. G. G.

D. G. G. RICHTERI

Conſil. aul. & Med. Prof. Primar.

Vox votiua,

ad

CHRISTOPH. AVG. HEVMANNVM

Theol. Doct. & Prof. cet.

de flore ſcientiarum, quo Gottinga gaudet,

ante & poſt Academiam conditam meritiſſimum,

die $\frac{3}{14}$ Aug. 1761. *Octogenarium.*

Editioni ſeptimae primum adiecta erat.

Grandis honos, HEVMANNE, *tui, quo viuimus, aeui!*
Te iam retro oculos vertere fata volunt.
Nam tua vulgares exceſſit gloria metas,
Cultusque ingenii praemia magna tulit.
Diuinam venerare manum, quae ſemina ſparſit,
Pectora quaeque Tibi fruge referta dedit.
At nos virtutum ſpectare exempla iubemur,
Quaeque ſit a pedibus ſemita trita tuis.
Plena tuae luſtrare decet veſtigia laudis,
Mirari effuſum per tua ſcripta iubar,
Noſtrosque ad ſimilem greſſus componere normam:
Nam per eam humanae tangitur artis apex.

Auſoniae

Auſoniae lux magna domus! Te ſoſpite Muſa
Florida tot luſtris incolumisque ſtetit.
Te ſacro a teneris aluerunt lacte Camoenae,
Hinc quoque nectareus fluxit ab ore lepor.
Helladis & Latii Te ſerta virentia cingunt,
Magnus Pegaſidum Te comitatur honos.
Quis de doctorum retro per ſecula geſtis
Tam plena imbutus cognitione fuit?
Et quas non maculas priſcis auctoribus ipſis
Ingenii abſterſit ſapo calorque tui?
Iam ſemeſa ſitu veterum monumenta leguntur,
Corrupto expuncta eſt codice menda frequens.
Quin Te ſaepe nouam peracuto interprete lucem
Multorum in tenebris pagina ſacra tulit.

Tranquillam HEVMANNO *ſedem* Gottinga *dediſti,*
Subductis numeris plus dedit ille Tibi.
Expulit atratam doctrinae lumine noctem,
Infuditque oculis, qua caruere, diem.
In tenebris Gottinga *tuis tam nobile fulſit*
Sidus, vt inciperes nomen habere foris.
Vrbs quae ſis? quondam dubius cum ſciſceret hoſpes,
Nemo tua expoſuit moenia, templa, domos,
Aut ſyluam Herciniae *confinem, aut littora* Leinae
Aut ſub ſole ſitum laetaque rura loci.
Reſponſum occulto dedit indignatio probro:
HEVMANNI *an neſcis quae loca Muſa beat?*
Cui virtus laudum, cui templa recluſit honorum,
Cui fama in titulos creuit adulta nouos:
A quo barbaries acta eſt his finibus exul,
Hunc vrbi ignoras grande dediſſe decus?
Tam ſtupidam hic rumor meritorum perculit aurem,
Cui non Gottingae *ſors in honore fuit?*
Vox vbi percrebuit; iuuenes nunc condite meſſes!
Copia, quae nunc eſt, non ea ſemper erit.

Hoc

Hoc duce tangetis ſolidae faſtigia famae,
Signat Ariſtarchus, *ne titubetis, iter.*
Iſta ſub acceſſu coram puto dicta fuiſſe,
Iſta puto a multis ſunt iterata procul.
Nam cum veniſſet Muſarum numine plenus,
Quam vicit veteres haec noua ſtella Faces!
Quam dulci ignaros doctrinae nectare pauit?
Occurrens fida, ceu pater ipſe, manu.
Quis non in ſegetes imis emergere ſulcis
HEVMANNI *vidit, ſemina iacta manu?*
Credebat periiſſe diem ſibi, ſeque diei,
Qua non digni operis linea ducta foret.
Quis fabellarum ſic ſciuit vincere monſtra?
Et lolio euulſo probra remouit agri?
Hic ex fonte ſuos hortos pars magna rigauit,
Obtulit haec viuas vena perennis aquas.

Condere in hiſce locis cum Rex ſtatuiſſet Athenas,
Largas impendens, Cyrus *ut alter, opes,*
Vt via virtuti ſtudiisque pateret honeſtis,
Moresque exueret vulgus agreſte ſuos;
Cum dignos, quorum tantus Rex conditor eſſet,
Inſtrueret procerum cura miniſtra focos,
Et iam Maecenas curaret, vt undique lecti
Muſarum incolerent templa domosque viri;
Inter militiae pacatae nomina Noſter
Obſtringi haud renuit per noua vincla fidem.
Sane effudit opes tam pleno ac diuite cornu,
Quae iuuenum vt mentes, ſic aluere ſenum,
Prouexitque bonas renouatis auſibus artes,
Ingenii exorſus multo vigore nouo.
Hunc ego ad Aonios pariter tunc aduena campos
Vidi ad communem concaluiſſe focum.
Feruere ingenti niſu ſtudia aemula vidi,
Laudesque HEVMANNI *plura per ora vehi.*

Non aliter ſacris in odorae vallibus Hyblae
Florilegae calido vere vagantur apes,
Vidi laeto animo, quae tunc erat area vitae,
Inſignem meritis, moribus, ore Virum.
Vt colui abſentem, propius ſic cognita virtus
Palladii viſa eſt fulgida ſtella chori.
Meſſibus hic crebris, dixi, noua veſtiet arua,
Hic columen Pindi, ſit modo ſoſpes, erit.
Suſpicient omnes cenſoris in edita limam,
Naeuorumque metu quiſque refinget opus.
Dicite, qui magno haec triuiſtis limina plauſu,
Qui Muſas colitis, quos quoque Muſa colit.

Iam rude donato cum ſit requieſcere iuſtum,
Vtiliumne operum rumpere fila decet?
An ſacra palladiis ſuſpendet poſtibus arma?
Arma nouum palmae non meritura decus?
An [illegible], (nam credo calent) [illegible] otia [illegible]?
Otia, quae quondam turpia viſa, feret?
Neſtoreum impendet; ſed non ſine viribus, aeuum;
Sunt ea, quae fugiunt, mitia poma magis.
Ecce ſibi clauſos ſitientia prata queruntur
Riuos, ſeque negant inde bibiſſe ſatis.
Nondum; quidquid agit, gelide timideque miniſtrat,
Aure valet, ſtomacho, lumine, dente, manu,
Et magis ingenio: nondum calor ille refrixit
Sub niuibus ſenii, quem ſacer ignis alit.
Quin & nunc animus parit & noua parturit, etſi
Octoginta annos poſt ſua terga videt.
Sic dum pergis adhuc praeclare HEVMANNE *mereri,*
Vix ſenis emeriti nomen habere potes.
Nam vita & meritum paſſu quibus ambulat uno,
His unum votum eſt in ſtatione mori.

Vana,

Vana, ais, hoc fuco verborum gloria ludit,
Quae plauſum ignari, non ſapientis habent.
Spem metamque tuam ſpecta, quicunque ſeneſcis,
Et deſideriis iniice frena vagis.
Si figunt hebetem talpae in terreſtria viſum,
Cochlea ſi moriens repere pergit humi;
Colligere ante abitum ſua vaſa & figere ſurſum
Mentem oculosque pii eſt, praecipueque ſenis:
Diſcat vt inſtantis contemnere ſpicula mortis,
Vindicis in merito ſpemque ſalutis alat.
Exuit hinc viles, humana negotia, curas,
Alterius mundi totus anhelat opes.
Aeternis inhians ſoluique hac compede gaudens
A ſalebris operum retrahit ipſe pedem.
Ad Domini auſcultans ſoluentis vincula nutum,
Quae placuere olim, cuncta valere iubet.
Quanti momenti eſt animae cuſtodia noſtrae?
Quanti eſt, ad ſuperos quod bene ducit, iter?

Quis pronis dubitat linguis HEVMANNE *fateri,*
Haec quae robur habent, verba decere ſenem.
Primum animae ſtabilire decet cum Numine pacem,
Tunc prodeſſe aliis non quoque laude vacat.
Emeriti nomen dat libera iura quietis,
Non meriti tollit iura decusque noui.
Dent ſubciſiuae, potior quas cura relinquit,
Horae in diuinos iam Tibi nata libros.
Haec tua cum coelo minime commercia turbant,
Coeleſti at recreant tot pia corda cibo.
Sic ſeruire Deo, ſibi ſic aliisque vacare,
Otia ſunt & erunt non inhonora ſenis.

Octoginta annos cumque his impleuerat vnum
Doctrinae Princeps ingeniique Plato,

Cum vita exiret ſcribens, & fata iuberent
Ponere natali pennam animamque die.
Te nouies HEVMANNE *nouem ſi exegeris annos,*
Orſurum telas ominor eſſe nouas.
Scribendi conſtabit adhuc vigor, illa ſenectae
Sors mirabilior ſorte Platonis *erit.*

Poſt pia vota nihil laeti plus ominis adfert,
Nil tam vitali corda calore fouet,
Quam ſpes optatae creſcens hoc tempore pacis,
Non procul hoc coeli nobile munus abeſt:
Vitalem adflabit languentibus artubus auram,
Haec vires etiam fulciet aura tuas.
Tempora de ferro priſcum quae vertet in aurum,
Pro ſenii bruma ver iuuenile dabit.
Triticeo exhauſtas dum paſcet farre medullas,
Oſſibus an deerit blanda medulla tuis?
Qui non iam vegetos ſentit ſub pectore motus,
Hunc nihil humani cordis habere reor.
Paxne ſit an nubes quam pro Iunone *tenemus,*
Quaerit, ſpemque vagam ludere corda timet.
Non fallit ſpes fiſa Deo, ſpes iuſta piorum,
Hi pacem ac uno ſub lare Numen habent.

CON

CONSPECTVS

REIPVBLICAE LITERARIAE.

PROOEMIVM

ad

HISTORIAM LITERARIAM

De

HISTORIAE LITERARIAE NATVRA, PARTIBVS, VSV.

---

§. 1.

Notio Hiſtoriae Literariae, quarum rerum explicationem requirat.

Notio H. L. cum ob ambiguum vſum vocis, *Eruditio*, cuius hiſtoriam tradit, tum ob conſilii diuerſitatem, quo enarrari cognoſcique ſolet, vaga & varia eſt: Quam ob cauſſam opus eſſe videtur, harum rerum diſcrimina perſpicue declarare.

§. 2.

Literarum ſeu eruditionis nomen diuerſa ſignificat.

Ex vſu vulgari conſtat, Literarum ſeu Eruditionis nomen vel artium & doctrinarum ipſarum, per omnem temporum decurſum inuentarum & excultarum, orbem complecti, quae eius velut *interna* ſunt; vel *externis* rebus tribui, quae ipſae nullo modo ſunt eruditio, ſed eius inſtrumenta & adiumenta cenſeri debeant.

§. 3.

A) *Artes & doctrinas ipſas indicat, ſed ſcriptis traditas ac propagatas.*

Quamuis autem prior verbi vis & vſus latiſſime patere & ad vniuerſum cognitionis hu-

manae artiumque omnium genus pertinere videatur, tamen alia ratio eius fines & ambitum ita coarctauit & circumſcripſit, vt eruditionis nomen ad ſolas *ſcriptis exaratas* atque *literis configuratas* doctrinarum, artium, rerumque geſtarum deſcriptiones referretur. Haec ita intelligi, exiſtimare poſſumus primo eo, quod populo nulli, niſi qui ſcribendi arte & librorum ſubſidio excultus fuerit, eruditionis laudem tribuimus, neque ante inuentam diuulgatamque ſcribendi artem, eruditionis veſtigia extare putamus. Deinde nunc adeo in viris doctis, eruditionis modulum e librorum lectorum ſcriptorumque copia aeſtimamus. Denique ipſum vulgare γραμματων & literarum nomen, apud Graecos Latinosque, populos erudiriſſimos, eruditioni impoſitum & a ſcribendi ſubſidio deductum, id prodit.

§. 4.

Eius rei ratio exponitur.

Sed in promtu ſunt cauſſae, ob quas omnis eruditionis ratio ad ſcripta monumenta fuerit relata. Nam 1) aliunde, quam ſcriptis monumentis, de artibus inuentis & excultis atque de cognitione humana vniuerſa nihil certi conſtat. Deinde 2) eruditionis notio ipſa, ſeu ſubiectiuam vim ſeu obiectiuam ei tribuas, non rerum notitiam, a ſingulis hominibus, ſui ipſorum ingenii ſollertia, ſibi comparatam indicat, ſed artium, doctrinarum, rerumque vniuerſitatem, multorum hominum temporumque ſtudiis congeſtam, vel certe inde in ſingulorum hominum animos deriuatam partem, ruſſusque a ſingulis ho-

hominibus in commune allata, noua cognitionis augmenta. Iam vero inprimis 3) reputemus, ad congerendos & explicandos artium doctrinarumque theſauros, quos eruditionis nomen deſignat, comparandamque tot rerum tamque accuratam cognitionem, mentem humanam, niſi literarum ſubſidio adiutam, progredi plane non potuiſſe. Ad hoc planiſſime intelligendum ſufficit, cogitatione perſequi mutuam rationem, quae inter ſcribendi facultatem & eruditionem ſit, quae quidem eadem fere eſt, quam inter loquendi intelligendique facultatem, ſeu linguam & rationem humanam intercedere animaduertimus, adeo vt, quemadmodum ratio humana, linguae ſubſidio deſtituta, excoli non potuiſſet, ita ſimiliter perſuaſum habeamus, nullam omnino eruditionem futuram fuiſſe, niſi librorum ſubſidio collectam & ſeruatam. Tametſi enim artes & diſciplinae omnes ac ſingulae humano ingenio ſint inuentae, auctae & expolitae, poſſintque a ſingulorum ingeniis ſingulae reperiri, tamen aut ſemper verſandum erat in initiis, ſi, quas ſinguli doctrinarum opes congeſſiſſent, eae ſingulorum manſiſſent ac cum ſingulis interiiſſent, aut adhibendus erat modus, quo inuentae & comparatae a ſingulis doctrinarum opes, cum pereuntibus inuentoribus ipſae non perirent, ſed conſeruarentur, communes fierent humanique ingenii velut theſaurus & praeſidium commune manerent, quo adiuti poſteri, tot hominum ſaeculorumque inuentam ſapientiam in ſe transferre, tantoque facilius, vbi maiores deſiiſſent, vlterius progredi, nouas opes addere, ita au-

rem cognitionis & ſollertiae humanae fines in-dies latius extendere poſſent. Iam quamquam plures alii modi ſint, quibus ſingulorum ſcientia in ſingulos transfundi poſſit, tamen tutiori ampliorique, quam librorum ſubſidio, parta a ſingulis eruditio neque conſeruari, neque augeri, neque diuulgari potuit.

§. 5.

B) *De externo eruditionis apparatu vſurpatur.*

Altera ſignificatio in rebus externis verſatur. Secundum vulgarem verborum permutationem facile fieri potuit, vt artium & doctrinarum vel inuentores auctoresque, vel inſtrumenta & officinae, pro literis & eruditione ipſa ponerentur, cui tanquam miniſtri & ſupellex inſeruiebant. Dum in re conueniamus, in verbis faciles eſſe licet. Sed ſuper re ipſa & pretio eî conſtituendo opiniones variae ſunt. Has vt recte diiudicemus, tenenda, explicanda & argumentis confirmanda ſunt haec: 1) omnem externum literarum apparatum in tres claſſes deſcribi ſiue ad triplex genus reuocari poſſe. Vnum genus ſunt viri docti, qui literas colant tradantque; alterum ſunt libri, quibus literae tradantur: tertium denique officinae & inſtituta literaria alia, in quibus docendo, diſcendo, exercendo, oblataque multiplici alia opportunitate literae adiuuentur. 2) Hiſtoriam literarum, h. e. artium & doctrinarum, cum rebus externis arctiſſime eſſe coniunctam, lucem inde accipere & viciſſim reddere. 3) Nihilominus quae de viris doctis, libris inſtitutisque literariis dici poſſint, duplicis eſſe generis; partem alte-

ram

ram ab hiſtoria literarum nullo modo ſegregari poſſe, qua nempe virorum doctorum memoria librorumque editorum notitia, ea ipſa, quae in literis ſint praeſtita, artes proinde doctrinasque per eos auctas, deſignet & illuſtret; alteram autem vel ad communem vitam, vitae ſtudiorumque methodum, vel ad externam librorum conditionem pertinere. 4) Ob ſcriptorum & librorum, rerumque ad eos pertinentium ingentem multitudinem, rem biographicam & bibliographicam prope infinitam eſſe. 5) Eo factum eſſe, vt multi, externo apparatu literario detenti, in ſolis virorum doctorum vitis cognoſcendis, in hiſtoria librorum deſcribenda multisque minutiis literariis verſarentur, nubem pro Iunone arriperent eaque ſpecie decepti a literis ipſis earumque hiſtoria, quam deſcripturi erant, plane aberrarent. Eam ob cauſam 6) exortos eſſe cenſores, qui id iure reprehenderent, ſed eorum reprehenſionem hunc habuiſſe euentum, vt, quod in rebus humanis ſaepius accidere animaduertimus, ea ipſa in nouum errorem abduceret, quo multi ſibi perſuaderent, omnem ſcriptorum librorumque notitiam, vt inutilem, contemtui eſſe habendam, & inter nugas atque ineptias literarias referendam. Quod ita factum eſſe videtur ob hanc cauſſam, quod, cum illi admonerent & clamarent, ſolam librorum auctorumque notitiam, praeſertim iſtam, quae in inani nominum titulorumque recenſu externaque virorum librorumque conditione ſubſiſteret, non eſſe hiſtoriam literariam, hoc multi ita intelligerent & interpretarentur; eam hiſtoriae literariae partem omnino non eſſe exiſtiman-

ſtimandam, 7) Rem ambiguam igitur ita eſſe expediendam, vt ſtatuamus: a) in cognoſcendis recenſendisque externis ſolis non acquieſcere hiſtoriam literariam; ſed b) nec excludi debere ab hiſtoriae literariae finibus externorum notitiam; c) partem aliquam, velut naturali colligatione, artium & diſciplinarum progreſſibus intextam, vna cum tradenda literarum hiſtoria neceſſario eſſe coniungendam; d) ad comparandam reliquam virorum doctorum, librorum, inſtitutorumque notitiam generali deſcriptione & indicandis praeſertim ſubſidiis idoneis, viam eſſe aperiendam, vt, ſi qui de iis rebus, quoties opus ſit, vberius velint inſtrui, hiſtoria literaria duce ſciant, in quibus libris eas notitias poſſint requirere.

§. 6.

Conſilium H. L. tradendae duplex eſt: 1) vt humanitatis excultae progreſſus & cauſſas inueſtigemus:

Alterum, quod ad explicandam H. L. notionem requirebatur, (§. 1.) erat, vt quaereremus, quo conſilio hiſtoria literaria tradi diſcique poſſit, & quodnam conſilium nos inprimis in ea tradenda ſecuturi ſimus. Hominum diuerſis ſtudiis inter ſe comparatis & accuratius conſideratis iis, quae literarum hiſtoria praeſtare poſſit, diuerſa diuerſorum conſilia ad duplicem finem referri poſſe apparuit. Vnum conſilium generis humani hiſtoriam ſpectat, ſed vitae humanae cultioris meliorisque cauſſas perſequitur, a literarum ope deriuandas; alterum ad ſtudiorum prudentius inſtituendorum & eruditionis conſequendae methodum pertinet.

Quod

Quod ad prius attinet, nihil magis intereſt, quam noſcere, quibus rebus genus humanum ad humanitatem ſit excultum, nec ratiocinando eas res praecipere, ſed ipſis factis, exemplis & euentis conſpicere. In his rebus cum artes & literae emineant, facile patet, earum hiſtoriam, ipſius humanitatis hiſtoriam iure eſſe exiſtimandam. Namque cum conſtet, ſapientiae & religionis praeceptis, legum diſciplina, artium praeſidio, literarum ſtudiis effectum eſſe, vt genus humanum rude, velut per educationis modum, ad morum manſuetudinem, rerum vtilium intelligentiam, vitaeque felicitatem ſenſim inſtitueretur & exerceretur, fieri aliter non poteſt, quam, dum literarum artiumque origines & progreſſus, fataque iniqua & decrementa perſequimur, vt humani generis viciſſitudines, in peius meliusque mutationes, harumque cauſſas obſeruemus rectiusque intelligamus. Ad illa autem inprimis animum intendere oportet: 1) populorum mores rerumque publicarum diuerſae ſpecies ſiue formae quam vim habuerint in artes literasque vel aduocandas & fouendas, vel arcendas & opprimendas; 2) quae viciſſim artium literarumque vis in populorum mores ſtatumque publicum fuerit; 3) quae res aliae vel opportunae & fauſtae, quiue viri literarum & artium ſtudia adiuuerint, vel quae res iniquae & importunae iisdem obfuerint (*)?

(*) Hunc H. L. vſum & finem egregie illuſtratum deprehendimus in his ſcriptis;
1) *Vom Einfluß der Regierung auf die Wiſſenſchaften,*

§. 7.

2) *Vt eruditionis comparandae & ſtudiorum methodum praebeat.*

Quemadmodum prior ratio ad generis humani philoſophiam & diſciplinam politicam pertinet, atque communis vſus eſſe videtur, ita poſterior literarum ſtudioſis propria eſt, ad hoc vnice comparata, vt literarum ſtudia regat & adiuuet, comparandaeque eruditionis modum oſtendat. Quod plane intelligi poteſt, ſi ad eruditionis ipſius notionem, ſupra explicatam (§. 2 & 3), animum aduertamus eamque ad inueniendam & diiudicandam ſtudiorum methodum adhibeamus. Nam cum omnis eruditio h. e. artium doctrinarumque theſauri, per tot ſaecula & inter tot populos congeſti, libris contineantur, facile patet: 1) ad hos doctrinarum theſauros aditum nullum eſſe, niſi per libro-

ten, und der Wiſſenſchaften auf die Regierung von Hrn. Herder. *Berl.* 1780. 4. Eſt inter commentationes, ab Acad. Reg. Berolinenſi praemiis ornatas.

2) Chph. Meiners *Vorrede zu ſeiner Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Röm.*

3) Chr. Ulrich Detl. Eggers *Skizze und Fragmente einer Geſchichte der Menſchheit. Flensb. und Leipz.* 1786. 8. B. I. p. 1-12.

Exempla hiſtoriae literariae ad hunc finem ſcribendae exhibuerunt:

De l'origine des loix, des arts & des ſciences & de leurs progrès chez les anciens peuples. Par M. Goguet, *T. I. II. III. à Paris* 1758. 4.

If. Iſelin *über die Geſchichte der Menſchheit. Frankf. und Leipzig* 1764. — *Zürich* 1768. — Quinta & nouiſſima editio: *Baſel.* 1786. 8.

Paolo

brorum vſum ſiue *per lectionem.* Quamuis enim plures ſint modi, quibus multiplicem & accuratam rerum ſcientiam poſſimus acquirere, vt viua virorum doctorum inſtitutio, docta conuerſatio, rerum vſus & ſedula obſeruatio, denique meditatio; at nullum tamen extat ſubſidium, quod & tutius ſit & latius pateat, quam id, quod lectio praebeat. Iam vero vt haec lectio habeat, quo regatur, nec vaga erret animumque magis confundat, quam inſtruat, opus eſt, 2) vt *ad eam praeparemur.* Ad hanc autem lectionis praeparationem, minimum haec duo requiruntur, primo vt artium & doctrinarum ideam generalem, ſeu literarum encyclopaediam animo complectamur, deinde vt doctrinarum theſauros, ſcriptis contentos, luſtratione & conſpectu percurramus atque ita artium & literarum, a primis initiis inter diuerſos populos

Paolo Zambaldi *Saggi per ſeruire alla ſtoria del Uomo. Ven.* 1767. 8.

Zambaldi *Natürliche und ſittliche Geſchichte des Menſchen, aus dem Italien. mit Anmerkungen von* Caeſar. *Leipz.* 1784. 8.

An eſſay on the hiſtory of civil ſociety by Ad. Ferguſon. Edinb. 1767. 8.

Home *Sketches on the hiſtory of man. Edinb.* 1774. 2 *Voll.* 4. Germ. *Lipſ.* 1774. 8.

Verſuch einer Geſchichte der Cultur des menſchlichen Geſchlechts. Leipz. 1782. 8.

Ideen zur Philoſophie der Geſchichte der Menſchheit, von Io. Gottfr. Herder. *Th. I. II. III. Riga und Leipz.* 1784. 1785. 1787. 4. Praeſertim e P. II. octauus, nonus & decimus liber, maxime autem *P. III. tota* huc pertinet.

Geſchichte des Urſprungs, Fortgangs und Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom, von Chriſtph. Meiners. *Lemgo* 1781. 8.

pulos cultarum ſcriptisque consignatarum hiſtoriam teneamus. Nam temporum ipſorum ordo ac ratio, & ad intelligenda & ad dijudicanda & ad vſurpanda doctrinarum monumenta, proinde ad regendam librorum lectionem, vim atque vſum praecipuum habet.

Talem eruditionis hiſtoriam proprie *literariam* appellare licet. Sed eius tractandae modus nihilominus diuerſus eſſe poteſt, vnus, qui in nuda artium & literarum inuentarum & auctarum deſcriptione acquieſcit; alter, qui ad eam ipſam deſcriptionem, rerum inuentarum vel melius excultarum cauſſas addit & de operum virtutibus vitiisque iudicat; qualem vulgo *pragmaticum* (*) appellant: tertius denique, cui leuitatis vitium ineſt; vbi operum deſcriptione neglecta, nec exhibita rerum ipſarum notitia accurata, nullo igitur praeſtructo fundamento, ſpecioſa inanium argumentationum & ingenioſarum diſceptationum opus conſtruitur.

§. 8.

Definitionis formula proponitur; ſub qua duplex tractationis modus comprehenditur.

(I. §. I.) Iam iuuat, ſingula in quaeſtionem vocata & per partes explicata, in breuem formulam colligere. Eſt igitur *Hiſtoria literaria* artium & doctrinarum inter homines inuentarum ſcriptisque excultarum & propagatarum hiſtoria, adiuncta auctorum, inſtrumentorumque,

(*) Edidit *Chr. Fr. Schmidius*, Lycei Luneb. Rector, *Diſſertatiunculam de Hiſtoria literaria pragmatice tractanda*, quae in *Actis Academicis an.* 1733. *p.* 232 *ſqq.* recenſetur.

que, quae iis colendis inſeruiant, notitia, tota ad hoc inſtituta, vt vel generis humani literarumque conditionem variam, ſecundum cauſſas accuratius perſpiciamus, vel ea adiuti ad comparandam eruditionem eiusque monumentorum vſum aptius praeparemur (*a*).

Quamquam autem vtrumque conſilium, ob quod hiſtoriae literariae cognoſcendae operam damus, poſſit coniungi vno opere, tamen ratio etiam eſſe poteſt, propter quam, vno neglecto

(*a*) Satius putaui, pluribus verbis & diſtinctius definire H. L. non ſolum *argumentum*, ſed etiam *finem* atque *vſum*. Tanto enim ſegnius ſingula literarum genera colimus, quanto minus apparet, quid earum ſtudium proſit; tantoque acrius iisdem incumbimus, quanto earum vſus eſt clarior certiorque. Quae autem in prioribus editionibus Heumannus ad deſcribendam illuſtrandamque H. L. naturam attulerat, integra apponamus: „*Hiſtoria literaria* eſt hiſtoria literarum & literatorum, ſiue Narratio de ortu & progreſſu ſtudiorum literariorum ad noſtram vsque aetatem. Eodem modo *hiſtoria ciuilis* eſt hiſtoria imperiorum & imperantium, ac *Hiſtoria eccleſiaſtica* eſt hiſtoria theologiae ſiue religionis & theologorum. Poteſt etiam dici *Hiſtoria literaria* ſpeculum orbis literati, cum praeteriti tum praeſentis: vel etiam iter per orbem literatum vniuerſum. Hoc in itinere, quod obimus in muſeo noſtro, oculos noſtros ſubeunt tot viri doctiſſimi omnis generis, tot tantique Maecenates, tot gymnaſia literaria, tot inſignes bibliothecae. Incidimus etiam in moroſophos, atheos ſcilicet, ſcepticos, enthuſiaſtas, religionis chriſtianae in ipſo Chriſtianorum grege inſectatores, alchymiſtas, ſimilisque furfuris male ſapientes. Reducimur quoque in orbem iam exſtinctum, modo in Aegypto verſantes, vel Chaldaea, modo Athenis, modo in barbara, quae cultiſſima nunc eſt, Germania, terrisque aliis. Saepe vero & noctu iter faciendum eſt, cum videlicet deeſt lux hiſtoriae."

glecto vel leuiter attacto, alterum in primis reſpiciamus. Inde duplex tractationis modus oritur. Alius eſſe debet, ſi de generis humani hiſtoria velimus philoſophari, alius ſi ad literas diſcendas inſtituendi & praeparandi ſint iuuenes. Nos quidem memores, quibus ſcribamus, cauſarum obſeruatione non omnino neglecta, omnia inprimis ad iuuenum ſtudia regenda & adiuuanda referemus, literarum hiſtoriam ita deſcripturi, vt, qui doctrinarum theſauri diuerſis temporibus & inter diuerſos populos ſint parati ac propoſiti, pateat, ipſosque adeundi iuuenibus maior facultas comparetur.

§. 9.

Studii literarii multiplex vtilitas.

(I. §. III. IV.) Caeterum non contemnendi ex H. L. ſtudio fructus (*a*) capi poſſunt. Hos etiamſi ex ipſa conſilii grauitate, ob quod hiſtoriae literariae cognoſcendae operam dandam eſſe diximus, aeſtimare & intelligere licet, tamen ſingulatim recenſeamus. Vt omittam, literatis eſſe turpitudini, literariam adeoque dome-

(*a*) Vid. Gottl. Stolle *Diſc. von dem Nutzen der Hiſtoriae & Notitiae literariae. Hildburgh.* 1714. 4. Heumanni *Diſſ. de fructibus ex hiſt. philoſ. capiendis,* quae extat in *Actis Philoſophor.* P. I. c. 1. Carl Wilh. Schumacher *de H. L. praeſtantiſſimo diſcentium ingenium acuendi alendique adiumento. Iſenaci* 1772. 4. Vlrich Mayr *Biga Diſſert. de nexu hiſtoriae literariae cum ſtudio theologico. Ed. 2.* 1774. 8. quam germ. vertit Cel. *Zapfius*, ſub titulo: *Ueber den Einfluſs der Gelehrtengeſchichte in das Studium der Gottesgelehrſamkeit. Leipz. und Augsb.* 1778. 8.

meſticam (b), ignorare hiſtoriam in eaque committere errores (c); ex ea 1) librorum notitiam haurimus cum bonorum malorumue diſcrimine, quod doctrinarum comparandarum certiſſimum ſubſidium eſſe ſcimus; 2) methodum addiſcimus, expeditiore breuioreque via ad eruditionem perueniendi; 3) quae in ſtudiis ſequenda vel fugienda ſint, cognoſcimus, quo ipſo prudentiam addiſcimus literatam (d); 4) [illegible] vitas

(b) Hiſtoriam liter. acrius a literatis excolendam eſſe, quam hiſtoriam ciuilem, ex vero iudicat praeclareque docet *Moshemius* in Praef. ad *Haleſii* Hiſt. Conc. Dordr. §. 36. p. 11. ſqq.

(c) Horum ſatis amplam ſegetem exhibet *Reimmanni* Hiſt. lit. To. I. p. 131-142. & *Biblioth. H. L. Struu. Iugler.* To. I. p. 13 ſqq. Inprimis dulce eſt, ex H. L. diſcere origines rerum literariarum. Quam putide quaeſo ille peccabat, qui in praefatione libri ſui Catechetici docebat, iam tempore prophetae Ieſaiae Catechiſmos e typographiis prodiiſſe, *im Drucke herausgekommen*. Plura errorum exempla annotata exhibet *Aeg. Menagius* in Anti-Baillet, quibus addenda ſunt ea, ob quae ipſum reprehendit *de la Monnoye*; item *Lilienthal* in Diſſ. de ſoloeciſmo literario; D. *Io. Fr. Mayer* in Progr. de turpi circa auctores ignorantia; *Io. Matth. Geſner* in Praefat. ad *Hambergeri* Zuverläſsige Nachr. von den vornehmſten Schriftſtellern,)(5. b.

(d) Exempli cauſſa vnam hanc obſeruationem affero. Hiſtoriam intuentes literariam diſcimus, omnes rerum nouarum inuentores, firmiſſimo licet fundamento nixos, aduerſarios habuiſſe grauiſſimos, at poſtremo feliciter triumphaſſe de hoſtibus ſuis, ac doctores illos melius feciſſe, qui tacuerint, iis, qui diu multumque reſpondendo ſibi multum moleſtiae accerſiuerunt, ſimulque poſteritati prodiderunt, ſe ſuccubuiſſe prauis affectibus, nec ſatis magno animo fuiſſe praeditos. Vtrius-

que

vitas virorum ingenio doctrinaque illuſtrium oculis animoque luſtrantes, non ſolum auctoritatis (*e*) & antiquitatis praeiudicium ſenſim exuimus, verum etiam cognoſcentes, ad quam praeſtantiam ope literarum exculti fuerint homines quantique viri euaſerint, ad aemulationem (*f*) incitamur. Denique 5) e literaria hiſtoria

que rei exemplum in *Harueo* habemus & *Pufendorfio.* Hic, vt *Senecae* verbis e *Libr. II. de ira cap.* 32. vtar, *ille magnus & nobilis eſt, qui more magnae ferae latratus minutorum canum ſecurus exaudit.* Eſt enim veritas lux quaedam. Quae eam circumuolant auiculae & inquinant, ipſi nihil nocent, ſibi vero damnum, aliis riſum, pariunt.

(*e*) Obſeruatu haud indignum, ſuperioribus ſaeculis, quibus frigebat hiſtoriae literariae ſtudium, philoſophos caeca fide ſuum Ariſtotelem, ICtos ſuum Bartolum, theologos ſuum Thomam, ouium ritu, eſſe ſecutos: hodie, perculta hiſtoria literaria, non ſolum philoſophos, ſed etiam iure conſultos, hiſtoricos, medicos, philologos, imo & theologos, factos eſſe eclecticos & vere eruditos. Eſt ergo hiſtoria literaria lux veritatis & mater libertatis ingeniorum. Vid. *Heumanni Poecile Tom. III.* p. 297.

(*f*) Hodierna docet experientia, literarum ſtudioſos illos, qui negligant hiſtoriam literariam, ſegnius tractare literas, ac tantum duntaxat e diſciplinis haurire, quantum ipſis videatur opus eſſe ad conſequendam ſpartam ſibi ſuaeque Marthae alendae ſuffecturam; at, qui tincti ſint hiſtoria literaria, vehementius accendi ad exercenda literarum ſtudia. Singulare vero huius aemulationis exemplum eſt *Ludouicus*, Elector Palatinus, quem *Altingius* Hiſt. eccleſ. Palat. p. 244. ſcribit haec aliquando verba edidiſſe: *Quoties GEORGII, Principis Anhaltini, ſcripta lego, adeo afficior, & tanta cum admiratione inſignia eius dona ſuſpicio, ut, ſi a Deo mihi integra*

ſtoria diuinae prouidentiae vias cognoſcimus, literarum cultura felicitatem generis humani progreſſumque (g) verae religionis adiuuantis.

§. 10.

Eius naeui.

(I. §. II.) Haec hiſtoria ob (a) monumentorum penuriam eſt admodum imperfecta, cum ex natura ſua, tum negligentia hominum, tum calamitatibus etiam, quae multa abſtulerunt; eadem

tegra optio daretur, non Romanum Imperium magis, quam ſimile docendi & ſcribendi donum eligerem. Ac ſane & *Salomonem* maiorem & clariorem fecit ſapientia & eruditio, quam opulentia & potentia.

(g) Vide, quod infra obſeruatum P. II. Cap. I. (IV. §. XI. Not. e.) de vulgato per vniuerſum paene terrarum orbem Graecae linguae vſu.

(a) Haec *monumentorum penuria* eſt triplex. *Alii* enim libri plane non potuerunt ſcribi, quia multarum artium earumque grauiſſimarum origines vel in tempora incidunt arte ſcribendi antiquiora, vel tanquam res arcanae diu ſunt occultatae, vel ob ingenii humani imbecillitatem non potuerunt cognoſci. (Cf. *Meiners Geſchichte der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom, Vorr. p. VI-XII.*) *Alii*, quos ſcribi oportebat, ob negligentiam non fuerunt conſcripti; *alii* denique, qui extiterunt, periere. Olim quippe hiſtoriae literariae nemo erat incurioſior literatis ipſis, ac raro eius aliquid prodebatur literis. Vnde de veterum artibus, ſcholis, viris doctis, bibliothecis caeteriſque hiſtoriae literariae partibus quantum eſt, quod neſcimus! Ne aetatem quidem omnium compertam habemus. Palaephatus, Curtius, Aphthonius, Heſychius, Stobaeus multique alii, quorum libros habemus & libenter legimus, quo quisque tempore vixerit, philologi certant & adhuc ſub iudice lis eſt. Quod autem ad eos libros attinet, qui ſcripti quidem fuere de hiſtoria literaria, ſed interciderunt,

eadem propter varias temere conceptas opiniones multis mixta (b) eſt fabulis, rebusque inanibus & futilibus. Quamquam quae rerum minutarum ſpeciem habent, non temere abiicienda. Sed ob hanc hiſtoriae literariae indolem, quam cum ciuili hiſtoria & eccleſiaſtica communem habet, opus eſt tanto maiore ſagacitate, ad conquirendas rerum inuentarum rationes, iudicio vero & arte critica ad examinandam monimentorum fidem aeſtimandamque rerum relatarum dignitatem ac faciendum ſecundum eam argumentorum dilectum (c).

§. II.

praeclariſſimum de illis naufragiis teſtem habemus *Ionſium* in opere de *Scriptorib. H. Philoſ.* vel potius, (ita enim inſcribendum erat) de *ſcriptoribus hiſtoriae literariae.* Omnium vero locupletiſſimus teſtis eſt rex Salomo Eccleſ. 12, 12. inquiens: *Faciendi libros multos nullus eſt finis.* Bone Deus! vbi ſunt innumeri illi libri hebraice ſcripti? Videtur exitium iis attuliſſe captiuitas Babylonica. Vid. de his Salomonis verbis *Reimmanni* Praef. ad *Hiſt. Lit. antediluu.* cuius tamen interpretationi *Geierianam* praefero.

(b) Extat *Gothofredi Vockerodii Hiſtoria Societatum & rei literariae mundi primi* ſiue *antediluuiani.* Multas ea exhibet fabulas, quas tamen auctor non omnes ſuo dignatus eſt ſuffragio. Scilicet cupiditas explendi hiatus hiſtoriae literariae effecit, vt alii veris hiſtoriis aſſuerent pannos fabularum, alii hoſce pannos cupide amplexarentur pro purpura. — Quodſi qui praeterea ſint, qui rerum futilium exempla requirant, ad hiſtoriam literariam relatarum, illi oculis perluſtrent ſcriptorum titulos in *Catal. Biblioth. Bunau. Tom. I. p.* 528-542. & in *Struuii Bibliothec. Lit. ed. Iugleri, Tom. II. p.* 1518-1564. recenſitos. In his vnum ipſius Heumanni deprehendes, cuius diſputatiuncula *de macromicris* extat, ſeu de magnis non magnis.

(c) Cf. Ioh. Alb. *Fabricii* Praef. *de defectibus H. L. Prodromo Lambecii* praemiſſa.

§. II.

Cautio, quae adhibenda in H. L. ſtudio.

(I. §. V.) Illud vero cauendum ſedulo, ne totos (*a*) nos dedamus hiſtoriae literariae, neglecto literarum ſtudio, ſed reputemus primo, eam eſſe eruditionis hiſtoriam, non eruditionem ipſam, adeoque, qui in hiſtoria hac verſatiſſimus nullam praeterea diſciplinam excoluerit, eum vix ac ne vix quidem in eruditorum hominum numerum referri debere; deinde cogitemus etiam, nullius rei, nedum eruditionis hiſtoriam tradi quidem poſſe, niſi ab eo, qui earum rerum & doctrinarum ſit gnarus, quarum origines, incrementa & fata reliqua ſit deſcripturus.

Sed nolumus haec ita intelligi, ac ſi reprobemus, ſi qui talem ſtudiorum rationem ineant, vt ad excolendam literarum hiſtoriam, literarum ſtudia omnia traducant & accommodent, in ea elaborent eiusque plenius ac rectius tradendae fiant auctores ac praeceptores. Namque hiſtoriae literariae tanta eſt & amplitudo & vtilitas, vt non poſſit ſolum vnius hominis vitam occupare, ſed ob argumenti magnitudinem & praeſtantiam requirat adeo operam & ſtudium peculiare. Quod inde poteſt cognoſci, quod in Academiis, diuiſis ſingulis inter ſingulos diſciplinis, hiſtoriae etiam literariae ſingularis profeſſio ſit conſtituta. Huic itaque qui ſtudia ſua vnice dicare ac deinde ſatisfacere cupit, eum oportet 1) memoria egregia, ingenio vero mul-

 tis

(*a*) Vide C. A. *Heumanni* Schediasma de *Anonymis* P. I. cap. IV. §. 3 & 4. *Miſcell. Lipſ.* To. VI. p. 63 ſqq

tis capiendis dignoſcendisque apto praeditum eſſe & ſtudio indefeſſo aſſueſcere; 2) omnium ac ſingularum diſciplinarum & artium notitiam acquirere & eruditionis proinde vniuerſae orbem ſeu encyclopaediam vel polyhiſtoriam animo complecti & continuato ſtudio augere, denique 3) eam ipſam diſciplinarum & artium cognitionem eo transferre, vt ſingularum progreſſus accurate obſeruet & intelligat, nec eruditorum nomina librorumque titulos memoria teneat, ſed quid quantumue ſinguli praeſtiterint & ad literarum incrementa attulerint, ſedulo animaduertat & vere aeſtimet.

Neque tali ingenio praediti neque literarum ipſarum ſcientia inſtructi ſi hanc viam ingreſſi fuerimus, rei literariae commentarios conficiemus, at eruditionis hiſtoriam non attingemus, ſed inter tenues doctorum virorum notitias librorumque titulos, literarum ipſi expertes, velut tabernis librariis adſcripti homines, errabimus. Qui enim ita totum ſe dat (*b*), non dicam hiſtoriae literariae, ſed rei literariae, in ſolo externo literarum apparatu vt verſetur ac ſubſiſtat, inter-

(*b*) Maxime curioſitas, omnes noſcendi libros de quocunque argumento ſcriptos, ſiue bonae ſiue deterioris notae, omnesque illorum librorum editiones, ſufflaminat profectus in eruditione ſolida, efficitque, vt eiusmodi homines corticis literarii plurimum habeant, nuclei perparum. Intereſt tamen reip. literariae, habere viros, qui & huius rei notitiam exhibeant. Verum tales *Voſſios*, *Morhofios*, *Fabricios* qui caeco imitantur impetu, ſola ducti voluptate literaria, meminerint, Herculis cothurnos non eſſe omnibus pedibus aptos. Triumuiri illi, quos dixi, ita praepollebant ingenio, vt minutio-

terna autem, i. literas ipſas negligat & ignoret, adeo vt neque eruditionem vniuerſalem ſeu idoneam cunctarum literarum encyclopaediam ſubſtruat, neque vllam ipſe fundi literarii partem propria aret vitula, is ſimilis eſt agricolae, qui, neglecto ſuo agro, tantummodo caeterorum agricolarum nomina inueſtigat, &, quantam quisque meſſem fecerit, quantumque laboris ſui fructum ceperit, curioſe cognoſcit, ipſe vero meſſis tempore nihil ab agro ſuo accipit, atque adeo, cum ſui agri fructus oſtendere iubetur, aliorum inuadit horrea, dicendus cum poeta *congeſto alieno pauper in auro.* Similis item eſt peregrinatoribus literariis, qui domum reduces multa auditu iucunda narrant de literatorum, quos videre ipſis contigit & conuenire, faciebus, veſtitu, moribus, domibus, vxoribus, liberis, paupertate & diuitiis, muneribus, bibliothecis, ſcriptis; ipſi interea per plures diſcurſionis ſuae vel menſes vel annos, ne teruncium quidem adiecerunt illi eruditionis qualicunque theſauro, quem iam poſſidebant, cum

potiora iſta ſtudia non eſſent fraudi eruditioni ipſorum vtque corticis cura ab eſu & vſu nuclei eos non abſtraheret. Contra multos hodie videmus, in deſcribenda re literaria multum, in literis parum proficere. Vid. *Clericii Biblioth. anc. & mod. To. XVI. p.* 423. Scilicet rem literariam tractare & facile & iucundum eſt, cum ipſum literarum agrum colere res ſit admodum laborioſa tardiorisque ſucceſſus. Conf. *Io. Henr. Seelen de nimio fere noſtra aetate ſtudio literario Commentatio in Ei. Se-*lectis literariis. 8. *Sigm. Iac. Aepini Schediasma de nimio eoque noxio hiſtoriae literariae ſtudio. Norimb.* 1723. 4. *Riedel de ſtudii hiſtoriae literariae vſu & abuſu. Helmſt.* 1733. 4.

iter ſuum literarium ingrederentur. Admonendi itaque ſunt eruditionis ſtudioſi, ne rei ſcriptores literariae ſibi faciant *fures temporis*, ingenio diſciplinisque excolendis merito dicandi.

§. 12.

Partes hiſtoriae literariae vniuerſalis.

(I. §. VI.) Si a reliquo corpore duas partes priores ſeparemus, in quarum vna hiſtoriae literariae natura explicata, altera vero H. L. vniuerſalis ſcriptores recenſiti ſunt, Heumannus hiſtoriae literariae quinque partes conſtituerat, ita vt I) (cap. 3.) de arte ſcribendi; II) (cap. 4.) de ſtudiorum literariorum ortu ageretur & quomodo ea fuerint diſſeminata per totque viciſſitudines ad noſtram vsque aetatem propagata, oſtenderetur; III) (cap 5.) de ſingulis diſciplinis earumque & incrementis & decrementis diſſereretur; IV) (cap. 6.) de omnis generis libris; denique V) cap. 7.) de doctis hominibus librorumque auctoribus ſcitu digna exponerentur. Sed has ipſas partes ad ſua genera reuocando, operis diuiſionem magis congruam reddamus. Ad eam rationem, de qua ſupra (§. 4. & 5.) actum eſt, vbi rem literariam duplicis generis eſſe diximus, alteram internam, externam alteram, duae operis partes principales ſunt faciendae, quaeque rurſus in ſua capita deſcribendae. Quo facilius rei exponendae ordinem perſpiciamus, hanc tabulam proponere iuuabit:

PARS PRIMA

quae eſt inſtrumentalis,

de Apparatu literario.

CAP. I. de Scriptoribus hiſtoriae literariae vniuerſalis.

CAP. II.

CAP. II. Notitia auctorum.
CAP. III. Notitia librorum.
SECT. I. technographica, & quidem
1) de arte chirographica librisque manu ſcriptis;
2) de arte typographica rebusque memorabilibus ad libros typis expreſſos pertinentibus.
SECT. II. hiſtorica, de noſcendis librorum argumentis eorumque aeſtumando pretio.
CAP. IV. Notitia Inſtitutorum literariorum. — Bibliothecae. Scholae. Academiae. Societates literariae. Bibliopolium.

PARS SECVNDA

quae eſt hiſtorica,

de hiſtoria literarum i. artium doctrinarumque literis traditarum.

CAP. I. *Chronologica deſcriptio,* qua literarum origines & viciſſitudines ſecundum quatuor periodos proponuntur.

Periodus I. Aetas *rudimentorum*, vsque ad ſcribendi artem inuentam & diuulgatam, i. vsque ad Moſen.

Periodus II. Aetas *gentium & literarum excultarum*, ſecundum ordinem ethno-geographicum explicanda, quo *gentes literis cultae* deinceps ſequentur hae: Aegyptii, Babylonii, Perſae, Hebraei, Phoenices cognataeque gentes, Sinenſes; deinde Graeci, Romani, Chriſtiani. A Moſe incipientes vsque ad Iuſtinianum Imp. progrediemur.

Periodus III. Aetas *labentium literarum* ſiue *Media aetas*, a Iuſtiniano Imp. vsque ad CP*lin* a

 Tur-

Turcis captam, ſiue a ſaec. VI. poſt Chriſt. natum, ad an. 1453.

Periodus IV. Aetas *inſtauratarum literarum.* Inde a CP*li* capta vsque ad noſtra tempora.

CAP. II. *Technographica deſcriptio*, ſiue de origine, incrementis ſtatuque praeſenti ſingularum artium & diſciplinarum.

Atque hunc quidem ordinem perſpicuum, plenum & aptum eſſe putamus, ſecundum quem tot temporum diſcrimina diſpicere & doctrinarum theſauros, inter tam diuerſos populos, diuerſis temporibus propoſitos, cognoſcere, ad aliaque ſimul rei literariae ſubſidia inſpicienda & vſurpanda adduci haud poenitebit; nec quidquam occurret in re literaria, quod in his partitionibus non ſuum habeat locum.

§. 13.

Singulares ſpecies H. L.

(I. §. VII.) Eſt haec hiſtoria literaria *vniuerſalis*: cui opponitur *particularis*, qua ſingulae eius partes ſeparatim explicantur; quae vel *chorographica* eſt, cum certae (*a*) gentis ſiue regionis;

(*a*) Conf. *Mich. Lilienthal* Conſult. de hiſtoria literaria certae cuiusdam gentis ſcribenda. Lipſ. & Roſtoch. 8. 1710. Qua *Verulamii* de conſcribenda H. L. conſilium ad vnius gentis rem literariam explicandam adhibere conatus eſt; qui quidem conatus ei feliciter ſucceſſit. Vid. *Struuii* Introd. in Not. rei lit. p. 63. Multiplicem vſum deſcriptionis literariae ſingularum gentium explicuit *Io. Senebier* in Praefat. ad *Hiſt. liter. de Geneve* 1786. 8. editam. Quae ſequuntur exempla, alio loco aptius & cum multis aliis recenſenda, abieciſſem, ſi e meo

nis; vel *topographica*, cum certae (*b*) vrbis vel Academiae (*c*); vel *periodica*, cum certi (*d*) temporis; vel *technologica*, cum certae (*e*) artis vel diſciplinae (*f*) hiſtoria literaria exponitur; vel *biographica*, cum vitae clarorum certi generis virorum deſcribuntur; vel *bibliographica*, cum libri alicuius diſciplinae recenſentur.

meo conſilio agere licuiſſet. — Exempla ſunt Hiſtoria literaria Germaniae, quam edidit *Reimmannus* & Cimbria literata *Molleri*. Sic *Alb. Thura* an. 1723 edidit Hiſtoriam literariam Daniae & *Hyacinth. Gimma* Hiſtoriam literariam Italiae. Ac *Bailletus* Iudiciorum To. I. p. 287-359 exhibet compendioſam hiſtoriam ſtudiorum in Gallia florentium inde ab initio vsque ad haec tempora, ſimulque nominatim Gallorum laudat eruditiſſimos. Speciatim *Claud. Sorellus* in ſua *Bibliotheca Gallica*, patrio ſcripta ſermone, copioſe oſtendit, Gallos ſua lingua omnes ſcientias & artes excoluiſſe ac veterum quoque libros in eam transtuliſſe. Quo ſub titulo hoc ſtadium decurrere perrexit inde ab anno 1740 *Gouietus*; cuius XVIII. volumi prodierunt. Ampliſſimo vero in campo omnem hiſtoriam Galliae literariam explicare coeperunt 1733 quidam Benedictini, quorum opus literarium: *Hiſtoire literaire de la France*, hactenus XII. impleuit grandiora volumina.

(*b*) E. g. *Brema literata*. An. 1729 *Io. Ant. Saxius* emiſit Prodromum ad hiſtoriam literario-topographicam Mediolanenſem; & an. 1728 Pater *de Colonia* Hiſtoriam literariam ciuitatis Lugdunenſis edere coepit eiusque poſteriorem partem an. 1730 publicauit.

(*c*) E. g. Hiſtoria *Academiae Pariſienſ.* auct. Caeſ. Egaſſ. *Bulaeo*; *Francofurt.* cet.

(*d*) E. g. *Hiſtoria antediluuiana*. *Hiſtoria ſaeculi XVI.* cet.

(*e*) E. g. *Hiſtoria Poeſeos*, *Logicae*. cet.

(*f*) E. g. *Hiſtoria philoſophica*; *Hiſtoria Medicinae*. — An. 1720 *Pfaffius* edidit *Introductionem in hiſto-*

§. 14.

H. L. ſpecialiſſima.

(I. §. VIII.) Addi debet hiſtoria literaria *ſpecialiſſima*, quae eſt ſingulorum librorum, ſingularum opinionum etc. vt, cum *Io. Pet. Titius* libellum ſcripſit de fatis operum *Thuani*, *Launoius* de fortuna *Ariſtotelis* in Academia Pariſienſi; *Kettnerus* hiſtoriam dicti Ioannei 1 Io. 5, 7. de trinitate, addita recentiorum controuerſiarum narratione facile augendam; *Io. Fr. Mayerus* hiſtoriam verſionis bibliorum Germanicae, *I. A. Schinmeyer* Suecicae etc.; *Kingius* hiſtoriam ſymboli Apoſtolici, a G. Oleario latine redditam; *Io. Alb. Fabricius* (in *Centifolio* ſuo *Lutherano* p. 106-144.) *Saligius* (in toto L. IV. ſuae *Aug. Conf. Hiſtoriae*) *Ern. Sal. Cyprianus* (in libro pecul. Gothae, 1730. 4.) nouiſſime autem *Ge. Gottl. Weber*, *I. C. Bertram*, *Ge. Wolfg. Panzer* aliique ſingularibus libris crebrisque diſceptationibus, hiſtoriam literariam Auguſtanae Confeſſionis; *Brenckmannus* hiſtoriam *Codicis MS. Pandectarum Florentini*; *Bindarus* (in *Bartholomaei* Actis hiſt. eccl. To. V. & VI.) hiſtoriam *editionis Bibliorum Erneſtinae* ſiue *Vina-*

hiſtoriam Theologiae literariam, magno applauſu exceptam. Eam cum vberrimis annotationibus iterum edidit an. 1724 & ſequentibus. Vid. iudicium de hoc opere in *Act. Erudit.* an. 1724 p. 526 & 527. Etiam *Ioach. Langius* an. 1724 emiſit *Inſtitutiones literarias ſtudii theologici*. Verum non eſt haec hiſtoria Theologiae literaria, ſed tantum continet hic liber bibliothecam theologicam, praemiſſa de methodo ſtudii theologici, de ſtudio hiſtoriae literariae, de comparanda notitia librorum & bibliothecarum, denique de hiſtoria artis typographicae tractatione ſatis perfunctoria. Cf. *Acta Erud. Germ.* P. XCV. p. 801 ſqq.

Vinarienſis. Sic plures ſcripſerunt hiſtoriam *verſionis Bibliorum Germanicae*, cum a *Luthero* tum ante eum confectae, vt *Ioann. Naſt*, *Io. Melch. Göze*, *Ge. Wolfg. Panzer*, aliique. Hiſtoriam libri Maſiani de *Intereſſe Principum circa religionem* exhibuit *Thomaſius* in den *gemiſchten Händeln*, T. II. cap. 3. Ipſe *Heumannus* hiſtoriam *Sympoſii Lactantiani* compoſuit & ſub titulo praefationis ad illud Sympoſium edidit; hiſtoriam item *Operis Carolini* de *cultu imaginum*. Sic facile etiam eſſet, conſcribere hiſtoriam *libri de imitatione Chriſti*, qui vulgo idque ſummo jure *Thomae Kempenſi* tribuitur *a*). Libri *Grotiani* de veritate religionis Chriſtianae hiſtoriam, ab Heumanno olim exoptatam, iam an. 1739 luculentiſſime expoſuit *Io. Chſtph. Koecher*. Omnium maxime huc pertinet hiſtoria literaria Codicis ſacri, tractata a *Io. Gottl. Carpzovio* in Introductione ad libros hiſtoricos V. T. in cuius praefatione ſuos in hoc ſcribendi genere anteceſſores adducit; a *Rich. Simonio* in Recenſione critica textus originalis, verſionum & commentatorum Biblicorum; a *Io. Frid. Mayero* in Bibliotheca Biblica, quam locupletauit *Car. Arndius*; a *Iac. Longo* in Bibliotheca

(*a*) Nempe eius ipſius hiſtoriae ſcribendae argumenta ſiue materiem, multa diligentia congeſtam, propoſuerunt: Euſeb. Amort in *Scuto Kempenſi ſiue Vindiciis quatuor librorum de Im. Chr. Colon. Agr.* 1728. 4. P. Ang. Maerz in *Diſſert. critica* cet. *Pollingae*, 1760. 4. Canonicus quidam reg. S. Auguſt. M. P. W. V. in libro: *Io. de Canabaco, qui vulgo venditur pro authore IV. librorum de imitatione Chriſti. Pollingae*, 1761. 8. Denique Franc. Ioſeph. Desbillons ſub titulo: *Libri IV. de imit. Chr. ad veram lectionem reuocati & auctori ſuo Thomae a Kempis denuo vindicati. Manhemii*, 1780. 8.

ca ſacra, a *C. F. Boernero* & *A. G. Maſchio* aucta & emendata; a *Io. Ge. Pritio* in Introduct. in lectionem N. T. aliquoties edita, inprimis autem a *Io. Dav. Michaelis* & *Io. Gottfr. Eichhorn* in operibus iſagogicis ad V. & N. T. patrio ſermone ſcriptis. Quid? Datur etiam hiſtoria literaria ſingulorum verſuum ſacri codicis, quam exhibere ſolent Exegetae ſacrarum literarum, omnes omnium ſaeculorum interpretationes alicuius dicti proferentes. Hoc ſaepiſſime fecit *Suicerus* in Theſauro eccleſiaſtico, e. g. de vxore Loti, To. I. p. 179 ſq. Mihi quidem talis hiſtoriae literariae vix pulchrius exemplum occurrit, quam *Henr. Walth. Gerdeſii* Diſſertatio inauguralis Gieſſae an. 1723 habita ad locum Pauli Galat. 3, 20.

PARS I.

PARS I.

quae eſt inſtrumentalis,

h. e.

De

APPARATV

ſeu

INSTRVMENTO LITERARIO.

PARS I.
de
APPARATV LITERARIO.

§. 15.

Praemiſſa generalis deſcriptio cum partitione.

Quum propoſitum eſſet, tradenda hiſtoria literaria, iuuenes literarum ſtudioſos ad ingrediendum literarum iter & ad vſurpandos eruditionis inter varias gentes partos theſauros praeparare, haud ſufficere videbamus, ſi doctrinarum ipſarum monimenta inter cultiores populos extantia & conſeruata vel ſecundum temporum populorumque ſucceſſionem vel ſecundum literarum artiumque genera deſcriberemus, ſed opus eſſe intelligebamus, eosdem ad parandam virorum doctorum, inſtrumentorum & inſtitutorum literariorum notitiam adducere, certe ad cognoſcenda ſubſidia, quorum ope ea notitia parari poſſet. Haec ipſa autem ſubſidia literaria & res, quarum deſcriptionem contineant, *Apparatus literarii* nomine deſignari, iam ſupra commemoratum eſt. Quam ob rem hunc ipſum priore operis parte proponemus. Sunt autem quatuor ſubſidiorum genera, ſingulatim his quatuor capitibus deſcribenda: I. De ſcriptoribus hiſtoriae literariae vniuerſalis. II. De paranda auctorum notitia. III. De librorum notitia. IV. De notitia inſtitutorum literariorum.

CAP. I.

CAPVT I.

DE SCRIPTORIBVS HISTORIAE LITERARIAE VNIVERSALIS.

§. 16.

Numeris omnibus abſolutum ſyſtema H. L. ad inſana optata referendum.

(II. §. I.) Hiſtoriam literariam plures deſcribendam ſuſcepere, vel potius eius breuiores inſtitutiones, quae vulgo compendia vocantur, compoſuerunt. Omnem enim hiſtoriam literariam vno opere plene ac perfecte explicare, neque vnius hominis neque vnius libri, nec omnino opus eſt. Solius Graeciae hiſtoriam literariam, imo ne hanc quidem vniuerſam, ſed duntaxat librariam & biographicam perſecutus eſt Fabricius in Bibliotheca Graeca, multorum voluminum opere; Germaniae ſolius hiſtoriam literariam, eamque admodum mancam, aliquot voluminibus expoſuit Reimmannus, Galliae duodecim voluminibus Benedictinorum Societas, quamuis huc dum non vltra an. 1167 continuatam, Italiae Tiraboſchius nouem voluminibus Intelligi hinc poteſt, hiſtoriae literariae vniuerſalis *perfectum corpus* ſiue ſyſtema, in quo παντα περι παντων (vti Cicero L. XII. ad diuerſ. Ep. 20. loquitur) aeque imperite expectari, ac ciuilis hiſtoriae vniuerſalis ſyſtema abſolutum ac per omnes partes explicatum. Pluribus hoc ediſſerit in praefatione ſua ad Lambecii Prodromum H. L. is, quem modo laudaui, Fabricius. Nihilominus multorum hominum votis expetitum magnoque ſed inani auſu nonnunquam

quam motum & iactatum eſt *Corpus* vel *Syſtema* H. L. aliquod *ampliſſimum*, ſeu *Opus vniuerſale*, cuius praecipua dos haec eſſet, vt literarum inter quoscunque populos cultarum & quibuscunque linguis traditarum hiſtoriam contineret pleniſſimam & accuratiſſimam, omnisque aeui omniumque populorum viros doctos horumque vitas, praeterea libros omnium omnes recenſeret, denique ſcholas, bibliothecas omnes, omniumque hiſtoriam copioſiſſime deſcriberet, adeo vt ne minutiſſima quidem res, ad literas ſpectans, reſtaret, cuius in hoc communi H. L. promtuario non tuto poſſes requirere notitiam. Eiusmodi opus vniuerſale in animo habuiſſe dicuntur Conr. Gesner, Mich. Neander, Franç. Baco de Verulamio, Pet. Lambecius, Io. Henr. Boeclerus, Val. Ern. Löſcher, Io. Burch. Maius & Raph. Sauanarola Patauinus (*a*). Sed primo his viris maiorum rerum conſilia imputata deprehendimus, quam quae habuerunt ipſi; deinde contra eiusmodi poſtulata & talis operis cogitationem totam admoneri poſſunt haec: 1) nimium eſſe, ab vno ſperare, quod multorum ſociorum diligentia coniuncta vix poſſit praeſtare, corpus H. L. vniuerſale idque omnibus partibus integrum, elaboratum & expolitum. 2) Neque opus quidem eſſe, in vnum corpus cogi, quae ſingula ſingulatim expoſita haberi poſſint. 3) Hos ipſos, qui talia ſomnia con-

(*a*) Quae huius generis laudati viri moliti fuerint, & alia ad iſtud vniuerſale H. L. Syſtema ſpectantia relata legas in *B. G. Struuii* Biblioth. Hiſt. Lit. ed. *Iugler* To. I. p. 22-48.

conceperiſſent, plerumque falſam *hiſtoriae vniuerſalis* notionem eſſe complexos, ad doctorum virorum praecepta (*b*) examinandam & corrigendam.

§. 17.

H. L. tradendae methodus duplex.

(H. §. H.) Caeterum duplex eſt methodus (*a*) componendi hiſtoriam literariam, *analytica*

(*b*) De hac notione rectius explicanda adeundi ſunt *Polyb.* Lib. I. in prooemio ad hiſtoriarum libros, it. L. III. ab init. *I. C. Gatterer* vom hiſtoriſchen Plane in *Allgem. hiſtor. Biblioth. Th. I. p.* 15 ſſ. *A. L. Schlözer* Vorſtell. der Vniuerſalhiſtorie S. 234-268. *Méhégan* Tableau de l'hiſtoire moderne. Paris 1766. 8. T. I. la Preface; inprimis autem *Ia. Moore* on hiſtorical Compoſition; in Eſſays read to a literary Society, at Glasgow. 1759. 8.; quam elegantiſſimam ſuper hoc argumento diſputationem Germanice a me verſam reperies in *Allgem. hiſt. Biblioth. B. V.* S. 38-60. Adde John Hill *on the hiſtorical compoſition*, quae commentatio ineſt in *Transactions of the royal Society of Edinburgh.* (*Edinb.* 1788.) *Vol. I. P. II. p.* 376 *ſqq.*

(*a*) Id monuit Heumannus etiam de hiſtoria philoſophica in *Actis Philoſ.* To. I. p. 462. Similiter hiſtoriam eccleſiaſticam methodo analytica compoſuit *Sam. Basnagius*, ſynthetica *Iac. Basnagius* vterque feliciſſime. At *Io. Alb. Fabricius* tamen quinque tradendae H. L. modos numerat: 1) chronologicum; 2) lexicographicum ſ. alphabeticum; 3) claſſicum ſiue realem; 4) geographicum & 5) criticum. Vid. *EI.* Praef. ad *Morhofii Polyhiſt.* Sed cum lexica literaria in repertoriis locum habeant, ad docendi rationem vero referri non poſſint, geographica autem methodus a chronologica diſcerni non debeat, denique claſſica ſ. realis a critica, non ordine ſed ſubtilitate, copia & diſputationis licentia differat, facile patet, ad duplicem methodum omnem inſtituendi rationem referri poſſe.

lytica & *ſynthetica.* Has denominationes apparet e philoſophia ad hiſtoriam translatas eſſe, pro quibus alia nomina *chronologicae* & *technographicae* methodi, vtpote hiſtoriae conuenientiora & magis perſpicua ſubſtitui poſſunt. *Syntheticam* ſeu *Technographicam* vocamus, qua hiſtoria literaria ſub certa capita redigitur & ſecundum ordinem diſciplinarum aliarumque huc pertinentium rerum deſcribitur, atque hac occaſione cum de ſcriptoribus, tum de ſcriptis traduntur potiora. *Analytica* ſiue *chronologica* methodus eſt, cum inde ab orbe condito vsque ad noſtram aetatem, per ſingula ſaecula vel per temporum periodos, rei literariae ſtatus deſcribitur. Conuenit autem, temporum periodis *geographicam* vel *chorographicam rationem* ſubiungere & accommodare, hoc eſt, nationum ordinem, inter quas literae floruerint & cultae fuerint, ſequi. Vtraque methodus propria habet commoda (*b*): *analytica* ad diſtinguenda temporum diſcrimina, cognoſcendas aetates, quibus vnumquodque literarum artiumque monumentum fuerit prolatum, & perluſtrandam velut vno conſpectu omnis literariae hiſtoriae ſeriem, ſecundum literarum vniuerſarum origines, incrementa, decrementa, inſtaurationem; *ſynthetica* vero cum ad ſingularum artium literarumque hiſtoriam plenius & accuratius perſpiciendam, tum ad eruditionis vniuerſae ſyſtema explicandum ſeu ad tradendam *encyclopaediam.* Eſt enim haec in-

(*b*) De vtriusque methodi ratione & commodis, peculiaris commentatio, quae haud dubie *B. Schoepperlini* eſt, extat in *Magazin für Schulen*, *Vol. II. P.* 3. p. 259 ſqq.

ter praecipua ſtudiorum, bono ſucceſſu ſuſcipiendorum & tractandorum, adminicula, & ad eam ipſam hiſtoria literaria, ſecundum hanc methodum tradita, commodam & iucundam viam parat.

§. 18.

Recenſus Inſtitutionum H. L. vniuerſalium: Polydorus Vergilius *&* Conr. Geſnerus *primi conditores.*

Methodus H. L. tradendae etſi duplex ſit, tamen tres ſcriptorum claſſes poſſunt conſtitui. Alii chronologica, alii technographica vſi, alii denique vno eodemque opere vtramque methodum ſecuti ſunt. Sed nos, nulla eius diſcriminis ratione habita, ſecundum temporis ordinem, hiſtoriae literariae vniuerſalis ſcriptores ſingulatim recenſeamus. Quo quidem id nos conſecuturos eſſe ſperamus, vt ſtudii literarii prima initia atque progreſſus cognoſcamus. E veteribus & medii aeui ſcriptoribus nonnullos quidem nouimus, biographiam literariam ſcriptis illuſtrantes, ſed qui rei vniuerſae literariae hiſtoriam perſcribere aggreſſi fuerint, inter antiquos non reperti ſunt. Primus literarum atque artium origines & incrementa ſingulari libello perſecutus eſt *Polydorus Vergilius* (*a*). Deſcriptio rudis eſt, fragmenta & disiecta membra continens.

(*a*) *Polydori Vergilii*, Vrbinatis, de inuentoribus rerum Libri III. 1509. 4. — Addidit mox quinque libros de initiis inſtitutorum rei Chriſtianae, cum prooemio, Londini 1517. Vnde nouae editiones, deinceps ſecutae, Libros VIII. continent. His acceſſere deinde: *Alex. Sardi* de rerum inuentoribus Libri II. de iis maxime, quorum nullam Polyd. Vergilius mentionem fecit. Nouiomagi, 1671. 8.

nens, nullius artis continuam hiſtoriam. Neque ad cognoſcenda literarum monumenta, in quibus artes & doctrinae ſint traditae, vſum habet. Hanc vero viam princeps ingreſſus eſt *Io. Conr. Geſner*, edito duplice Bibliothecae vniuerſalis & Pandectarum opere (*b*); qui eam ob cauſſam *diſciplinae literariae parens* & *conditor* habendus eſt. *Lycoſthenes*, *Simlerus*, *Friſius* & *Verderius* (*c*) ſuſceptum opus ſimul in epitomen redegerunt, ſimul auxerunt.

(*b*) *Conr. Geſneri* Bibliotheca vniuerſalis, ſ. Catalogus omnium ſcriptorum locupletiſſimus cet. *Tiguri*, 1545. f. Mox ſecuti: Pandectarum ſ. Partitionum uniuerſalium *Conr. Geſneri*, Libri XXI. — Secundus hic Bibliothecae noſtrae Tomus eſt, cet. Tiguri, 1548. f.

(*c*) Operis Geſneriani epitomae & ſupplementa non niſi priorem partem ſpectant: 1) *Elenchus ſcriptorum omnium veterum ſcilicet & recentiorum* — *a* Conr. Geſnero *editus*, *nunc vero in compendium redactus* (a Conr. Lycosthene) *&* *auctus*. Baſil. 1551. *f.* 2) Joſiae Simleri *Epitome Bibliothecae* Geſneri, *conſcripta primum a* Conr. Lycoſthene, *nunc denuo recognita & plus quam bis mille auctorum acceſſione* — *locupletata*. *Tiguri*, 1555 *ff.* — Eadem — *iam vero poſtremo recognita & in duplum* — *aucta*. *Tiguri*, 1574. *f.* 3) Io. Iac. Friſii *Bibliotheca inſtituta & collecta primum a* Conr. Geſnero, *deinde in epitomen redacta*, *cet. Iam vero poſtremo aliquot mille-opuſculis amplificata*. *Tiguri*, 1583. *f.* 4) Ant. Verderii *Supplementum Epitomes Bibliothecae Geſnerianae*. *Adiecta eſt Bibliotheca Conſtantinopolitana cet. Lugd.* 1585. fol.

De opere Geſneriano eiusque epitomatoribus & continuatoribus conferatur *Struvio - Iugler. Bibl. H. L. Tom. I. p. 78 ſqq.*

§. 19.

Pet. Lambecius *primus H. L. ſcholas aperuit eiusque formam melius explicuit.*

(II §. VII. coll. §. IV.) Primus omnium, quod ſciam, *Pet. Lambecius* in ſcholis publicis expoſuit tradiditque & vulgato deinde nomine inſigniuit *Hiſtoriam literariam.* Quod facere aggreſſo cum deeſſet Compendium hiſtoriae illius, e Gymnaſii Hamburgenſis legibus vero certus, qui explicaretur, contextus neceſſario requireretur, rem ita inſtituit: 1) *Bibliothecam chronologicam claſſicorum auctorum* Io. Iac. Friſii, *Tiguri* 1592 primum in lucem editam ſuisque ſumtibus Hamburgi repetitam, ſecutus eſt. 2) Vt autem ſcriptorum recenſione hiſtoriam originis & incrementi literarum artiumque ipſarum adderet, Polydori Vergilii *de rerum inuentoribus libros octo* explicuit. Tandem quo rei literariae partem reliquam abſolueret, 3) Iac. Middendorpii *libros octo de celebribus uniuerſi terrarum orbis Academiis* lectionibus publicis illuſtrauit. Tales primae literariae ſcholae erant Hamburgi a Lambecio an. 1656 apertae; isque annus diſciplinae literariae ſaecularis eſt habendus. Cum vero in libris, quos ſecutus eſſet, naevorum deprehenderet plurimum, in animum induxit, componere nouum Hiſtoriae literariae corpus eoque fine edidit *Prodromum Hiſtoriae literariae* (a). Qui titulus vel

(a) Petri Lambecii *Prodromus Hiſtoriae literariae & tabula duplex chronographica. Hamb.* 1659. *f.* Io. Alb. Fabricio *obſtetricante Lipſ. & Francof.* 1710. *f. recuſus.* In hac noua editione, praeter Auctoris iter Cellenſe & Alex. Ficheti Arcanam ſtudiorum methodum atque Ideam

vel ideo dignus eſt animaduerſione, quod antea nunquam in vllius libri titulo *Hiſtoriae literariae* nomen occurrit. Verum hiſtoriam literariam inde a condito mundo vsque ad Moſen ſecundum ſaeculorum ſingulorum ſeriem, emenſus, adeoque ſolam ſcriptorum ſubdititiorum notitiam tradens, in caeteris meras exhibuit ſciagraphias, ſatis quidem bonas, ſed quibus ita, vt par eſt, elaborandis ne decem quidem Lambecii ſuffecerint.

§. 20.

Sequitur Herm. Conringius.

(II. §. VIII. IX.) Non omittenda hic eſt mentio *Hermann. Conringii*, qui *Academicarum an-*

Ideam locorum communium, nunc primum in lucem editus Wilh. Langii Catalogus Bibliothecae Medicae. Caeterum memoratu haud indignius eſt locus in Lambecii prolegomenis, in quo cauſas expoſuit, quae eum maxime impuliſſent, vt in ſcholis publicis adoleſcentibus literarum ſtudioſis traderet hiſtoriam literariam. Multis enim exemplis animadverterat, eos, qui hiſtoriae literariae eſſent ignari ſcriptorumque notitia ſecundum temporum rationem deſtituerentur, plerumque cum optimae aetatis & chartae diſpendio, e quibuscunque autoribus neſcio quos Locos communes ſolere compilare, quibus, cum ad rem perventum eſſet, vel omnino vti non poſſent, vel ſaltem parum idonee. Experiundo ita edocto, quantum optimorum autorum cognitio ad veram & accuratam eruditionem acquirendam conferret, nihil antiquius ei fuiſſe, ſtatim atque publicam hiſtoriarum profeſſionem adeptus aliorum ſtudiis praeeſſe coepiſſet, quam vt auditoribus ſuis in publicis priuatisque praelectionibus commonſtratione iſtius viae, qua ipſe profeciſſet, prodeſſe anniteretur.

antiquitatum deſcriptioni (*a*) cum alteram earum editionem emitteret, tot tantaque ſubiunxit ſupplementa, vt in titulo libri promittere auderet, *hoc libro reipublicae literariae omnis aeui ſtatum literarium illuſtrari.* Perſequitur ſcilicet hoc opere non ſolum Academiarum, ſed in vniuerſum ſcholarum hiſtoriam, adeoque, dum de domiciliis Muſarum & ingeniorum officinis more ſuo, hoc eſt, perdocte diſputat, vtique hiſtoriam literariam, cui ſe a teneris fuiſſe deditiſſimum in praefatione refert, non mediocriter illuſtrat. Caeterum cum *hiſtoria ſcholarum* membrum duntaxat aliquod ſit hiſtoriae literariae, facile appareret, Conringianum illud opus non haberi poſſe pro compendioſo vniuerſae hiſtoriae literariae corpore.

Magis huc loci pertinet *Conringii Commentarius de ſcriptoribus XVI. poſt Chriſtum natum ſaeculorum* (*b*), quem an. 1664 priuatos intra parietes diſcipulis ſuis exhibuit, daturus haud dubie melio-

(*a*) *Herm. Conringii de Antiquitatibus Academicis Diſſert. VII.* Prima editio prodiit *Helmſt.* 1651. *altera* autem plurimis locis emendata ac ſupplementorum libro aucta *ib.* 1624. 4. Tum easdem *Operum Conringianorum Tomo V.* p. 398. ſqq. inſeruit *Goebelius*, ſubiunctis paſſim editoris notis doctiſſimis, neglectis tamen allegatis, quae vocant, Conringii marginalibus. Haec *Heumannus* extremae cuique paginae reſtituit in *tertia* editione ſeparata, *Goettingae* 1736, 4. excuſa.

(*b*) *H. Conringii de SS. XVI. poſt Chriſtum natum ſaeculorum Commentarius, cum* (Gottlieb Kranzii) *prolegomenis antiquiorem eruditionis hiſtoriam ſiſtentibus, notis perpetuis & additionibus, quibus ſcriptorum ſeries vsque ad finem ſaeculi XVII. continuatur. Wratisl.* 1727. 4.

lorem, ſi eruditorum conſpectui eum ſubiicere induxiſſet in animum. Aliena deinde opera vniuerſae hiſtoriae literariae ſyſtema perfectum eſt. Nam cum iam vltra triginta annos laudatus Conringii liber in ſcriniis quorundam eruditorum latuiſſet, edidit eum *Gottlob Krantzius*, non ſolum praemittens hiſtoriam eruditionis ante Chriſtum natum apud Hebraeos, Barbaros, Graecos & Italos, ſed etiam textui Conringiano ſubiiciens notas, in quibus eos laudat, qui de quoquoque ſcriptore egerunt fuſius, imo & ſupplementa doctiſſima annectens de ſaeculi XVI. & XVII. ſcriptoribus. Habemus igitur Conringii ſolius labore vnam tantummodo hiſtoriae literariae vniuerſalis partem, eamque deſcriptam chronologico ordine, ita tamen, vt in ſingulorum ſaeculorum deſcriptione diſciplinarum ſingularum hiſtoriam leuiter perſtringat.

§. 21.

Dan. Ge. Morhofius ***edito ampliſſimo promtuario, H. L. ſtudium diuulgat.***

(II. §. X.) Felicioribus auſpiciis ad contendendam hiſtoriam literariam eiusque ſtudium accendendum ſeſe accinxit *Dan. Ge. Morhofius* edito *Polyhiſtore literario* (*a*). Morhofiano enim

(*a*) Dan. Ge. Morhofii *Polyhiſtor literarius, philoſophicus & practicus*, primum edi coeptus *an.* 1688. & 1692. Haec eſt *prima editio*, quae non niſi Polyhiſtora literarium, ſiue Tomum Operis primum continet. Hic ipſe duabus partibus conſtat ſeu Libro I. II. III.; alterius partis edendae curam, qua liber III. comprehenditur, defuncto interea auctore, ſuſcepit *Henr. Muhlius*.

Polyhiſtori potiſſimum debetur cultura feruentior hiſtoriae literariae in Germania noſtra. Ex eo certe tempore hoc literarum genus acerrime tractarunt populares noſtri, vt pro duce tam numeroſi huius gregis iure habeatur Morhofius, perpaucis antea in vaſto hoc gurgite nantibus. Nec taceri debet, praeter collectam infinitam rerum copiam, Morhofiano libro inprimis Thomaſium inſignem circumdediſſe famam, cum eum in *Colloquiis* ſuis *menſtruis* ſtatim recenſeret & laudibus in coelum extolleret. Tum enim emendi eum perlegendique cupido inceſſit plurimos. Sed & hic vir vni duntaxat hiſtoriae literariae parti praecipuam impendit curam, reliquum eius ambitum, lib. I. cap. 2. §. 1. recte ab ipſo definitum, haud pari complexus cura. Scilicet conſtituerat is, facto hiſtoriae literariae & literariae prudentiae ſeu eruditionis ipſius connubio, viam lectoribus pandere ad πολυμάθειαν, hoc

bus. — Nunc *editio* eſt prima integra: In hac enim, primo ad Tomum literarium, cuius non niſi tres libri priores prodierant, nunc quatuor reliqui acceſſerunt, deinde Tomus *philoſophicus* & *practicus*, nunc demum editus. *Opus poſtumum accurate reuiſum, emendatum ex auctoris annotationibus autographis & illuſtratum* a Io. Mollero. *Lubecae* 1707. 4. Eadem editio repetita paullo correctior ib. 1714. 4. *Tertia editio cum acceſſionibus* Io. Frickii & Io. Molleri *cet. cui praefationem notitiamque diariorum literariorum Europae praemiſit* Io. Alb. Fabricius, *Lubecae*, 1732. 4. *Quarta editio commemorata omnia continet, notitiam vero diariorum literariorum nunc auctam & vſque ad an.* 1747. *continuatam* (a Io. Ioach. Schwabio) *duobus voluminibus. Lub.* 1747. 4. Plura ad huius operis hiſtoriam pertinentia quaeras in *Biblioth. Hiſt. Lit. Struu. Jugler.* To. I. p. 49. ſqq.

hoc eſt, ad ampliſſimam omnis generis eruditionem; & conſilia dare, quae qui ſequatur, Polyhiſtoris ſi non famam, certe commoda & dignitatem conſequi ac tueri poſſit. Hunc in finem non ſolum, quid in literarum ſtudio ſequendum fugiendumne ſit, edocet; ſed etiam ſingula ſtudiorum literariorum genera per partes explicans ac perſequens, libros in quouis genere ſcriptos diligenter recenſet, ſuam de pleriſque adiungens epicriſin. Caetera hiſtoriae literariae capita etſi non aequa perfundit luce, ita tamen illuſtrat propemodum ſingula, vt pauciſſima ſint, quae prorſus intacta praetermiſerit. Quanquam igitur hoc opus pro accurato hiſtoriae literariae & eruditionis ſyſtemate haberi non poteſt, tamen hiſtoriae literariae ſiterarumque ipſarum *promtuarium* eximium eſt & accuratioris amplioriſque doctrinae ſtudioſis merito commendatur (*b*).

§. 22.

Ge. Paſchius.

(II. §. III.) Neque ſilentio hic praetereundus *Ge. Paſchius*, qui & ipſe ſynthetica methodo hiſtoriam diſciplinarum perſequi coepit: in libro de *inuentis nouis* (*a*). Capite ſcilicet *ſecundo* (nam

(*b*) *Morhofium illuſtratum*, ſiue commentarium in Polyhiſtorem Morhofii promiſit *Chriſt. Matth. Kneſebeck* in *Prodromo ſuo Iuris publici vniuerſalis*. Sed promiſſis non ſtetit.

(*a*) Ge. Paſchii *de nouis inuentis, quorum accuratiori cultui facem praetulit antiquitas, Tractatus, ſecundum ductum diſciplinarum, facultatum & artium concinnatus.* *Kilon.* 1695. 8. Ed. 2. Lipſ. 1700. 4.

(nam primum & breue & leue eſt,) recenſet hiſtoriam Logicae, Metaphyſicae, Phyſicae, Grammaticae, Rhetoricae & Poëſeos. Multa hic collegit lectu haud iniucunda, ſed nec argumento ſatis faciens, nec lectoris eruditi (b) deſideriis. In *tertio* capite hiſtoriam enarrat Carteſii; in *quarto* hiſtoriam doctrinae moralis; in *quinto* hiſtoriam Iurisprudentiae ciuilis; in *ſexto* hiſtoriam Medicinae recentiorem; in *ſeptimo* denique, quod longiſſimum eſt & optimum, hiſtoriam recentioris Phyſicae & Matheſeos. Ad ſupplendum caput quartum poſtea an. 1707 edidit opus *de variis modis moralia tradendi*, adiuncta *Introductione in rem literariam moralem veterum ſapientiae antiſtitum* (c). Verum & hic exſcriptorem verius, quam ſcriptorem ſe praebuit, mera exhibens collectanea, nullo proprii vel iudicii vel ingenii lumine diſtincta.

§. 23.

Merita Iac. *Fr.* Reimmanni.

(II. §. XIII.). Ex eo tempore Verulamianam hiſtoriae literariae delineationem (a) ſecutus, Morhofianisque ac Struuianis aliisque ſua ipſius induſtria collectis opibus inſtructus *Iac. Fr. Reimmannus* multis modis de tradenda H. L. bene meruit. Tametſi enim is hiſtoriam literariam vniuerſalem non contexuit, tamen 1) eius ipſius notionem accuratius explicuit eiusque in ſcho-

(b) Nec ideo magnifice de eo exiſtimat *Niceronius* in To. VII. *Vitarum eruditorum.*

(c) Kilon. 1707. 4.

(a) *Lib. II. de augmentis ſcientiarum* propoſitam.

ſcholis & academiis docendae neceſſitatem demonſtrauit (*b*); 2) methodum & ſubſidia H. L. peculiari libro deſcripſit; 3) aliis pluribus ſcriptis certe ſingulas H. L. partes illuſtrauit (*c*). Elegantiam autem orationis, praeſertim in germanice ſcriptis omnino deſiderabis. Id inprimis moleſtum, quod, ſcholae Huebnerianae morem ſecutus, omnia per quaeſtiones & reſponſiones propoſuit.

§. 24.

(*b*) Partim in praefatione ad *Introduct. in H. L.* partim in *Praeparatione ad idem opus*, germanice ſcripta. Non immerito tamen *pia*, quae vocat Reimmannus, *deſideria hiſtoriae literariae* notauit *Mich. Richey* in programmate quodam, Stadae, 1709. 4. edito, cuius argumentum exhibetur in *Nouis literariae Germaniae an.* 1709. *p.* 106. Sed lege etiam Reimmanni reſponſionem *To. V. Hiſt. Literar. p.* 788. Conf. *Bibl. Hiſt. Lit. Struu. Iugler. To. I. p.* 58. *ſq.*

(*c*) Singula eius ſcripta huc pertinentia in lucem prodierunt hoc ordine:

1) *Verſuch einer Einleitung in die Hiſtoriam literariam insgemein* cet. *Halle* 1708. 8. Neque tamen haec manuductio, *Hiſtoriae lit. germanorum*, ſub Num. 3. indicandae, praemiſſa, pro veri nominis *Compendio H. L.* haberi debet, quod quidem Heumannus iam in praefatione ſecundae editionis huius Conſpectus monuit. Sed in exponenda H. L. vniuerſalis natura deſcribendisque eius ſubſidiis verſatur.

2) *Verſuch einer Einleitung in die Hiſtoriam literar. antediluuianam. Halle* 1709. 8.

3) *Verſuch einer Einleitung in die Hiſtoriam literar. der Deutſchen. Th. I-V. Halle* 1709. 8.

4) *Idea ſyſtematis antiquitatis literariae. Hildesh.* 1718. 8.

5) *Idea ſyſtematis antiquitatis ſpecialioris, ſiue Aegyptiacae. Hildesh.* 1718. 8.

6) *Hiſtor. literar. Babyloniorum & Sinenſium. Brunſu. & Hildesh.* 1741. 8.

§. 25.

a) Gottlieb Stolle.

(II. §. II.) Iam ab an. 1709, paucis itaque annis quam Gundlingius ſerius, hiſtoriam literariam in Academia Ienenſi docuit *Gottlieb Stolle*, primo ſuam rationem, deinde Heumanni methodum ſecutus. Quas in Heumanni libellum ſcripſerit annotationes §. ſeq. commemorabimus. Eodem, quo Heumannus, anno ipſe edidit *Hiſtoriam eruditionis*, vſus methodo ſyſtematica. Feliciter ei ſucceſſit hic labor & ſumma, quam adhibuit, diligentia rectum item & erectum modo de libris, modo de auctoribus iudicium, magnum viro non a doctrina ſolum, verum etiam a virtute laudando, attulit operae pretium. Eſt autem illud opus non abſolutum, quippe Philologiae & bonarum artium, hiſtoriae, matheſeos, philoſophiae & phyſices repraeſentans hiſtoriam. Poſtea autem ſeparatis libris exhibuit pari filo contextam *Theologiae*, *Iuriſprudentiae* ac *Medicinae* hiſtoriam (a). Sed nec

(a) b. *Stollii* Inſtitutiones literariae multis aliis pleniores ſunt & hoc ordine prodierunt:

1) *Anleitung zur Hiſtorie der Gelahrheit, denen zum Beſten, ſo den freyen Künſten und der Philoſophie obliegen. Halle*, 1718. deinde *Ienae*, 1724. *ib.* 1727. 8. tandem quartum *ib.* 1736. 4. quae editio optima. Exterorum gratia tertia Editio a. *Cor. Henr. Langio* in latinam linguam verſa eſt, *ib.* 1728. 4. *Hoc libro nemo eruditionis elegantioris cupidus carere poteſt.* Ita *Bierlingius* de Stolliano iſto opere exiſtimat in *Lib. de Pyrrhoniſmo hiſt. c.* 3. *p.* 198. Heumanno cum maxima laude digna viſa fuerit Hiſtoria literaria vniuerſa, tamen ſingula capita inter ſe comparanti viſa eſt *Hiſtoria Poëſeos* ſupremum laudis tenere locum, *Hiſtoriae Criticae* vltimum.

a) An-

nec nunc perfecta cenſeri poteſt hiſtoria ſynthetice deſcripta, niſi quis ſingularibus libellis expoſitam adiungat hiſtoriam 1) Maecenatum, 2) Academiarum, 3) Gymnaſiorum, 4) Societatum literariarum, 5) Bibliothecarum.

§. 26.

3) Chriſtoph. Aug. Heumann.

(II. §. XVIII.) Memorabilis etiam *Chr. Aug. Heumanni* opera, H. L. tradendae deſtinata. Is primo in Gymnaſio Gottingenſi, cui praeerat ab an. 1717, ſcholas literarias habuit, quibus bene de re ſcholaſtica mereret, recepta in eius ambitum diſciplina, ad comparandam multiplicem rerum copiam longe vtiliſſima. Deinde edito reip. literariae Conſpectu, H. L. praeceptor paene communis factus eſt. Tandem nouae Academiae Georgiae Auguſtae publicis doctoribus admotus, ſcholis literariis, quas magno numero iuuentus Academica frequentabat, quamplurimis profuit. Breuiarium, eius diligentia compoſitum & aliquoties in lucem editum, ob pleniorem rei literariae vniuerſae expoſitionem, rerumque propoſitarum perſpicuum ordinem, in plurimis gymnaſiis & academiis

2) *Anleitung zur Hiſtorie der Mediciniſchen Bibliothek.* Iena, 1731. 4.

3) *Aufrichtige Nachricht von dem Leben, Schriften un Lehren der Kirchenväter.* Iena. 1733. 4.

4) *Anleitung zur Hiſtorie der Theologiſchen Gelahrheit* Iena, 1739. 4.

5) *Anleitung zur Hiſtorie der Juriſtiſchen Gelahrheit* Iena, 1745. 4.

miis viri eruditi tanquam diſciplinae literariae normam vnicam adhibuerunt. Ita quidem libellus cum per ſe, tum aliorum virorum commentariis inclytus factus eſt (*a*).

§. 27.

Biga malorum ſcriptorum; Car. Arnd. *Pſeudo* - Io. Ge. Graeuius.

(II. §. XIV.) Quum ſcriptorum H. L. vniuerſalis recenſu, ſtudii rei literariae hiſtoria cognoſci poſſit, neque eos praeterire conuenit, qui intra eosdem annos, quibus trium laudatorum virorum opera ad eius incrementum multum adiumenti allatum vidimus, illud corrumpere

(*a*) I. Heumanniani breuiarii Editiones hae prodiere: Hannou. 1718. 1726. 1732. 1735. 1746. Quamuis hanc *quintam* & *vltimam* appellauerit Heumannus ipſe, tamen apparuit ſexta 1753 & ſeptima eademque vltima 1763.

II. Commentariorum notitia tam ad opuſculi hiſtoriam, quam illuſtrationem pertinet. Sunt autem hi:

1) Nic. Hier. Gundling's *Vollſtändige Hiſtorie der Gelahrtheit, oder Ausführliche Diſcurſe, ſo er in verſchiedenen Collegiis literariis, ſo wohl über ſeine eigene Poſitiones, als auch vornehmlich über C. A. Heumanni Conſp. H. L. gehalten, nebſt einer Vorrede* Io. Erh. Kappens, *Frankf. und Leipzig* 1734-1736. 4. *IV. Voll.* Acc. *Gundlings Leben, ib.* 1736. 4. quod eſt *quintum* Volumen. Denique ad eandem ſeriem tanquam *ſextum* volumen referri poteſt: Gundlings *Ausführlicher Diſcurs über die vornehmſten Wiſſenſchaften, beſonders die Iurisprudenz. Bremen*, 1738. 4. Operis compilator fuit *Chr. Fr. Hempelius.* Ob infinitos errores, quibus id inquinatum deprehenderunt viri docti, eius vſus nullibi tutus eſt. Conf. *Bibl. H. L. Struuio - Iugleriana To. I. p.* 62 *ſq.*

2) Bre-

pere potius, quam adaugere conati ſunt. Tales ſunt: 1) *Car. Arndius*, qui primo *Rudem delineationem ſyſtematis ſelecti ſcientiae literariae & quidem hiſtorico-pragmatici, vſibus theologicis & philoſophicis inſtructi* edidit *Roſtochii* 1709. 4. Quae quamuis haud honorifice excepta fuerit (*a*), tamen id auctorem obſtinatum non deterruit, quo minus ſe defenderet & deinde nihilominus in lucem exire iuberet *Syſtema literarium idque hiſtorico-pragmaticum*, *Lipſ.* & *Roſtochii* 1714. 4. Tamen tres tantum ſectiones exhibentur, prima Iſagogica de fatis literarum, quae rudem & indigeſtam materiam proponit, altera biographica, qua nomina virorum doctorum exhibentur ſecundum ſaecula, inque his *Adamus* atque *Abelus* inter viros literatos eosque eminentiſſimos celebrantur; tertia religioſa (*b*). 2) Pſeudo-

2) Breuiores annotationes edidit *Gottl. Stolle* ſub titulo: *Anmerkungen über D. Heumanns Conſpectum Reip. litter. Ien.* 1738. 8. Tandem apparuit:

3) Carl Joſeph Bouginé *Handbuch der allgemeinen Literargeſchichte, nach Heumanns Grundriſs.* B. I. Zürich, 1789. 8. Is Heumanni breuiarium latine ſcriptum ſimul germanice vertit, ſimul multis annotationibus auxit, quibus ipſis tamen vulgo cognita vel aliunde cognoſcenda vltra, quam in enchiridio opus erat, tradita ſunt.

(*a*) In Diario Halenſi *Neue Bibliothek* inſcripto To. I. p. 335. & p. 405 ſqq. In primis *Guil. Turkius* p. 412 ſqq. *Epiſtolium* vt vocat *dulciſſimum* ad Arndium ſubiecit, in quo illius rudem orationem & rei literariae ignorantiam perſequitur & ludibrio habet. Cf. *Unpartheiiſche Gedanken von den Iournalen* p. 260 ſqq. & *Lilienthal* Conſult. de H. L. certae gentis ſcribenda p. 40 ſq.

(*b*) Plura ſi requiras, adi. *Biblioth. H. L. Struuio-Inglet. T. I. p.* 58 *ſqq.*

Io. Ge. Graeuius, ſub quo nomine ficto, accurante *Wolpherdo* quodam *van Bueren*, *Cohors Muſarum* ſiue *Hiſtoria rei literariae* prodiit *Traiecti ad Rh.* 1715. At ſatis conſtat, huius libri auctorem non eſſe *Graeuium*; quam ob cauſam *Burmannus* in praefatione, *Orationibus Graeuii* an. 1717 praemiſſa, valde indignatur, graeuianum nomen *paedagogici ingenii libro* eſſe inſcriptum. Caeterum ex libelli huius pagina 301 diſci poteſt, *Ludolphum Küſterum* eius eſſe auctorem, cuius & *Hiſtoria librorum nouorum* ſaepius ibi laudatur. Cum vero *Küſterus* haec in priuati auditorii vſum congeſſerit, editor, qui ipſo inſcio ea diuulgauit, omnino male de eo meruiſſe cenſendus eſt. Neque enim ita comparatus eſt liber ille, vt eruditorum (*c*) ferre poſſit oculos. Sed de *Arndiano ſyſtemate literario* (*d*) grauius etiam iudicium ferendum eſt, quam quod de Pſeudo-Graeuiana hiſtoria tulit Burmannus.

§. 28.

Scriptores nonnulli, qui obiter H. L. attigerunt vel expoſuerunt.

(II. §. XV.) A. 1726 *Ioh. Laurent. Moshemius* *Inſtitutionibus* ſuis *Hiſtoriae eccleſiaſticae* per ſingula ſaecula poſt Chriſtum natum decurſa, breuiter quidem, ſed erudite & concinne deſcriptam inſeruit hiſtoriam literariam, in cuiusque ſaeculi partis ſecundae capite primo eam exhibens. Qua

(*c*) Vid. *Acta eruditorum* 1716. p. 522 ſqq. & *Biblioth. H. L. Struu. - Iugl. To. I. p.* 59 *ſqq.*

(*d*) Ridiculum ſane eſt, quod p. 4. §. 3. *Adamo*, primo mortalium, tribuit hiſtoriae literariae ſcientiam. Cur non & hiſtoriae Romanae?

Qua occaſione recordor, etiam in *hiſtoriae ciuilis Compendiis* nonnullos attingendam duxiſſe hiſtoriam literariam. Vt *Dionyſii Petauii* praeteream *Rationarium temporum*, inde a quarto poſt Chr. n. ſaeculo id fecit *Chriſtoph. Cellarius* (*a*); quanquam nomina duntaxat virorum doctorum & ortum ſingularum Academiarum exhibens, imo in *hiſtoria noua* eos tantum (*b*) nominans, quos appellare ſolemus polyhiſtores. Vberior eſt *Eberhardus Rudolph. Rothius* in *Hiſtoria* ſua *vniuerſali ciuili, eccleſiaſtica & literaria*, ab orbe condito vsque ad a. C. 1706 deducta. *Gottfr. Ludouicus* etiam in ſua *Hiſtoria vniuerſali* (*c*) germanice ſcripta, duosque in tomos diuiſa, non ſolum natales Academiarum annos indicat, ſed de viris quoque cuiusque ſaeculi ingenio clarioribus copioſe diligenterque agit, alia etiam multa ad hiſtoriam literariam pertinentia commemorans. Denique *Hier. Freyerus* in duabus ſuis *Hiſtoriae vniuerſalis* (*d*) epitomis, & quidem in ſingularum periodorum hiſtoricarum quarta parte, hiſtoriam literariam pro eo, ac ſatis videbatur tironibus, attingit. Neque vero *Gattererus* in *Hiſtor. Vniuerſ. breuiariis* ſuis, eam praetermiſit. Quid? in *Schraderianis* etiam, *Tappianis*, *Koehlerianis* & *Gattererianis hiſtoriae vniuerſalis Tabulis* virorum doctorum & de re literaria bene meritorum nomina in legentium prodeunt con-

 ſpe-

(*a*) Vid. eius *praefat.* ad *hiſtor. medii aeui.*
(*b*) Vid. eius *praefat.* ad *hiſtoriam nouam.*
(*c*) *Gottfr. Ludwig* Univerſalhiſtorie, quintum edita, Lipſ. 1736. 1737.
(*d*) Prior inſcripta *Erſte Vorbereitung*, poſterior *Nähere Einleitung zur Vniuerſalhiſtorie.*

ſpectum. Tum *Geſnerus* etiam in *Iſagoge in eruditionem vniuerſalem* Hiſtoriae reliquis partibus *Hiſtoriam literariam* adiunxit; *Niclaſii* opera vberioribus praeceptoris noſtri praelectionibus illuſtratam. In primis autem magnum hiſtoriae vniuerſalis corpus, complurium virorum doctorum in Anglia coniuncto ſtudio concinnatum, ac deinceps vt in alias linguas, ita b. Baumgartenio curante, in teutonicam linguam translatum multisque modis auctum, dignum eſt, vt commemoretur & commendetur. Nam in vniuscuiusque populi hiſtoria, artium literarumque in ſingulis populis cultarum origines, fata & monumenta non leuiter, ſed copioſe & accurate tradita ſunt.

§. 29.

Laudantur Mart. Schmeizel & Io. Fr. Bertram. *Notantur vero nonnulli alii eius aetatis ſcriptores.*

(II, §. XVII.) Duo ſuperſunt recenſendi huius aetatis probabiles hiſtoriae literariae ſcriptores, patrio vſi ſermone, *Martin. Schmeizelius* (a) & *Io. Fr. Bertram* (b), vir vterque eruditiſſimus; quibus aliorum quorundam ſcriptorum commemoratio adiungenda eſt. Ac *Schmeizelius* quidem in vniuerſum contemplatus eruditionem, commentatusque de eruditionis natura, fontibus, vſibus & abuſibus, cauſis, gradibus & adiumentis, tum demum ſingulas diſciplinas perſe-

(a) *Verſuch zu einer Hiſtorie der Gelahrheit.* Iena 1728. 8. Vid. *Acta Erud. an.* 1729. *Mart. p.* 139 *ſqq.*

(b) *Anfangs-Lehren der Hiſtorie der Gelehrſamkeit, zum Gebrauch der auf Schulen ſtudirenden Iugend.* Braunſchw. 1730. 8.

ſequitur pragmatice, adiuncto de ſingulis meliorum librorum catalogo, optime merens non ſolum de Gymnaſiorum ſtudioſis, quibus in titulo operam ſuam dicauit, ſed de omnibus ſapienter ac prudenter tractaturis literas. Quamquam, vt verum fatear, maiori iure hic liber inſcribendus fuiſſet: *Introductio in eruditionem*, quam *Hiſtoria literaria*; id quod vel ex vltimo eius capite apparet. *Io. Fr. Bertramus* vero ſimiliter rudiori deſignatione rei literariae primas tantum lineas ac praecipua argumenta quam breuiſſime propoſuit, nonnullis, quae commoda videbantur, aliunde transſcriptis (*c*), hac vſus excuſatione, quod ſolis ſuae ſcholae alumnis ſuam commodarit operam; nihilominus ob rerum propoſitarum copiam & delectum, praecipiendique ſollertiam, quae ſimul breuitate, ſimul perſpicuitate & apta argumentorum diſpoſitione cernitur, hic paruus libellus, ea praeſertim aetate, praecipuam attulit vtilitatem & laudem inſignem meruit. Inprimis periodorum diſcrimina, ſecundum quas Parte altera literarum hiſtoriam perſecutus eſt, ingenii acumen & eruditionem produnt. Eius rei teſtimonium grauiſſimum eſt, quod *Mich. Denis*, hanc ipſam opuſculi partem vt praeſtantiſſimam collaudauit & operis ſui elegantiſſimi, in parte quidem altera, fundamentum (*d*) fecit.

G 4 Iam

(*c*) Ita p. 241. fatetur, inter fontes libri ſui praecipue *Heumannianum Conſpectum reip. lit. eſſe, id quod nec antea p.* 66. 98. 115. *celauit.*

(*d*) *M. Denis Einleit. in die Bücherkunde Th. II. Literargeſch. p.* 3 *ſqq.*

Iam appendicis loco adiiciamus librorum nonnullorum vel plane reprobandorum & damnandorum, vel mendacem titulum praeferentium, vel ad finem non perductorum indicem. Huc referamus: 1) *Io. Iuſti v. Einem*, Gottingenſis, *Commentariolum hiſtorico-literarium de fatis eruditionis apud potiores gentes. Magdeb.* 1735. 1736. 8. Indocte de plerorumque populorum eruditione fabulatur. 2) *Simonis Pauli*, bibliopolae Argentoratenſis *Hiſtoria literaria* an. 1671 edita, ideo duntaxat commemoranda nobis venit, quod non eſt hiſtoria literaria, ſed librorum in illius bibliopolae officina venalium catalogus, concinne tamen (*e*) diſpoſitus. 3) Quae *Londini* an. 1741 emiſſa eſt *Hiſtoria literaria*, quantilli pretii ſit, in eius anni *Nouellis literariis Gottingenſibus* p. 497. docetur. Denique 4) an. 1745. *Hiſtoriae literariae Epitomen*, ſex alphabeta impleturam, promiſit *Io. Ge. Iac. Albertinus*, ICtus, eiusque Bremae Prooemium (*f*) decem plagularum edidit, e quo ſatis elucet, quale opus reſp. literata fuerit acceptura.

§. 30.

Exterorum ſcriptores nonnulli H. L. vt Iuvenel de Carlencas. Noblot. Sueno Bringius. Goguet. - Denina. Saverien.

Interea dum in Germanis paene ſolis hiſtoriae literariae ſtudium vigebat, idem apud exteros

(*e*) Vid. *Reimmanni Catal. Crit.* To. II. p. 688.

(*f*) In lucem prodiiſſe legimus 1) Io. Ge. Iac. Albertini *Kurzer Begriff einer Hiſtorie der Gelahrheit — nach chronologiſcher Ordnung. Bremen*, 1745. 8. 2) *Hiſt. der Gelahrheit vom Anfang der Welt nach der Zeitord-*

teros ac praeſertim in Gallofrancia & Italia a ſingulis nonnullis viris doctis excoli coeptum eſt. Primus inter externos *Iuvenel de Carlencas* (*a*), artium ac diſciplinarum ſingularum deſcriptionem hiſtoricam propoſuit, varietate ipſa gratam, bonae frugis plenam, dilucidam lectuque iucundam. In tres ſpecies diuiſo vniuerſo doctrinarum genere, primi voluminis tres fecit partes; prima parte literarum humaniorum, altera diſciplinarum ſubtiliorum, tertia artium hiſtoriam tradidit; denique altero volumine, ſeorſim earum artium & literarum hiſtoriam exegit, quae tunc quidem ad communia ſcholarum & academiarum ſtudia non relatae fuerint. In hac mechanicarum etiam artium origines & fata attigit. Quamuis autem in hac diuidendi ratione vitii aliquid ineſſet, tamen poſterioris voluminis argumenta facile ad tres prioris voluminis partes, tanquam ſupplementa, referri potuere. Caeterum id ſponte exiſtimabunt aequi & intelligentes lectores, in paruae molis libello, quo omnium

ordnung kurz abgefaſst. I. Th. bis auf die VII Weiſen aus Griechenland. Bremen, 1751. 8. 3) *Chronolog. Tabellen von Gelehrten vom Anfang der Welt bis auf jetzige Zeiten, Th. I. II. Brem.* 1752. 1755. *f.*

(*a*) Iam an. 1734. *Lugduni* edidit Iuvenel de Carlencas *Eſſai ſur l'hiſtoire des belles lettres, des ſciences & des arts*; mox *Noblot* admonuit nonnulla, quibus vſus auctor nouam, emendatam & auctam editionem prodire iuſſit, *Lugdun.* 1744. 12. Hanc in teutonicam linguam verti curauit ſuisque annotationibus inſtruxit *Io. Erh. Kappius* ſub titulo: *Herrn Iuvenel de Carlencas Verſuch einer Geſchichte der ſchönen und anderer Wiſſenſchaften, wie auch der freyen und einiger mechaniſchen Künſte. Th. I. Leipz.* 1749. *Th. II. ib.* 1752. 8.

um ac ſingularum artium & literarum origines atque progreſſus deſcribantur, nullo artium literarumque genere omiſſo, nullius partis hiſtoriam poſſe exacte eſſe explicitam, aliarum adeo artium explicationem hiſtoricam pleniorem, aliarum imperfectiorem eſſe, nihilominus librum lectu iucundum ac vtilem eſſe. Hunc ſecutus eſt *Noblot* (*b*), cui facile fuit, in Iuuenelii libro animaduertere nonnulla, quae eſſent explenda. — *Lundini an.* 1748. Suecico ſermone edita *Hiſtoria literaria Suenonis Bringii* recenſetur in *Nouis literariis Gottingenſibus* 1750. *p.* 325. (*v. Heum. Ed.* 7. *cap. II. §. XVII.* Sed viam plane nouam ingreſſus eſt *Ant. Yues Goguet* (*c*) edito ſuper legum, artium diſciplinarumque origine & progreſſu opere, cuius ſimile nusquam inter alios populos extat; in quo id ſolum deſideratur, quod auctor, morte praematura interceptus, hiſtoriae filum per omnes temporum periodos pertexere non potuit. Is ſingulari ingenii acumine ornatus, artium literarumque accurata notitia comparata, collectis continua veterum ſcriptorum lectione ampliſſimis opibus, ſingularum artium & diſciplinarum initia & progreſſus ab antiquiſſimis inde temporibus nouo ſtudio inueſtigauit. Opus infinitate lectionis & diligentiae

(*b*) *L'Origine & les Progrès des Arts & des ſciences* par Mr. Noblot, *à Paris*, 1740. 8.

(*c*) *De l'origine des Loix, des Arts & des Sciences & de leurs progrès.* Germanice verſum eſt opus ſub hoc titulo: *Vnterſuchungen von dem Vrſprung der Geſetze, Künſte und Wiſſenſchaften, wie auch ihrem Wachsthume bey allen Völkern.* M. K. überſezt von *Ge. Chriſtoph Hamberger. Lemgo* 1760. *Th. II. ib.* 1761. *Th. III. ib.* 1762. 4.

tiae, per temporis ſeriem progreditur usque ad Cyri aetatem, in qua ſubſtitit. A vulgari autem hiſtoriae literariae notione duplici modo differt: 1) plura continet, quam quae volgo ad H. L. referri ſolent, primo omnium artium, proinde mechanicarum etiam notitiam praebens, nec eam literariam, ſed technicam, deſcriptis inſtrumentis & artis exercendae modis, deinde vitam & mores hominum ſecundum temporum diſcrimina ſimul proponens; 2) ab altera parte minus complectitur, quod rei bibliographicae & biographicae nulla ratio habetur. Sed ſupra iam commemoratum eſt, (§. 6.) operis finem humanitatis vniverſae legibus, artibus, literis ſenſim excultae magis, quam ſolam literarum hiſtoriam ſpectare.

Denique vnus Italorum etiam prodiit, *Car. Denina* (d), alter a Polydoro Vergilio, qui vniverſam

(d) *Diſcorſo ſopra le Vicende delle letteratura di Carlo Denina. Turino* 1761. (1760.) 8. Auctior deinde prodiit *Glasgoviae* 1763; & haud multo poſt interpretatio *Anglica* ſecuta eſt; mox vero *Gallo-Francica* ſub titulo: *Tableau des Revolutions de la Literature ancienne & moderne. Par M. Charles Denina. Ouvrage traduite de l'Italien ſur la ſeconde Edition faite à Glasgow en* 1763. *à Paris*, 1767. 8. Quo facto *Italicum exemplar* auctor ipſe multo auctius & emendatius edidit *Berolini*, 1784. 8. 2 Voll. quae editio repetita eſt *Venet.* 1788. 8. Secundum exemplum Berolinenſe *interpretatio Germanica* facta eſt: *Ueber die Schickſale der Literatur, aus dem Ital. des Hrn. Abt Denina mit deſſen Verbeſſerungen und Zuſätzen durch* Fr. Gotth. Serben. Th. I. Berl. und Leipz. 1785. Th. II. ib. 1786. 8. Similiter ſecuta eſt *Gallo-Francica interpretatio*: *Diſcours ſur les viciſſitudes de la Literature traduit de l'Italien ſous les yeux de l'Auteur, à Berl.* 1786. 8. To. I. II.

im literarum hiſtoriam contexere aggreſſus eſt. Opus autem ita inſtituit, vt ad recognoſcendam iterarum hiſtoriam, quam ad diſcendam aptius ideatur. Per fixas temporum periodos procelit, ſecundum quas ſingulos populos literis cultos ſingulaque literarum genera ſingulatim peruſtrat. Quae quidem ratio ad cognoſcendas iterarum viciſſitudines praeclara eſt, mentemque & memoriam inſtruit, ob quam cauſam conſulum eſt, vt vel maxime Scholis literariis ea accommodetur. Nihilominus hic liber eo non actus eſſe videtur, vt ad eum hiſtoria literaria diſci vel tradi commode poſſit. Nam omiſſa ingeniorum & monumentorum notitia, e quibus literarum conditio aeſtimari debeat, non am literarum hiſtoriam enarrat, quam ſuper iterarum ſtatu, qualis diuerſis temporibus inter diuerſos populos ſecundum diuerſa literarum genera fuerit, docte diſputat. Illud vero minus eprehendamus, quod literarum Italicarum & rancicarum hiſtoria in hoc libro plenior eſt, & laboratior, contra aliae operis partes imperfectiores ſunt, nec hoc, quod magis bonarum rtium, quam reliquarum diſciplinarum viciſſitudines traduntur. His acceſſit aliquot annis oſt leuioris ingenii ſcriptor, *Sauerinus* (e), Galfrancus, qui aliquot voluminibus ſingularum

(e) Singula operis volumina exhibita ſub his titulis *l'Hiſtoire des progrès de l'Eſprit humain dans les ſciences naturelles.* Par. 1775. 8. 2) *Hiſt. des progrès de l'Eſpr. hum. dans les ſciences & dans les Arts, qui en dependent. Sciences intellectuelles, ſavoir, la Dialectique, Politique, la Poëſie* ib. 1777. 8. 3) *Hiſt. des progrès l'Eſprit humain dans l'hiſtoire naturelle.* ib. 1778. 8.

rum artium ac diſciplinarum hiſtoriam complexus eſt.

§. 31.

Recentiores ſcriptores inter Germanos: Io. Andr. Fabricius. L. A. Baumann. Phil. Ern. Bertram. Lud. Zehnmarkt.

(II. §. XVII. extr.) Iam vero ad Germanos noſtros redeundum eſt, vt ex continuata horum ſcriptorum recenſione exiſtimemus, an recte iudicauerit *Camuſatus* (*a*) *nullam aliam gentem, pronuncians, doctius & elegantius hanc diſciplinam literariam excoluiſſe, nullam eandem foedius corrupiſſe, quam Germanos.* — An. 1752 *ampliore opere* hiſtoriam literariam vniuerſam explicuit *Io. Andr. Fabricius* (*b*); quo multae diligentiae & doctrinae opere literarum artiumque monumenta per ſingulas antiquae, mediae & recentioris aetatis periodos accurate recenſentur & vberiori commentario illuſtrantur. Quamobrem qui non multo labore inſumto rei literariae notitiam pleniorem, praeſertim ſecundum aetates diſtinctam, quaeſierit, eum haud poenitebit, hunc perlegiſſe librum. Ac quum auctor diligenter annotauit ſcripta, in quibus res ſingulae de induſtria & copioſe expoſitae reperiantur, repertorii literarii vſum praeſtat hoc opus. Caeterum vtraque methodo, ſynthetica & analytica, hiſtoriam lit. contexuit in iuſti ſyſtematis formam, praecipuam-

(*a*) Vid. *Franc. Dion. Camuſati* Iudicia de Germanis quibusdam, H. L. conditoribus, ſubiecta eius Praefationi ad *Ciaconii Bibliothecam, ex Ed. Kappii, pag. XXII.*

(*b*) M. Joh. Andr. Fabricii *Abriſſ einer allgemeinen Hiſtorie der Gelehrſamkeit, Leipzig,* 1752. 3 Voll. 8.

puamque ſui & laboris & iudicii gratiam iniit & initurus eſt ab huius hiſtoriae cultoribus. Memoratu dignum et noui operis literarii ſpecimen a *Io. Iac. Rambachio* editum (*); quamuis inchoata, quorumque ſpem excitauerat, deinde deſtituit vir doctiſſimus.

Minoris molis & vtilitatis ſunt libelli *L. A. Baumanni* (c), qui Fabricium & Heumannum in exile corpuſculum transmutauit; *Phil. Ern. Bertrami* (d), qui in ſolis artibus elegantioribus & hiſtoria ſubſtitit & omnia fere ad librorum indices retulit; denique *Lud. Zehnmarkii* (e) qui omnium huius generis librorum haud dubie ineptiſſimus eſt.

§. 32.

Mich. Denis *H. L. ſtudium inſtaurat*; Io. Paul Reinhard & Hier. Andr. Mertens *bene de eo merent*.

Tot comparatis rei literariae praeſidiis, quum nihilominus ſeu ob docentium culpam ſeu per iuuenum imprudentiam, proxima poſt *Gundlingium*, *Struuium*, *Heumannum*que aetate, hiſtoriae literariae ſtudium elangueſceret & paſſim neglectum iaceret, id noua ac felici cura reſuſcitauit & in ſcholas reuocauit, eiusque *in*-*ſtau*-

(*) Io. Iac. Rambach *Verſuch einer pragmatiſchen Literarhiſtorie. Th. I. Halle*, 1770. 8.

(c) *Kurzer Entwurf einer Hiſtorie der Gelehrſamkeit*, von L. A. Baumann *Brandenb. und Leipz.* 1762. 8.

(d) Phil. Ern. Bertrams *Entwurf einer Geſchichte der Gelahrheit. Th. I. Halle*, 1764. 8. Inchoatum opus auctor deſtituit.

(e) *Handbuch der Literargeſchichte* von Ludw. Zehnmarck. *B. I. Breſl. und Glaz*, 1777. 8. Alterum tomum prudentius continuit, quam primum emiſit.

ſtaurator factus eſt *Mich. Denis*. Primo ſcholis literariis ſibi & diſciplinae multorum conciliauit fauorem diſcentium, deinde edito opere literario eius ipſius ſtudii extra ſcholas ſuas amorem diuulgauit. Inſtitutionum vero literariarum an. 1777 ab ipſo editarum (*a*) & communi doctorum virorum laude exceptarum dos praecipua, praeſertim in Parte priore, triplex erat; 1) a titulorum vanitate hiſtoriam literariam ad rerum ipſarum inuentarum & excultarum deſcriptionem reuocauit; 2) rerum exponendarum modum ac delectum talem fecit, vt omnes ad ſummam rei pertinere, momenti aliquid habere cognituque dignae viderentur; 3) librum non minus, quam hiſtoriam, eo contentam, ordinis perſpicuitas & orationis elegantia commendauit. Operis duae Partes ſunt. Prior *Bibliographicam* continet, ſub quo nomine Deniſius vniuerſae rei literariae viciſſitudines, ſecundum tres periodos, aera Chriſtiana, inſtauratione praeſentique ſtatu literarum finitas, deſcribit: poſterior *hiſtoriam literariam* exhibet per ſpecies ſiue ſynthetice traditam. Atque haec quidem pars cum ob ſyſtematis Linneani, ab herbarum deſcriptione ad rei literariae expoſitionem translati, compagem

(*a*) Primo in vſum ſcholarum ſuarum ediderat ſummarium breuiſſimum: *Grundriß der Bibliographie, wornach die Herrn an der K. K. Thereſ. Ritterſchule, auf Anleitung* Mich. Denis *geprüft werden ſollen. Wien*, 1775. 8. Deinde Opus maius ſecutum eſt: M. Denis *Einleitung in die Bücherkunde. Th. I. Bibliographie. Wien* 1777. — *Th. II. Literärgeſchichte. Ebend.* 1778. 2 *Voll.* Ad cognoſcendam operis praeſtantiam iuuabit conferre *Ephemerid. liter. Götting.* 1778. p. 83.

pagem ingenioſe quidem factam, haud vbique tamen congruam, tum ob omiſſam librorum virorumque multorum notitiam, multo, quam illa, minus placuit.

Interea Erlangae ſcholis literariis in Heumannum habitis praecipue clarus erat *Io. Paul. Reinhardus*, qui, quae commentatus erat, praeſertim in cap. IV. & V. Heumanniani conſpectus, in epitomes formulam redegit, an. 1779 editam (*b*). Singularum vero diſciplinarum atque artium hiſtoriam, quam in Deniſiano opere minus probatam eſſe audiuimus, nouo ſtudio congeſtam docteque ſcriptam eodem anno exhibuit *Hier. Andr. Mertens* (*c*). Secutus eſt vulgarem diſciplinarum diuiſionem. Quamuis ſingularum colligendi diligentiam demonſtrauerit, nonnullaque in Deniſiano opere deſiderata expleuerit, tamen Deniſius habet, ob quae nonnunquam eum potius, quam Mertenſium adire opus videatur.

§. 33.

Io. Chriſtoph Adelung & Io. Gottfr. Herder *ſuper litterarum hiſtoria philoſophantur*.

In ſerie ſcriptorum H. L. vniuerſalium neque

(*b*) Jo. Paul Reinhard's *Einleitung zu einer allgemeinen Geſchichte der Gelehrſamkeit. Th. I. II. Erlangen*, 1779. 4. Prior pars *analytica*, poſterior *ſynthetica*. Dum in libro typis exſcribendo occupatae erant operae, auctor mortuus eſt; quo facto reliquae partis edendae curam ſuſcepit *Harleſius*.

(*c*) *Hodegetiſcher Entwurf einer vollſtändigen Geſchichte der Gelehrſamkeit u. ſ. w.* von M. Hieron. Andr. Mertens. *B. I. II. Augsb.* 1780. 8. Operis vitia, ſeu nonnulla, quae afferri debuiſſent, omiſſa admiſſique ſubinde alii errores, neminem ab vtiliſſimi libri vſu deterrere debent.

que illud ſcriptorum genus omittamus, cuius ſupra (§. 6.) mentio facta eſt, qui rerum in rep. literaria geſtarum, artiumque & literarum cauſſas indagarunt, earumque vim ad excolendam humanitatem perficiendamque generis humani felicitatem, ſecundum temporum populorumque ſucceſſionem, explicarunt. In his quidem, hiſtoriae literariae non tam enarratoribus, quam philoſophis potius, *Io. Chriſtoph. Adelung* (*a*) & in primis *Io. Godofr. Herder* (*b*) eminent; quibus nunc *Ieniſchius* (*c*) accenſendus eſt.

§. 34.

Opera recentiſſima exterorum: Io. Andres, *Itali*; Curnandi & Rigoleii, *Gallo-Francorum.*

Eandem diſputationis potius, quam hiſtoriae viam ingreſſi ſunt exterorum nonnulli, quorum hoc proprium eſſe videtur, vt philoſophari malint, quam tradere, ſuper quibus philoſophemur. Sed haud eadem, qua Adelungius & Herderus noſter, inſtructi doctrina & ſagacitate, de multis rebus, quae praeſertim ad aliarum gentium literas pertinerent, contra veritatem diſputarunt. Quam ob cauſſam haud tuto iis vti licet. Praecipuae vero induſtriae opus eſt *Io. Andreſii*, Itali (*a*), quamuis eius ſententiae de ingenio-

(*a*) *Verſuch einer Geſchichte der Cultur des menſchlichen Geſchlechts. Leipz.* 1782. 8. Primas lineas huius hiſtoriae duxerat *Adelungius* in opere encyclopaedico: *Begrif menſchlicher Fertigkeiten und Kenntniſſe* Th. IV.

(*b*) Vid. ſupra ad §. 6.

(*c*) Vid. infra §. 40.

(*a*) *Dell' origine, progreſſi e ſtato attuale d'ogni letteratura dell Abate* D. Giouanni Andres. *To. I. Parma*

geniorum monumentis apud alias gentes, praeter ſuam obuiis, paſſim ſint reprobatae. Totius operis quatuor partes fecit. *Prima Parte* generalis literarum hiſtoria chronologica continetur, ſecundum populorum ſucceſſionem, apud quos literae cultae fuerint, tradita. Reliquis tribus ſingularum artium & diſciplinarum inter diuerſos antiquorum & recentium temporum populos fata & monumenta deſcribere aggreſſus eſt. *Altera* nempe *Pars* literis elegantioribus h. e. poëſi, eloquentiae, hiſtoriae & philologiae deſtinata. Huius duo Volumina hoc dum apparuere, quorum prius poëſeos cum generalem tum ſingularum eius ſpecierum particularem comprehendit hiſtoriam, poſterius eloquentiae, hiſtoriae et grammatices hiſtoriam complectitur. Reliquae operis partes nondum editae. *Tertia* autem philoſophicis diſciplinis, ad quas Matheſis vniuerſa, Phyſica, Chemia, Hiſtoria naturalis, Medica ars, Philoſophia, Iurisprudentia referuntur; *quarta* denique Theologicis ſiue eccleſiaſticis doctrinis dicata eſt. — Lectu vtilis & iucundus, minus tamen ad diſcendam vniuerſam literarum hiſtoriam comparatus eſt libellus, quem de labentibus literis moribusque Graecorum Romanorumque & noſtro nunc aevo Gallofrancorum, indignabundus conſcripſit ſenex *Rigoley de Iuuigny* (*b*). Primo Graecarum

ma, 1782. — *To. II. P.* 1. *ib.* 1785. *P.* 2. (ſeu To. III.) *ib.* 1787. 4. Cf. *Ephemer. lit. Götting.* 1786. *p.* 1042 *ſqq.*

(*b*) *De la decadance des lettres & des moeurs, depuis les Grecs & les Romains jusq' à nos jours. Par* M. Rigoley de Juuigny. *à Paris* 1787. 8. Operis argumentum ſub

rum Latinarumque literarum origines, incrementa & decrementa leuiter percurrit; dein ad Gallos ſolos tranſit, referens, quibus modis in media barbarie fuerint culti, quibusque vitiis maliſque exemplis praeſens literarum conditio corrupta videatur. — Latius patet paruum *Cournandi* (c) opuſculum, quo is decem capitibus decem pluriumue adeo populorum rem literariam deſcripſit, Graecorum, Latinorum, Italorum, Hiſpanorum, Luſitanorum, Francogallorum, Anglorum, Germanorum, reliquorum Europae populorum, denique Arabum. Sed quo latius vagatur, tanto de ſingulis pauciora refert, tantoque inconſultius ſingulorum populorum merita literaria, nullis allatis cauſſis rerumque monumentis, ſuo arbitratu dirimit. Perfunctoria opera omnia tranſegit; vnde nemo quidquam facile ex hac literarum deſcriptione diſcere poterit.

§. 85.

Inſtitutiones rei literariae recentiſſimae Germanorum.

Iam vt ſtudii literarii, inſtitutionibus ſcholiſque culti & propagati, conditionem reliquam cognoſcamus, ſufficit Germanorum noſtrorum notitiam adiungere, qui proximis annis hanc diſciplinam vniuerſam peculiaribus libris explicuerunt, vel eius in ſcholis ſuis vberius explican-

H da-

ſub examen vocatum in *Ephem. liter. Gotting.* 1787. *p.* 541 *ſq.* De eius conſilio conſule *Meinerſium* in *Philoſophiſcher Bibliothek von Feder und Meiners B. I. p.* 72 *ſqq.*

(c) *Tableau des revolutions de la Literature ancienne & moderne. Par* l'Abbé de Cournand, *à Paris*, 1786. 8.

das certe ordinem ſiue primas lineas propoſue-runt. Singuli vel congeſta maiore rerum copia, vel facto diligentiore delectu, vel inuenta aptio-re methodo bene de hiſtoria literaria mereri co-nati ſunt. Sed quo quisque modo praeſtet vel alteri cedat, nunc quidem comparare non licet. Sunt autem recentiſſimi Germanorum H. L. ſcriptores hi: 1) *Sam. Gottlieb Wald* (*a*), qui in partes duas opus diuiſit. Altera Pars *vniuerſalem* literarum hiſtoriam continet, ſecundum quin-que periodos deſcriptam, in quibus auctor pri-mo ad Alexandrum Magnum, deinde ad Chri-ſtum, tertio ad Carolum M., quarto ad imperii orientalis interitum, denique quinto ad noſtra tempora progreditur; altera *particularem* ſ. ſpe-cialem literarum hiſtoriam exhibet. Species au-tem ſunt tres: 1. ſingularum artium & diſcipli-narum hiſtoria; 2. virorum doctorum notitia; 3. librorum notitia. 2) *Ge. Andr. Will* (*b*) paucis paginis Scholarum ſuarum literariarum ſumma-ria propoſuit. Rei literariae expoſitio ex eius libello quincuplex eſt: 1. chronologica, in qua *Io. Fr. Bertrami* periodos (§. 27.) adoptauit; 2. technica; 3. ſyngraphica i. ſcriptorum noti-tia;

(*a*) *Verſuch einer Einleitung in die Geſchichte der Kenntniſſe, Wiſſenſchaften und ſchönen Künſte, zu Aca-demiſchen Vorleſungen. Von* Sam. Gottlieb Wald, *Hal-le*. 1784. 8. Acceſſere deinde ſeparatim: *Zuſätze und Verbeſſerungen zu ſeiner Einleitung. Ebend.* 1786. 8. Tandem breuiarium minus in gymnaſiorum vſum edere coepit: *Ueberſicht der allgemeinen Literatur- und Kunſt-geſchichte, Th. I. Halle*, 1786. 8.

(*b*) *Entwurf einer vollſtändigen Literargeſchichte, in* 5 *Abtheilungen. Altorf und Nürnb.* 1784. 8.

ria; 4. bibliographica, i. librorum notitia, 5. oe-
conomica i. de inſtitutis literariis, ſcholis, aca-
demiis, bibliothecis, bibliopoliis. 3) *Sam.
Friedr. Güntheri Wahl* (c) e tribus partibus non
niſi vnam abſoluit: *Bibliographiam*, quam tribus
periodis, prima vsque ad Conſtantinum M.,
ſecunda vsque ad literarum inſtaurationem, ter-
tia vsque ad recentiſſima tempora producta de-
ſcripſit. Hactenus inprimis Deniſium & Mer-
tenſium ſecutus. 4) *Io. Ge. Dahler* (d) doctiſſi-
mi praeceptoris ſui *Io. Gottfr. Eichhornii* ſcholas
ſiue recitationes literarias in epitomen redegit,
in qua ſolum temporis ordinem ſecutus, ſeptem
periodos diſtinxit his titulis inſignes: Noah;
Moſes; Cyrus; Chriſtus; migratio populorum;
expeditiones cruciatae; tempora nouiſſima. In
vnaquaque periodo ſingulorum populorum ſtu-
dia, inſtituta literaria virique docti recenſentur;
in nouiſſimis tamen periodis ſingularum artium
& diſciplinarum hiſtoria ſingulatim propoſita
& ſecundum ſingulos populos cultiores perlu-
ſtrata. Rerum, quae ſingulis literarum gene-
ribus excolendis opportunae fuerint, comme-
moratio, & inſtitutorum, literarum ſtudia ad-
iuuantium, vt ſcholarum, bibliothecarum cet.

 hiſto-

(c) *Verſuch einer allgemeinen Geſchichte der Litteratur, zur Grundlage bei Vorleſungen von* M. Sam. Fr. Günther Wahl. *Th. I. Erfurth*, 1787. — *Th. II. Ebend.* 1788. 8. Conf. *Götting. Anzeig. von Gel. S.* 1787. S. 1861. *Allgem. Liter. Zeit.* 1788. S. 601.

(d) *Handbuch zum Gebrauch bey Vorleſungen über die Geſchichte der Literatur und der Kunſt, von* M. Io. Ge. Dahler. *Iena*, 1788. 8.

hiſtoria praemiſſa eſt. 5) *Ier. Iac. Oberlinus* (*e*) hiſtoriam literariam tabulis ſynopticis expoſuit. Virorum doctorum nomina, diſtincta ſecundum populos artiumque ſpecies, literarum ipſarum fata deſignant. 6) *C. I. Bouginé* Heumanni commentatoribus accenſendus eſt (*f*).

CAPVT II.

DE COMPARANDA NOTITIA AVCTORVM.

§. 36.

Vſus talis notitiae.

Virorum doctorum notitiae, iuſto neque maius neque minus pretium tribuamus. Ea multi olim abuſi ſunt. Nam cum in ediſcendis clarorum virorum nominibus, vitae viciſſitudinibus librorumque titulis vitam exigerent, hac vana eruditionis ſpecie, quam affectarent, ab eruditione conſequenda veroque literarum ſtudio omnino abducti ſunt. Teneamus igitur, hoc cognitionis genere neque eruditionem neque eruditionis hiſtoriam abſolvi. At nihilominus vtile eſt, virorum doctorum notitiam parare; certe libros noſcere, vnde haec depromi poſſit. Vſus vero multiplex eſt, partim paedagogico-ethicus, qua doctorum virorum vitae ad ineunda moderandaque literarum ſtudia, ingeniorum indolem noſcendam, moresque cognoſcendos formandos-

(*e*) *Literarum omnis aevi fata, tabulis ſynopticis expoſuit* Ier. Iac. Oberlinus. *Argent.* 1789. 8.

(*f*) Vid. ſupra ad §. 26. *not.* c.

dosque nos exemplis & praeceptis adiuuant; partim literarius, ſeu ad literas ipſas pertinens, dum e ſcriptorum vitis monumenta vel ad illuſtrandam librorum doctrinarumque hiſtoriam, vel ad criticam rationem explorandamque librorum authentiam, vel ad interpretationem peti poſſunt (a).

§. 37.

Tradendae ratio.

Id quidem facile intelligitur, vitas ipſas a nobis non poſſe enarrari. Noſtrum autem eſt, in tradenda H. L. vniuerſali & nunc maxime in deſcribendo eius apparatu: 1) conſcribendarum vitarum diuerſam rationem obiter commemorare earumque praecipua exempla laudare; 2) ſubſidia comparandae ſcriptorum notitiae recenſere, vt, quoties opus ſit, ſciamus, ad quos libros redeundum ſit; 3) de doctorum virorum virtutibus vitiisque & aliis diſcriminibus generatim nonnulla admonere.

Sectio I.

DE VITIS ERVDITORVM CONSCRIBENDIS IN GENERE.

§. 38.

Vitarum methodus diuerſa, exempla & requiſita inſigniora.

(VII. §. I.) Huius loci quidem non eſt, de ſcribendis vitis praecipere. Id rhetorum eſt. Sed quia libelli tenor ſeruandus eſt, paucis cer-

(a) De vtilitate vitarum eruditorum praeclare diſſeruit *Holſtenius* cap. 1. *de vita Porphyrii*; *Baumgarten* in Praef. ad Vol. I. collectarum vitarum.

te modum componendi vitas attingamus & eius generis exempla, quae praeſtent, laudemus.

Triplex vitarum deſcribendarum methodus celebratur, vna *chronologica*, vbi in recenſendis virorum clarorum rebus, temporis ſeriem ſequimur; altera *epica*, ab epico carmine ad vitas deſcribendas translata, qua ſtudia resque cuncta ad vnum conſilium, quod is, cuius vitam deſcribamus, inprimis ſecutus ſit, referuntur, impedimenta autem, eius conſiliis obiecta, apte interponuntur & ad tenendos lectorum animos accommodantur; tertia *topica*, quae, ad modum Suetonii, res factaque non per tempora, ſed per ſpecies exſequitur, quo diſtinctius demonſtrari cognoſcique poſſint (*a*). Perfectior autem vel potius *exactior* (*b*) huius generis vitae deſcriptio fuerit, quae, adhibito quidem vbique delectu, primo familiam viri docti, natiuitatem, educationem, peregrinationes, ad quas Scholae etiam & Academiae referri debeant, in quibus literas excoluit, munera, coniugium liberosque, fata ſingula caſusque ſingulares, morbos obitumque, praecipue vero ingenium (*c*) &

(*a*) *Sueton.* in Aug. cap. 9.

(*b*) Sed vita *Gundlingii*, ab *Hempelio* deſcripta, exemplo eſſe poteſt, exactam videri poſſe vitae deſcriptionem, quae nihilominus omnis elegantiae & ſuauitatis ſit expers.

(*c*) Aliquando criticam eruditorum noſtrae aetatis eorundemque nominis claritate eminentium hiſtoriam ſcribere aggreſſus erat Heumannus, petito ex Cic. Orat. pro Archia cap. 12 titulo, eam ita inſcripturus: *Effigies ingeniorum noſtri temporis expreſſae a C. A. H.* Hic ex cuiusque ſcribendi argumentis & in ſcribendo ſuc-

& mores ac viuendi rationem complectatur; deinde ſtudia eius literaria, commercium epiſtolicum, controuerſias literarias, ſcripta non edita ſolum, verum etiam inedita itemque affecta, diligenter exponat.

Oppido rarae ſunt hae aues. Nam, quae Taciti iuſta eſt querela (*d*), *omnis aetas ſuorum incurioſa eſt.* Cuius rei ſi cauſſam requiris, accipe eam, Velleii Paterculi (*e*) verbis: *praeſentia i, praeſentes, inuidia; praeterita* h. e. mortuos virtutemque extinctam, demum *veneratione proſequimur.* Ex quo factum, vt e. g. exilii Ouidiani cauſſa, quae illius tempore, ipſo teſte (*f*), vulgi erat fabula, nunc ignoretur omnibus. Pari modo Archiam poëtam fuiſſe prorſus eximium

H 5 &

ſucceſſibus docturus erat, quanta in quoque fuerit iudicii; quanta memoriae, quanta imaginationis vis. Sed praeterquam quod haec res (per ſe quidem admodum ambigua multisque erroribus obnoxia) haud obſeurum ipſi paritura erat odium, etiamſi ſolos iam mortuos depinxiſſet, ob hanc etiam cauſſam incepto deſtitit, quod artis characteriſticae conſulti ipſius operae non indigere videbantur, quibus quippe & facile & iucundum eſſet, ſubinde exercere artem ſuam in viris ingenio clariſſimis; huius artis autem imperitis parum videbatur profuturus, malignitatem & ἀκρισίαν tributuris aequa menſura. Caeterum venuſtum huius generis ſpecimen praedicat id, quod *G. S. Treuerus* in Diſp. de *Lutheri charactere animi* propoſuit, in cuius prima ſectione tota, viri ſummi ingenium praeclare deſcriptum eſt. Quamquam in eo errantem deprehendit Heumannus, quod Luthero temperamentum tribuit cholerico-ſanguineum, cum fuerit ſanguineo-cholericum.

(*d*) Vita *Agric.* cap. 1.

(*e*) *Lib. II. cap.* 92.

(*f*) *Triſt. Lib. IV.* 10. 99.

& virum ſua aetate longe lateque per omnem Aſiam cunctamque Graeciam & Italiam celebratiſſimum, id quod Cicero nos docet in oratione (*g*) pro eo habita, nunc non noſſemus, niſi forte fortuna accidiſſet, vt & Cicero illam nanciſceretur occaſionem ſcribendae pro eo orationis, & haec e tot deperditis conſeruaretur.

(VII. §. II.) Neque tamen deſunt, quae valde, nec immerito, ab eruditis collaudentur, eruditorum vitae (*h*). Harum exempla ſunt *Attici* Vita a Corn. Nepote conſcripta, *Ciceronis* a Plutarcho, Middletonio & Morabino, *Melanchthonis* a Camerario, & Iortino, *Peireſcii* a Gaſſendo, *Carteſii* a Bailleto, *Lockii* a Clerico; *Eraſmi* a Clerico & Burinaeo, *Caſp. Sagittarii* a Io.

(*g*) *Orat. pro Archia cap.* 3.

(*h*) Harum nonnullis praefixa eſt effigies viri: quae, ſi vera, haud contemnendi profecto eſt pretii. Eſt enim omnino facies cuiusque ingenii & animi index. Conf. *Apini* libellus *de collectione imaginum doctorum virorum cap. V.* §. 5. Adiici vero ſemper oporteret certiſſimum teſtimonium, ex quo conſtaret, veram & germanam eſſe illam, quae Vitae fuerit praefixa, imaginem. Alienae enim facies, qualem ſuae *Demonſtrationis Euangelicae* editioni Lipſienſi adiectam eſſe, in *Vitae* ſuae *Libro VI.* p. 167. refert & indignatur Huetius, merito inter mendacia hiſtoriae literariae referuntur. Laudandus eo homine eſt literatiſſimus bibliopola Norimbergenſis, *Rothſcholzius*, qui, vt veras clarorum ingenio virorum imagines orbi literato daret, nulli pepercit ſumtui. Quanquam nec in tali numero falſas deeſſe facies, ipſe Heumannus erat exemplum. Nec in *Bruckeri* pinacotheca facies ad vnum omnes ex toto ſunt verae. Quare nec certum habemus, *Perraultianas* clarorum ſaeculi XVII. Gallorum imagines, an. 1696 Lutetiae vna cum ſuo cuiusque elogio editas, eſſe omnes id, quod vocantur, *portraits au naturel*.

Io. Andr. Schmidio, *Hobbeſii* ab anonymo, *Reuchlini* a Maio, *Ge. Henr. Welſchii* a Luca Schroeckio, *Flacii* a Rittero, *Rich. Simonii* a Bruzeno, *Baelii* a Desmaizeaux, *Friſchlini* & *Rhodomanni* a Langio, *Tolandi*, *Haleſii* & *Serueti* a Moshemio, *Io. Caſae* a Bembo, *Grotii* a Lehmanno, *Morhofii* a Mollero, *Ge. Fabricii* a Schrebero, *Iobi Ludolfi* a Iunkero, *Vlr. Hutteni* a Burckhardo, *Gottfr. Arnoldi* a Colero, *Io. Gerhardi* & *Ern. Sal. Cypriani* a Fiſchero, *Speneri* a Canſteinio, *Mornaei* a Cruſio, *I. A. Fabricii* a Reimaro, *Phil. Camerarii* a Schelhornio, *Dau. Chytraei* vita a Schützio, *Franc. Petrarchae* a Sadeo, *Torq. Taſſonis* a Seraſſio, *Miltonis* a Peckio & Tolando, *Popii* a Ruſhedio ſcripta. *Quibus libris* (vtor Corn. Nepotis verbis e Vita Attici c. 18.) *nihil poteſt eſſe dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiae clarorum virorum.* Etſi enim in nonnullis orationis elegantiam rerumque delectum deſideremus, tamen copia rerum noſcendarum pleraeque praeſtant. Sed nec vitarum ſcriptores impenſi laboris poenitebit. Scilicet qui alium *ſempiternae gloriae commendaturus eſt, is in eo commendando propriam ingenii gloriam*, iudice Cicerone (*i*), *conſequatur* neceſſe eſt. E re vero publica foret, ſi ſinguli, maioris famae eruditi, *autobiographias* h. e. de propria vita commentarios poſteritati relinquerent; id quod e priſcis *Ouidius* (*k*) fecit, e Patribus eccleſiae *Auguſtinus*, e recentioribus *Petrarcha*, *Thuanus*, *Buchananus*, *Cardanus*, *Io. Val. An-*

(*i*) *Lib. V. ad diuerſ. Epiſt.* 12.
(*k*) *Lib. IV. Triſt. Eleg.* 10.

Andreae, *Morhofius*, *Huetius* (*l*), *Peterſenius* & eius vxor, *Breitbauptius*, *Thomaſius* (cuius tamen hiſtoria nondum omnibus perfecta eſt partibus) *Reimmannus*, *Val. Ern. Loeſcher;* qui poſtremus in Epiſtola *Miſcellaneis ſacris Feuſtelii* annexa, vitam ſuam literariam, ordinem annorum ſecutus, concinne deſcripſit, vsque ad annum aetatis ſuae quadrageſimum primum. Etiam *Hieron. Wolfius* compoſuerat *Hiſtoriam vitae ſuae*, quam non legi publice, dolendum eſt. Commemorat eam indeque aliquid profert *Iac. Bruckerus* in Progr. an. 1732 edito de *familiae Fuggeriae meritis in rem literariam* p. 6. Tandem an. 1739 potiora cognituque digniora e Vita illa idem publicauit in quadam ad Duumuirum quendam Auguſtanum Epiſtola. Recentiſſime horum exemplum imitati ſunt *Moſer*, *Reiskius*, *Semlerus*, *Büſchingius*.

(VII. §. V.) In vitis eruditorum exponendis non minimam dixi rationem habendam eſſe librorum (*m*) a ſingulis conſcriptorum, cum co-

(*l*) Quo quidem ſaeculi ſui anno fuerit in lucem editus, non indicauit Huetius. Ex libro vero quinto, p. 135, vbi narrat, ſeptuageſimum ſaeculi annum fuiſſe aetatis ſuae quadrageſimum ſextum, cognoſcimus, natum ipſum eſſe an. 1631. (Accuratius diem annumque natalem prodit vel ipſum vulgare *Lexicon biogr. Ioecherianum:* 8 Febr. 1630.) Caeterum futuris vitae propriae ſcriptoribus id potiſſimum imitandum reliquit Huetius, vt, quae quisque vel familiariter vel e ſcriptis cognita habet ſuae aetatis ingenia, de iis verum ſincerumque teſtimonium poſteritati tradat.

(*m*) Exempla perfectiora, ad quorum normam ſcripta ſint recenſenda, exhibuerunt *Gottfr. Ephr. Müller* in Introduct. hiſtor. crit. ad vett. Scriptorum latinorum vſum,

eorum, qui adhuc extent, quorum & vniuerſorum & ſingulorum editiones (n) variae, item verſiones recenſeri debent, tum deperditorum. Nonnulli librorum a ſe editorum ipſi (o) catalogos

vſum, *Reimarus* in Vita Fabricii, *Schroeckhius* in effigiebus & vitis viror. doctorum. Addas, ſi lubet, *Operum I. M. Geſneri deſcriptionem* a nobis compoſitam & Biographiae Academicae Gottingenſis Volumini tertio inſertam, in cuius prooemio paucis admonuimus, ad quae momenta in tali operum deſcriptione in primis ſit reſpiciendum.

(n) Hic obiter inquirere libet, quid de *Operum omnium*, a polygraphis ſcriptorum editionibus ſit exiſtimandum, vt *Lutheri, Eraſmi, Caluini, Voſſii, Conringii, Launoii* cet. Facile igitur apparet, ita quidem etiam minuta magnorum virorum ſcripta conſeruari, illa quoque, quae rectius perirent; ſed voluminoſa illa opera non tam eruditorum vſui inſeruire, quam ornandis bibliothecis publicis & oſtentandae magnificentiae ciuitatis literariae. Docti enim viri, quos fere tenuioris fortunae eſſe conſtat, optimos quosque libros ſeparatim recudi optant, vt, quibus opus ipſis eſt, eos ſibi comparent. Ecquis doctorum hominum, vt *Conringii Antiquitates Academicas* aut *Voſſii de hiſtoricis* libros legat, tanto pretio ſua faciet eorum opera? Idem ſentio de librorum & magnorum & ſatis obuiorum eiusdem argumenti collectionibus. Vnas illas Syllogas laudo, quibus ſcripta & minutiora & rariora eademque bonitatis maximae comprehenduntur. Eadem in ſententia erat Buddeus, cuius verba *Recenſionibus Ienenſibus* (*Monatliche Nachrichten*) an. 1726 p. 743. 745. 746. inſerta ſunt.

(o) Iam olim *Hieronymus* in vltimo capite *Catalogi ſcriptorum eccleſiaſticorum*, ſuorum operum titulos produxit. Idem poſtea *Auguſtinus* fecit in libris *Retractationum*, recentiorique aeuo *Campanella*, *Fort. Licetus*, (cuius libri duo *de propriorum operum hiſtoria* excuſi ſunt *Patauii* 1634.) *Labbeus, Buddeus, Goezius, Ioach. Langius, Io. Laur. Moshemius, Chr. Wolfius*, ipſe

gos confecerunt & ediderunt. Nec genuinorum fetuum diſtinctio a libris ſuppoſititiis omittenda. Caeterum quum virorum, in hoc ſtudio induſtriam ſuam approbantium, recenſus deinceps vel inter ſubſidia biographica vel in tradenda librorum notitia ſequatur, eorum commemoratio hic quidem commode praetermitti poteſt.

(VII. §. VI.) Fuerunt etiam, qui eruditorum plurium iudicia varia de celebrioribus ſcriptis eorumque auctoribus congererent. Huius ſedulitatis laudem, admodum ambiguam, in primis *Pope-Blountius* affectauit. Sed iam ante eum tale opus conſcribere in animum induxerat *Chph. Ad. Rupertus*, cuius ſpecimen reliquit in *Mercurio Epiſtolari* p. 720 ſqq. Extat & *Tho. Magiri* opus ſimile §. 40. commemorandum. Ac quo quis in orbe literato clarior fuit, eo facilius eſt, complura eius reperire encomia. Vnde praeconiis Morhofio tributis *Mollerus* decem paginas in Prolegomenis ad eius Polyhiſtorem impleuit. Quid? totus liber ſecundus *Quaeſtionum Tullianarum* Andreae Schotti, non niſi elogia eloquentiae Ciceronis continet. Pari modo *elogia Melanchthonis aut iudicia de eo, qui compilare velit, librum grandem effecerit*, inquit *Seckendorfius* in *Hiſt. Lutheraniſmi Lib. I. Sect. 34. addit. I.* Quam parum vero eiusmodi iudiciis tribuendum ſit, vltro quisque intelliget dicendique locus erit

ali-

ipſe adeo huius libri auctor *C. A. Heumann*, *Io. Dau. Michaelis* aliique. *Lutherus* quoque an. 1533 librorum ſuorum catalogum edidit, vel potius edi paſſus eſt, recuſum in *Diario Theologico Loeſcheriano an.* 1738 *pag.* 10 *ſqq.*

alius. Librorum autem iudicia ac cenſuras continentium titulos, a b. Heumanno alieno loco poſitos, ad ſua capita retulimus, quo redeundum eſt, quoties requiras, qui de ſcriptorum dignitate ſecundum ipſorum ſpecies indicauerint. Namque vel ad opera biographica pertinent, vel ad notitiam librorum, vel ad diiudicandas ſingulares eruditorum claſſes. Quare non opus erat, in *Biblioth. Hiſt. Lit. Struu. Iugler To. II. cap* 8. ſcriptores iudiciorum ſeparatim exhiberi. Neque male tamen huc retuleris libros, quos ANA vocant, vt *Sarcmaſiana*, *Menagiana*, *Patiniana*, *Naudaeana*, *Caſauboniana* &c., cuius generis libros ſingularibus in Diſſertationibus deſcriptos exhibuerunt *Wolfius* & *Lilienthalius* (*p*).

Sectio II.

SVBSIDIA BIOGRAPHICA.

§. 39.

Sunt triplicis generis.

(VII. §. III.) Illud autem in primis nobis datum credimus negotii, vt ſcriptores vitarum generatim indicemus tironesque ad *Struuio-Iuglerianae Introductionis literariae* caput ſeptimum & octauum allegemus, vel ad *Indices*, quas ſuae *Biblio-*

(*p*) *Io. Chph. Wolf* in Praef. *Caſaubonianis* praemiſſa; *Mich. Lilienthal* in *Select. hiſt. & liter.* P. I. Obſ. 6. p. 141 ſq. De libris in ANA iudicium extat in Germanicis *Obſeruat. Halenſ.* P. II. h. 8. & in *Reimmanni* Catal. crit. To. II. p. 616 & 617, itemque in *Biblioth. raiſ.* To. XXVI. p. 36 ſqq. Addenda huius generis libris ſunt *Verulamiana* i. e. *Verulamii Sermones fideles* & e priſco aeuo *Corydiana*, quae conſcripſerat *Lynceus* Samius, teſte *Athenaeo* Lib. VI. p. 241. 245. 248.

Bibliothecae Bibliothecarum ſubiecit *Phil. Labbeus* (*). Sunt autem triplicis generis: 1) Vniuerſales; 2) Particulares; 3) Singulorum ſcriptorum ſingulares.

§. 40.

I. *Subſidia vniuerſalia.*

Vſu promtiora ſunt *opera biographica vniuerſalia*, quibus, nullo facto diſcrimine, cuiuscunque diſciplinae, aetatis, populi, ordinisque viri docti recenſentur. Haec ad manum habere conuenit, ſi maturato opus ſit, nec vacet, diuturnam inueſtigationem ſubire. Differunt autem ordine. Alia ſunt alphabetica, alia chronologica; alia miſcellanea. Secundum has claſſes praecipuorum librorum titulos potius indicandos, quam libros ipſos deſcribendos putamus. Nam quae ad ſingulos annotanda videantur, ea ſcholis ſeruare iuuabit.

(VII. §. III.) I. *Lexica biographica.* Hoc ſubſidiorum genere nec veteres omnino caruerunt. Primo loco e veteribus *Callimachus* nominandus, cuius Opus vniuerſale de vitis & ſcriptis literatorum, accurate & copioſe deſcriptum a *Ionſio Libr. II. de Script. hiſt. philoſ. cap. 5.*, ingenti poſteritatis damno interiit. Neque ſilentio praeterea-

248.; atque e medio aeuo *Alfonſiana*, hoc eſt, Regis Alfonſi dicta ab *Ant. Panormitano* literis mandata ac nuper *Mruſchenii* cura recuſa. Conf. *Biblioth. H. L. Struu. Iugler. To. II. p.* 1430 *ſqq.* quo loco plurium eiusmodi librorum notitia ſuggeritur.

(*) Hic liber tertiis curis auctior prodiit Lipſ. 1682 12. Eundem mire locupletatum nobis dedit *Ant. Teiſſerius* an. 1686. 4. qui & *Auctarium* an. 1705. adiunxit

tereamus *Suidae* Lexicon & *Eudociae* Violarium ſeu Dictionarium hiſtorico-mythologico-literarium, quamuis vtriusque operis argumentum latius pateat. Qui *lexica hiſtorica* compoſuerunt, nec hi quidem eruditorum omiſerunt mentionem, quo pertinent *Car. Stephanus* a *Loydio* auctus, *Hoffmannus*, *Morerius*, *Buddeus*, *Lexicon vniuerſale* Baſileenſe & Lipſienſe ſiue Zedlerianum. Sed literarii praeſertim argumenti ſunt haec opera:

1) Conr. Gesneri *Bibliotheca vniuerſalis cet.* vid. ſupra §. 18.

2) *De Scriptoribus non eccleſiaſticis, Graecis, Latinis, Italicis cet.* Iac. Gaddii *critico-hiſtoricum & bipartitum opus. To. I. Florent.* 1648. *To. II. Lugd.* 1649. *f.*

3) Io. Hallernordii *Bibliotheca curioſa, Regiom.* 1676. 4.

4) Ge. Matthi Koenig *Bibliotheca vetus & noua, Altorfi*, 1678. f. Hanc valde quidem contemnit *Morhofius* Polyhiſt. lit. L. I. cap. 18. §. 15. itemque *Mollerus* in *Praef. noua* ad ſuam *Iſagogen Hiſt. Cherſ. Cimbr. lit.* 64 *ſqq.*

5) Tob. Magiri *Eponymologicum criticum, auctum cura Chr. Wilh. Eybenii. Francof.* 1687. 4.

6) *Pandectas Brandenburgicae, continentes I. Bibliothecam* ſ. *magnam auctorum impreſſorum & MStorum partem. — Exhibere conatus* Chſtph. Hendreich, *Berol.* 1699. *f.* Non vltra lit. B. progreſſus.

7) *Bibliotheca, libros & Scriptores ferme cunctos ab init. M. ad an.* 1583 *ord. alph. complectens. Auctore* F. Alph. Ciaconio. *Primum in lucem prolata ſtudio* Dionyſ. Camuſati. *Pariſ.* 1731. *Ed.* 2. *op.* Io. Erh. Kappii. *Amſt. & Lipſ.* 1744. *f.* Lit. A. B. C. D. E. continet; reliqua operis pars periit.

8) Allgemeines Gelehrten-Lexicon, *Io. Burc. Menckenii* auſpiciis bis editum, primo quidem, Lipſ. 1715. 8. alterum, 1726. Tertia editio, quae an. 1733 prodiit prioribus auctior, *C. H. Ioecheri* induſtriae debetur;

quanquam is multis ingratum fecit; cum allegationum, quas vocant, in ſuperioribus editionibus Vitae cuique ſubiunctarum, numerum minuit. Nouam in augendo & perficiendo opere vtiliſſimo diligentiam idem Ioeche-rus adhibuit in *quarta* editione, quae *quatuor volumi-nibus* prodiit, Lipſ. 1750. 4., & huc dum optima eſt. Vid. *Biblioth. H. L. Struu. Iugl. To. I. p.* 84 *ſq. coll. To. II. p.* 1086 *ſq.*

Ad hanc quartam editionem, poſt C. E. *Hauberi*, F. G. W. *Dunkelii*, S. I. *Baumgartenii*, I. E. *Leſſingii* ſtudia, ad opus augendum collata, nuper *Io. Chſtph.* *Adelungius* ſupplementa edere coepit, voluminum & numero & amplitudine opus principale mox ſuperatura, ſub titulo: *Fortſetzung und Ergänzung zu Chr. Ge. Iöchers Allgem. G. L.* Tom. I. Leipz. 1784. II. 1787. 4.

9) *A new and general biographical Dictionary. Vol. I-XI. Lond.* 1762. *Vol. XII. ib.* 1767. 8.

10) *Dictionaire hiſtorique & critique par.* Mr. Pierre Bayle. *Rotterd.* 1697. — *4me Edition reuuë, corrigée & augmentée. Auec la Vie de l'Auteur* par Mr. *Des Maizeaux. To. I - IV. à Amſt. & Leide,* 1730. f. Cum reliqua opera in notitia literaria aliunde comporanda acquieſcant, at hoc criticum eſt. Heumanni de hoc libro iudicium integrum apponamus, interpoſita noſtra adnotatione: „Hoc opus, inquit, vocare ſoleo Cornu copiae, cuius tamen fructibus pulcherrimis admixtum eſt lolii nonnihil. Fuit autem Baelio, vt res docet, potiſſimum propoſitum, κριτικως deſcribere hiſtoriam Galliae & veterum philoſophorum. [Imo res docet ipſeque auctor in praef. declarat, operis argumentum multo latius patere & complecti, res hiſtoricas omnis generis, praeſertim ad literas, religionem & philoſophiam pertinentes, aut intactas Moretio aliisque, aut male tractatas, quas Baylius critici ſolertia inquirere & ſub examen vocare conatus eſt.] Hoc *dictionarium theſau-rum iucundiſſima copia rerum elegantiſſimarum refertum* vocat *Fabricius Cod. apocr. N. T. p.* 393. *Incompara-bile opus* appellat *Io. Fr. Mayerus* Diſſ. de Lutheri vxore §. XI. *Pfaffius Introduct. in Hiſt. Theol. lit. To. I. p.* 28: Inter omnia lexica, *inquit*, eminet illud Baelii, non

non propter multitudinem titulorum, (ſelecti enim ſaltem hic apparent tituli,) ſed propter eruditionem proliſſiſſimam, ingeniumque ſummum vbique emicans, rariſſimaque atque etiam philoſophica argumenta hic tractata. An. 1711 *Reimmannus* edidit ſingulari libello *Cenſuram Dictionarii Baeliani*, (*Verſuch einer Critique über das Dict. hiſt. & crit. de M. Bayle. Halle*, 1711. 8.) quam ego quidem *Baelianam* appellandam cenſeo, quia iis tum laudibus tum caſtigationibus excipit illud opus, qualibus ipſum Baelium credo proſecuturum id fuiſſe, ſi ab alio profectum auctore cenſuram ipſius ſubiiſſet. Nec ſtili fluxu & amoenitate Baelio Reimmannus eſt inferior." [Praeſtet huius iudicii veritatem Heumannus ipſe; equidem non praeſtiterim, qui & ingenii acumine & multo magis ſtili elegantia ſciam, quam Baelio impar & diſſimilis fuerit Reimmannus.] Caeterum multi alii illud opus oppugnarunt, in quibus praecipue ſunt *Laur. Joſſe le Clerc* in *Lettres critiques ſur le Dictionaire de Bayle. à la Haye*, 1732. 12. & *Phil. Lud. Ioly* in *Remarques critiques ſur le Dictionaire de Bayle. Paris*, 1748. 1752. *f.* 2 *Voll.*

Supplementa & augmenta, aliorum ſtudio Baeliano operi inſerta, ſaltem commemoranda ſunt. Primo ſocietas Anglorum doctiſſimorum coiit, *Io. Pet. Bernardus. Thom. Birchius*, *Io. Lockmannus* & *Ge. Sale*, qui Baylii Dictionarium criticum ſimul Anglice verterunt, ſimul emendarunt, ſimul multis millibus vitarum auxerunt, ſub titulo: *A general Dictionary hiſtorical and critical, in which a new and accurate Translation of that of the celebrated Mr. Bayle — is included and interſperſed with ſeveral thouſand Lives never before publiſhed cet. Lond.* 1734 - 1741. *f.* 10 *Voll.* Deinde Anglorum augmenta ſeorſim edidit nouisque argumentis ditauit *Iac. Ge. Chaufepié* ſub titulo: *Nouveau Dictionaire hiſt. & crit. pour ſervir de ſupplement ou de Continuation au Dictionaire h. & c. de Mr. Pierre Bayle. To. I - IV. à Amſt. & à la Haye*, 1750. *f.* 4 *Voll.* De his aliisque ad huius libri hiſtoriam pertinentibus conf. *Biblioth. H. L. Struu. Iugler. To. II. p.* 1580 *ſqq.*

II. *Opera biographica chronologica* percurrendis & cognoſcendis ſingularum aetatum monumentis iisque ſub vnum ſynchroniſmi conſpectum cogendis inſeruiunt. Primam ſed admodum rudem ſcriptorum deſignationem exhibet:

1) Io. Iac. Friſii *Bibliotheca claſſicorum auctorum chronologica. Tiguri* 1592. 4. excuſa & in vſum ſcholarum literariarum *Petri Lambecii*, *Hamb.* 1655 iterum edita.

2) Tho. Pope Blount *Cenſura celebrium auctorum. Lond.* 1690. *f. Geneuae*, 1694. 1700. 1710. 4. v. *Bibl. H. L. Str. Iugl. To. II. p.* 1422 *ſqq.*

Sed iudicii & diligentiae maioris, tutiorisque vſus opera ſunt haec:

3) Beni. Hederich *Notitia auctorum antiqua & media*, oder *Leben*, *Schriften*, *Editiones und Cenſuren der Bibliſchen und Profan-Scribenten cet. Wittenb.* 1709. 1714. 8. Quae quidem priores editiones, vt pote multis modis vitioſae, plane ſunt abiiciendae; ſed melioribus huius generis libris accenſenda editio nona, quae *Lipſ.* 1766. 2 *Voll.* apparuit, b. *Io. Ioach. Schwabii*, Prof. Lipſ., induſtria emendata & aucta.

4) Ge. Chſtph. Hamberger *Zuverläſſige Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern vom Anf. der W. bis auf das I.* 1500. *Lemgo* 1759-1764. 4 *Voll.* 8. — Indeque factum Breuiarium: *Kurze Nachrichten cet. ib.* 1766. 2 *Voll.* 8.; quod quidem operis maioris ſimul ſupplementa continet.

5) Chſtph. Saxii *Onomaſticum literarium ſ. Nomenclator hiſtorico-criticus cet. To. I-VI. Trai. Rh.* 1775 *ſqq.* 8. His ſex voluminibus opus vsque ad an. 1700 productum eſt. Continentur eo non vitae, ſed regeſta literaria eorum librorum, qui ſingulorum ſcriptorum vel vitas integras vel ſingularia momenta ad eas pertinentia exhibeant.

6) Ierem. Nic. Eyring *Synopſis hiſtoriae literariae, qua Orientis, Graeca, Romana item aliarum linguarum ſcriptis cultarum literatura tabulis ſynchroniſticis exhibetur. Gottingae*, 1783. 1784. 4. 3 *Partes.* Conſultum erit,

cerit, hanc ſynopſin cum Hambergero Saxioque vſu coniungere. Haec enim librorum trias, literarum ſtudioſos, ſi ſcriptorum notitias requirant, haud facile deſtituet. Quanquam vero mea ſynopſis permulta habeat propria, ipſaque methodo nonnulla praeſtet commoda, tamen in reliquis Hambergerum & Saxium ſum ſecutus, qui commentarii vicem ſuſtinebunt.

(VII. §. IV.) III. *Collectiones vitarum miſcellaneae* nonnunquam virorum doctorum vitas alibi omnino non obvias vel multo exactiorem earum notitiam exhibent. Ex antiquioribus collectionibus eſt *Pauli Freheri* Theatrum, cet. Norimb. 1688. f. Quod recens editum acerrima cenſura excepit *Thomaſius* in *Menſibus* anni 1688. P. II. p. 247 ſqq. Conſ. *Baelius* Diction. V. *Agrippa*, not. c. Sed & Freherus & caeteri huius generis ſcriptores parcius caſtigandi videntur. Longe enim amplior eorum labor eſt, quam vt ſingula capita iuſtiſſimum in modum poſſint elaborare. Quare gratias iis habeant lectores, quod ingentem ab iis acceperunt materiarum ſyluam, & alius hanc, alius aliam vitam ſeparatim ſuſcipiat exponendam, & quidem ita, vt ad perfectionem vix quidquam deeſſe videatur. Idque & iis dictum volumus, qui, *Menckenianum* (Ioecheri aliorumque ſtudio auctum) *Lexicon biographicum* errorum eſſe refertiſſimum, clamitent. — Hunc ſecutus eſt *Adolph. Clarmundus* (*I. Chr. Rüdiger*) qui germanica lingua CCIV. virorum doctorum vitas exhibuit. Ac hi duo quidem vitas a ſe vulgatas ipſi compoſuerunt. Adde *Gu. Bateſii* vitas ſelectorum virorum. Lond. 1681. Oxon. 1704. 4.; itemque *Vitas ſelectas Vratislaviae an.* 1711. 8. editas. Conſ. *Bibl. H. L.*

Struu. Iugl. II. p. 1105 ſqq. In recentioribus, praecipuae ſunt hae:

1) *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire des hommes illuſtres dans la Republique des Lettres. Par* Iean Pierre Niceron, *à Paris* 1727 - 1741. 12. 43 *Voll.* In ling. germ. verti curauit *Sigism. Iac. Baumgarten & Frid. Eberh. Rambach*, *Halae*, 1749 - 1762. 22 *Voll.* 8. Cf. *Bibl. H. L. Struu. Iugler. To. II. p.* 1101 *ſqq.*

Atque hi quidem commentarii de meliori nota ſunt commendandi. In iis enim auctor virorum, qui poſt renatas literas, h. e. ſaeculis XV. XVI. XVII. & hoc noſtro eminuerunt, hiſtoriam & copioſe & accurate deſcriptam exhibet; e priſco aeuo tantum *Liuii*, *Plinii* & *Taciti*, e medio *Martini Poloni*, *Guil. Britonis*, *Abaelardi*, *Radulphi Glabri* & *Mariani Scoti* vitam perſecutus. Vid. *Acta Erud.* 1727. p. 488.; 1729. p. 369. 406.; 1730. p. 130. 545 cet. 1745. p. 569. Simile inſtitutum fuit anonymi in Batauia. Vid. *Gelehrte Zeitungen* 1731. p. 801. & *Acta Erud.* Suppl. nou. To. III. p. 26. Has Niceronii Vitas cum in *Actis eruditor.* recenſeret Heumannus, plures breuius repraeſentauit, ſubinde adiungens quae non docuerat Niceronius: ſcilicet vitam *Iſ. Larraei* an. 1727. p. 489.; *Io. Franc. Niceronii* 1730. p. 132.; *Poggi Florentini* p. 547.; *Petri Charronii* 1733. p. 512.; *Th. Farnabii* p. 514.; *Io. de la Fontaine*, Aeſopi Galliae, 1734. p. 217.; *Petri Daneſii* p. 331.; *Petri Pomponatii* 1736. p. 135.; *Io. Caramuelis* 1739. p. 350.; *Io. Iocundi* p. 566.; *Bened. Theocreni* 1740. p. 379.; *Iani Nicii Erythraei* p. 380.; *Guil. Ameſii* 1741. p. 189.; ipſius noſtri *Io. Pet. Niceronii* (mort. an. 1738. 8 Iul.) 1742. p. 376.; *Iuniani Maii* p. 711.; *Guil. Wollaſtoni* 1745. p. 570.; *Franc. Bruyſii*, qui nuper ἀνωνύμως quinque voluminibus *Hiſtoriam Paparum* edidit, p. 571.

Quomodo autem vbique ſe gerat Niceronius, in *Act. Erud.* 1742. p. 377. Heumannus his verbis docuit: *Quanto ſtudio undecunque collegit hanc notitiam! Quam induſtrius eſt & accuratus in recenſendis librorum editionibus, ferendoque de ſingulis iudicio. Quam vacuus eſt ſtudii partium! Non minus laudat, quae laudanda veniunt, in haereticis, (liceat loqui ex mente Niceronii,)*

quam

quam in Catholicis; nec minus notat Catholicorum, quae ſibi occurrunt, vitia, quam haereticorum.

2) Io. Gerh. Meuſchenii *Vitae ſummorum virorum* To. *I. II. III. IV. Coburgi*, 1735-1741. 4.

3) *Sammlung von merkwürdigen Lebensbeſchreibungen*, mit einer Vorrede D. S. I. *Baumgartens*. Halle, 1754-1757. — *poſtea* inde a Voll. V. unter D. I. S. *Semlers* Aufſicht. ib. 1759-1770. 10 Voll. 8.

4) Io. Matthi. Schroeckh's *Abbildungen und Lebensbeſchreibungen berühmter Gelehrten. Leipz.* 1766-1769. 3 *Voll.*

5) Ebendeſſ. *Allgemeine Biographie. Berl.* 1767-1787. 8. 6 *Voll.*

6) Ant. Aug. Büſching *Beiträge zu der Lebensgeſchichte denkwürdiger Perſonen, inſonderheit gelehrter Männer. Halle*, 1783-1788. 5 *Voll.*

§. 41.

Corollarium ad recenſum collectionum miſcellanearum.

Pergratum lectoribus facturum putans Heumannus, nomina eorum, quorum vitas in XLII ſuis voluminibus expoſuerat Niceronius, ordine alphabetico diſpoſita libro ſuo inſeruit. Id inſtitutum quamuis facile perſuaſum haberemus Niceronianorum commentariorum vſum admodum adiuuare, tamen harum inſtitutionum literariarum conſilio, rationi ac modulo aptum eſſe dubitabamus. Nihilominus noſtri arbitrii non erat, id, quod muneris loco datum acceptumque videbatur, noua editione tollere. Quare hunc indicem, quamuis alieno loco poſitum, integrum relinquere maluimus, additis, quia ſimilis ratio erat, eorum etiam virorum nominibus, quorum vitae in commemoratis Baumgartenii, Schroeckhii & Büſchingii biographicis operibus continerentur.

I. Index vitarum in *Niceronii commentariis* deſcriptarum. Adiectus ſingulis nominibus numerus tomum operis ex ed. gall. indicat.

I. Abbadie, 33. *G. & R. Abbotus*, 16. *Abaelardus*, 4. & 10. *G. Abeille*, 42. *L. Abelly*, 41. *Ablancurtius*, 6. & 10. *Abarbanel*, 41. *B. Accoltus*, 38. *L. d'Acheri*, 21. *L. Achillinus*, 33. *A. Achillinus*, 36. *V. Acidalius*, 34. *Acontius*, 36. *Acoſta*, 30. *M. Adamus*, 41. *Adamſonus*, 41. *Addiſonus*, 31. *Adrichomius*, 28. *P. Aegidius*, 23. *P. Aemilius*, 40. *Aequicola*, 41. *R. Agricola*, 23. *Corn. Agrippa*, 17. & 20. *Aguirre*, 3. *Alamannus*, 13. & 20. *L. Alberti*, 26. *H. Albi*, 33. *B. Albizius*, 36. *Alciatus*, 32. *Alcyonius*, 6. *Aldrouandus*, 33. *Aleander*, 24. *Alegambe*, 34. *Alex. ab Alexandro*, 6. *N. Alexander*, 3. & 10. *Allatius*, 8. & 10. *Allix*, 34. *Alpinus*, 11. & 20. *Alſtedius*, 41. *Amaltheus*, 31. *Sixt. Amama*, 34. *R. Amaſeus*, 32. *M. d'Amato*, 36. *Amboyſii*, 33. *Ambroſius Camald*, 19. *Amelinus*, 36. *Amelot. de la Houſſaye*, 35. *D. Amelotte*, 37. *Ameſius*, 37. *Ge. Ammiratus*, 4. & 10. *Amontons*, 13. & 20. *Amyotus*, 4. *L. & D. Ancillon*, 7. *Val. Andreae*. 41. *Aneau*, 22. *D. de Angelis*, 16. *Angrianus*, 5. *Annius Viterbienſis*, 11. & 20. *Antelmus*, 5. *Petrus Apouenſis*, 26. *Aproſius*, 24. *Arcudius*, 40. *C. & I. & L. Aretinus*, 25. *Argenterius*, 28. *Argoli*, 39. *Arias Montanus*, 28. *Arn. de Villanoua*, 34. *Aſhmole*, 22. *Aſpilcueta*, 5. *Attichi*, 24. *G. & P. Aubert*, 35. *E. Aubertin*, 36. *A. Aubery*, 13. *Aubignac*, 4. & 10. *Aubigné*, 18. *Aubrey*, 4. *Aubri*, 22. *G. Audebert*, 24. *Auentinus*, 38. *B. Auerani*, 2. *Ant. Auguſtinus*, 9. *Auiler*, 41. *Auratus*, 26. *Auria*, 3. *Autels*, 30. *P. Ayrault*, 17. *B. Bachini*, 12. & 20. *R. Bacheuius*, 41. *Baillet*, 3. & 10. *Baillou*, 22. *Baldus*, 39. *Balesdens*, 21. *Baluzius*, 1. & 10. *Balzac*, 23. *L. Banck*, 41. *Barunzanus*, 3. *E. Barbarus*, 14. & 20. *Aucour*, 13. & 20. *G. & Io. Barclaius*, 17. & 20. *Baréiros*, 42. *Barlandus*, 41. *Barrelier*, 36. *Barlette*, 3. *Baronius*, 27. *Barrow*, 40. *Barros*, 12. & 20. *N. Barthelemi*. 38. *Barthius*, 7. & 10. *Caſp. & Th. Bartholinus*, 6. & 10. *E. Bartholinus*, 32. *Iac. Basnage*, 4. & 10. *Henr. Basnage*, 2. & 10. *Battaglini*, 19. *Baude-*

lot

lot de Dairval, 12. *F. Baudoin*, 28. *I. Baudoin*, 12. & 20. *Baudran*, 2. *Bauhinus*, 17. *Bayle*, 6. & 10. *Beauregard*, 31. *Begat*, 6. *L. Begerus*, 4. *Balth. Bekker*, 31. *Bellarminus*, 31. *Bellaius*, 16. & 20. *Belleau*, 31. *Belleforeſt*, 11. & 20. *Bellinus*, 5. *P. Belon*, 24. *Bembus*, 11. & 20. *R. Benoit*, 41. *Benſerade*, 14. *Bergier*, 6. & 10. *C. Bernard*, 28. *E. Bernard*, 30. *I. Bernard*, 1. & 10. *Berneggerus*, 27. *Bernierii*, 23. *Iac. Bernullius*, 2. & 10. *P. Beroaldus vterque*, 25. *M. Beroaldus*, 34. *F. Beroaldus de Verville*, 34. *Berroyer*, 42. *Bertius*, 31. *Besly*, 41. *Beſoldus*, 34. *Beſſarion*, 21. *Betuleius*, 42. *Beuerouicius*, 9. *Beuerland*, 14. & 20. *Bianchini*, 29. *Bidloo*, 7. & 10. *M. de la Bigne*, 32. *H. Bignonius*, 23. *Bigot*, 8. & 10. *Billius*, 22. & 40. *Blacvod*, 22. *Blanchard*, 1. *Blondellus*, 8. & 10. *Blondus*, 16. & 20. *H. Blount*, 23. *Boccatius*, 33. *Boeconus*, 2. & 10. *Bochartus*, 27. *Bocquillot*, 8. & 10. *Bodinus*, 17. *G. Boileau*, 24. *I. Boileau*, 12. & 20. *Nic. Boileau Deſpreaux*, 24. *G. du Bois*, 5. *E. & I. & P. & P. G. du Bois*, 16. & 20. *Boiſot*, 5. *Boisrobert*, 35. *Boiſſardus*, 18. *Boiſſatus*, 13. & 20. *Boiſſieu*, 23. *I. Boivin*, 26. *L. Boivin*, 21. *Bona*, 3. & 10. *Bonamicus*, 39. *Bonciarius*, 32. *Bonetus*, 5. & 10. *B. Bonifacius*, 16. & 20. *P. Borellus*, 36. *I. A. Borelli*, 18. *Borrichius*, 19. *Boscager*, 15. *Boscanus*, 13. *Bosquetus*, 12. *R. le Boſſu*, 6. *Boſſuetus*, 2. & 10. *M. Boſſus*, 28. *Boterus*, 24. *Bouchet*, 27. *Bouerius*, 25. *Bouhours*, 2. & 10. *Bouillus*, 39. *Bourdelin*, 7. *Bourſault*, 14. & 20. *Bourzeys*, 24. *Bouthrays*, 37. *Boxhornius*, 4. & 10. *T. Brahe*, 15. *Bracelli*, 7. *Braſſicanus*, 32. *Berewodus*, 22. *Briet*, 34. *Briſſonius*, 9. *Briſſotus*, 16. *La Broſſe*. 29. *T. Browne*, 23. *Bruckinuſius*, 18. *D. A. Brueys*, 32. *P. le Brun*. 11. & 20. *C. Brunus*, 42. *I. Brunus*, 17. *Bruyere*, 16. *Bruys*, 42. *Buckananus*, 7. & 10. *Buddeus*, 21. *Budaeus*, 8. *Bugenhagius*, 14. & 20. *G. Bullus*, 1. *Bulialdus*, 1. & 10. *Bullingerus*, 28. *Bulteau*, 11. & 20. *Buonanni*, 30. *Bourbonius vterque*, 26. *Burhil*, 22. *G. Burnetus*, 6. & 10. *Burtonus*, 18. *Busbequius*, 21. *H. Buſchius*, 25. *S. Butlerus*, 9. *Buxtorfius vterque*, 31. *Bynaeus*, 7. *Bzouius*, 27. *Caballutius*, 38. *Caietanus*, 25. *I. Caius*, 11. & 20. *Calcagninus*, 27. *Calderinus*, 30. *Calliachius*, 8. *Callimachus Experiens*, 6. *Calpreneáe*, 37. *Cam-*

Camdenus, 23. I. Camerarius, 19. Camoëns, 73. Campa-
nella, 7. & 10. I. A. Campanus, 2. & 10. Campiſtron, 23.
I. P. Camus, 36. N. Camuſatus, 30. Cangius, 8. & 10.
G. Canterus, 29. Caourſin, 15. & 20. Capaccius, 34. Ca-
pelli tres, 22. M. A. Cappellus, 23. Caramuel, 29. Car-
danus, 14. & 20. Carranza, 4. & 10. L. Carré, 14. Car-
teromachus, 22. Carteſius, 31. Caſa, 12. & 20. Caſati,
1. & 10. Caſaubonus vterque, 18. & 20. Caſeneuve, 18.
Caſſagne, 22. Caſſander, 40. Caſſini, 7. & 10. Caſtelue-
tro, 9. & 10. B. Caſtilionius, 26. I. Caſtilionius, 42. Ca-
tel, 25. Catharinus, 34. Catherinot, 30. Cauiceus, 24.
Cayetus, 35. C. Cellarius, 5. C. Celtes, 16. Ceſtoni, 15.
Champier, 32. Chandieu, 22. Chapeauville, 17. Chap-
puys, 39. Charpinus, 26. Charleton, 18. F. Charpentier,
21. P. Charron, 16. Chaſſanaeus, 5. & 10. Chaſtelet, 38.
Chaulieu, 37. Chaumont, 40. Cheke, 11. & 20. Chenu, 40.
Cheron, 14. A. du Chesne, 7. & 10. A. R. le Chevalier, 28.
Chevillier, 36. Chevreau, 11. & 10. Chifletius, 25. Chil-
lingworth, 3. Chilmead, 35. Choppinus, 34. Chorier, 36.
F. Chriſtianus, 34. A. & P. Ciaconius, 36. Ciampini, 4.
Ciccus Aſculanus, 30. Cinquarbres, 39. Ciſnerus, 22.
Claramontius, 30. I. Clarius, 34. I. Clarke, 35. Clau-
bergius, 40. I. Claudius, 4. & 10. D. Clericus, 11. & 40.
Io. Clericus, 40. Ioſſe le Clerc, 40. Cloppenburgius, 40.
Clugni, 37. C. Cluſius, 30. P. Cluverius, 21. H. Coccē-
ius, 9. I. Cocceius, 8. Codrus, 4. Coëffeteau, 3. L. le
Cointe, 4. & 10. Collange, 40. Colletus, 3. & 10. Colo-
meſius, 7. & 10. I. Colonna, 12. Combefiſius, 11. Nat.
Comes, 29. Commandinus, 6. Conringius, 19. & 20. R.
Conſtantinus, 27. Contarenus, 22. Coquille, 35. Coraſius,
13. & 20. Cordemoy, 37. E. Cordus, 37. V. Cordus, 37.
Corio, 7. & 10. Cornara Piſcopia, 19. & 20. P. Corneille,
15. & 20. T. Corneille, 23. Corradus, 19. Corrozet, 24.
G. Cortius, 35. I. Coſinus, 1. Coſtanzo, 11. & 20. H. de
Coſte, 17. Cotelerius, 4. 10. Courtils, 2. & 20. G. Cou-
ſin, 24. L. Couſin, 18. & 20. Couto, 12. Couture, 27.
Cowley, 11. Creechius, 31. Creſcimbenus, 31. Creſpet, 29.
Creyghton, 23. I. B. Criſpus, 37. Critton, 37. G. Croe-
ſius, 6. & 10. Croix du Maine, 24. M. Cruſius, 14. Cud-
worth, 36. Cuiacius, 8. & 10. Cumberland, 5. P. Cunae-
us, 6. G. Cuperus, 6. & 10. de la Chambre, 27. C. S.

Cario,

Cario, 21. *Cyrano de Bergerac*, 36. *Dacierius*, 3. *Dacieria*, 3. & 10. *Dallaeus*, 3. & 10. *A. van Dale*, 36. *Dancourt*, 16. *Danaeus*, 27. *P. Daneſius*, 19. *Dangeau*, 15. *Dargonne*, 40. *Dartis*, 3. *C. Dati*, 24. *N. Dati*, 39. *A. Dati*, 40. *Davenne*, 27. *Davenport*, 23. *Dauila*, 39. *Daumius*, 30. *I. Dec*, 1. *Delfini*, 15. *G. Deliſle*, 1. & 10. *Delrius*, 22. *Dempſterus*, 28. *Denores*, 40. *I. B. Denis*, 37. *Deſire*, 35. *Deslyons*. 11. & 20. *Desmarais*, 5. *Devaux*, 12. & 20. *A. Deuſingius*, 22. *Io. Dezius*, 2. *L. de Dieu*, 15. *Dlugoſſus*, 38. *Dodonaeus*, 34. *Dodwellus*, 1. *Dolce*, 32. *Doletus*, 21. *Donellus*, 33. *Doni*, 33. *Donne*, 8. *Doujat*, 16. *Douſa*, 18. *Drelincurtius*, 15. *Drexelius*, 22. *Druſius*, 22. *Ducaeus*, 38. *I. Duchat*, 39. *Dudithius*, 17. *Dufour*, 16. & 20. *Dufreny*, 17. *Dugdale*, 15. *Dupinius*, 2. & 10. *Dupleix*, 2. & 10. *Duretus*, 23. *Du Val*, 31. *Emmius*, 23. *S. Epiſcopius*, 3. & 10. *Eremita*, 29. *Erpenius*, 5. *I. N. Erythraeus*, 33. *Eſpencaeus*, 13. & 20. *I. Eſprit*, 15. *Eſtius*, 23. *Etoile*, 42. *Eueillon*, 14. & 20. *N. Euerardus*, 16. *N. Faber*, 7. *T. Faber*, 3. & 10. *Fabretti*, 4. *G. Fabricius*, 32. *I. A. Fabricius*, 40. *Fabrotus*, 29. *B. Facius*, 21. *Faërnus*, 23. *Faille*, 4. *Fallopius*, 4. & 10. *Fardella*, 12. *Faretus*, 23. *Faria & Souſa*, 36. *Farnabius*, 16. *Fauchet*, 25. *Fauorinus*, 22. *Favre*, 19. *Fedele*, 9. *A. Felibien*, 2. & 10. *M. Felibien*, 28. *Fellerus*, 19. *Fenelonius*, 38. *Ferdinandi*, 21. *Ferrandus*, 1. *F. B. Ferrarius*, 28. *O. Ferrarii*, 5. & 10. *Ferreti*, 5. *Ferriere*, 11. *I. Ferus*, 26. *Feuardentius*, 93. *Fevre de la Boderie*, 38. *Feuret*, 2. & 10. *M. Ficinus*, 5. & 10. *Fienus*, 2. & 10. *Filicaia*, 1. *Finaeus*, 38. *Firenzuola*, 38. *Flacius*, 24. *Flechier*, 1. & 10. *C. Fleury*, 8. & 10. *F. Florentinus*, 35. *Folengus*, 8. & 10. *Folieta*, 21. *I. de la Fontaine*, 18. *Forbeſii*, 42. *Foreſta*, 17. & 20. *Fornerius*, 33. *Foſcarini*, 12. *A. de la Foſſe*, 35. *P. du Foſſé*, 41. *Fracaſtorius*, 17. *Fraguier*, 18. *P. Francius*, 12. & 20. *A. H. Franckius*, 14. *Freherus*, 21. *Freindius*, 35. *C. A. du Fresnoy*, 14. *I. C. Frey*, 39. *Frezzi*, 7. & 10. *Friſchlinus*, 19. *I. Fronto*, 21. *Froſſardus*, 42. *Fruterius*, 39. *I. Fuchſius*, 18. *Fulgoſus*, 9. & 10. *Fumanus*, 12. *Fuſi*, 34. *Gacon*, 38. *A. Galateus*, 11. *Gallandus*, 6. & 10. *Gallois*, 8. & 10. *Galluzzi*, 35. *Garaſſius*, 31. *R. & I. Garnerius*, 21. & 40. *Garzonius*, 36.

Gata-

Gatakerus, 8. *Gaudentius*, 26. *Gauricus*, 30. *Gaza*, 29.
Gazola, 9. *Gelida*, 22. *I. B. Gellius*, 18. *Genebrardus*, 22.
Genet, 15. & 20. *A. & S. Gentilis*, 15. & 20. *Gerbais*, 14. &
20. *Gerlachius*, 26. *C. Gesnerus*, 17. *I. Gesnerus*, 40. *Geſſet*,
41. *Gevartius*, 38. *Ghilini*, 39. *I. P. Gibertus*, 40. *Gior-
dani*, 8. *I. B. & L. G. Giraldus*, 29. *Girauld*, 26. *Givre*,
29. *R. Glaber*, 28. *Glandorpius*, 38. *Goar*, 19. *Godeau*,
18. & 20. *D. & I. T. Gothofredus*, 17. & 20. *Godowi-
nus*, 22. *Goes*, 26. *G. H. Goetzius*, 23. *Goldaſtus*, 29.
Goltzius, 34. *Gombauld*, 34. *Gomberville*, 38. *Gorris*, 32.
M. de Gournay, 16. *R. de Graaf*, 34. *Grabius*, 35. *Grae-
uius*, 2. & 10. *I. le Grand*, 26. *Grangier*, 37. *Grataro-
lus*, 31. *Grauina*, 29. *Grauius*, 8. *Gretſerus*, 28. *Greui-
nus*, 26. *Gribaldus*, 41. *Grimaudet*, 41. *Gringore*, 34.
I. F. Gronouius, 2 & 10. *Grotius* 19. & 20. *Grudius*,
16. & 20. *Grugetus*, 41. *Gruterus*, 9. & 10. *I. I. Gry-
naeus*, 37. *C. Gryphius*, 2. & 10. *Guadagnolus*, 7. *Gual-
dus*, 34. *B. Guarinus*, 25. *G. Guarinus*, 29. *Gudius*, 26.
Gueretus, 36. *F. & L. Guicciardinus*, 17. & 20. *Guiche-
non*, 31. *Guidi*, 27. *Guidiccione*, 12. *Guilandinus*, 13.
Guilielmus Brito, 28. *Guil. de Nangis*, 28. *Guilielmi*, 1.
& 10. *Guillebaud*, 19. *Guinterius*, 12. & 20. *Guiar-
dus*, 29. *Gundlingius*, 21. *N. Gurtlerus*, 41. *Guſſetius*, 2.
& 10. *Guyard*, 38. *Habartus*, 33. *Girardus de Hail-
lan*, 14. *I. Haleſius*, 21. *P. Hallé*, 3. & 10. *Hamelius*, 1.
& 10. *Hanckius*, 38. *Hartſoekerus*, 8. & 10. *Haſenmulle-
rus*, 42. *Hearnius*, 41. *Hecquet*, 41. *Heideggerus*, 17.
Hemmerlinus, 28. *Henrion*, 12. *Herbelot*, 4. *E. Herber-
tus*, 18. *Herberay*, 39. *Herbinius*, 25. *Heresbachius*, 37.
Hermantius, 3. *Heruetus*, 17. & 20. *I. Heſſelius*, 34.
Eob. Heſſus, 21. *Heurnius*, 37. *Heylinus*, 1. & 10. *P.
de la Hire*, 5. & 10. *Hobbeſius*, 4. *Hoeſchelius*, 28. *M. &
I. M. Hoffmannus*, 16. *Holſtenius*, 31. *G. Hombergius*, 14.
Hoornbeckius, 33. *M. de l'Hôpital*, 31. *Hoſpinianus*, 38.
Hottomannus, 11. & 20. *Hottingerus*, 8. *Howel*, 39. *Ho-
zier*, 32. *Hudſonus*, 5. *Huetius*, 1. & 10. *Humphrey*, 22.
Hugenius, 19. *Huttenus*, 15. & 20. *Hylaret*, 18. *L. Ia-
cob*, 40. *Iacobaeus*, 1. & 10. *Iameſius*, 19. *Ianiçon*, 18.
Iaquelot, 6. *Inchoferus*, 35. *Inueges*, 11. *I. Iocun-
dus*, 30. *Iodelle*, 28. *Ioly*, 9. & 10. *Ionſtonus*, 41.
L. Joubert, 35. *Iouius*, 25. *Ittigius*, 29. *Iunctinus*, 41.
Adr.

Adr. Iunius, 7. *F. Iunius vterque*, 16. *B. & F. Iuſtiniani*, 7. & 38. *Kepplerus*, 38. *Kircherus*, 27. *Kirchmannus*, 41. *P. & G. Kirſtenius*, 41. *Kaempferus*, 19. *G. M. Koenig*, 12. *Kortholtus*, 31. *Alb. Kranzius*, 38. *I. Kuhnius*, 4. & 10. *L. Kuſterus*, 1. & 10. *Labadie*, 18 & 20. *Labbeus*, 25. *Labé*, 23. *Laboureur*, 14. *I. de Laët*, 38. *Lalli*, 33. *Lallouette*, 39. *Lambecius*. 30. *F. Lambertus*, 39. *I. Lambert*, 42. *B. Lamy*, 6. & 10. *F. Lamy*, 3. & 10. *C. Lancelot*, 35. *Lancifius*, 12. *Languetus*, 3. *Corn. a Lapide*, 41. *Larrey*, 1. & 10. *Larroquanus*, 21. *La-Sena*, 15. *Lat. Latinius*, 4. *B. & I. Latomus*, 42. *Laval*, 37. *Lavaur*, 37. *F. de Launay*, 15. *Launoius*, 32. *Lauriere*, 37. *I. B. Lauro*, 26. *Lazius*, 31. *Lectius*, 30. *Leibnitius*, 2. & 10. *Lelandus*, 28. *Lemery*, 4. & 10. *Lenfant*, 9. & 10. *Leſchaſſier*, 33. *G. Leti*. 2. & 10. *Leunclauius*, 26. *Leusdenius*. 29. *Liberge*, 40. *Licetus*, 27. *Lightfootus*, 6. *Limborchius*, 11. *Linacer*, 4. & 10. *I. A. van der Linden*, 3. *Lippenius*, 19. *Lipſius*, 24. *Litteleton*, 22. *Livius*, 5. *Lloyd*, 23. *Lockius*, 1. & 10. *Loiſel*, 32. *I. le Long*, 1. & 10. *Longomontanus*, 18. *C. & G. Longolius*, 17. & 20. *C. Loos*, 38. *P. & I. P. Lotichius*, 26. *Loubere*, 26. *Loyer*, 26. *Lubinus*, 31. *I. Ludolfus*, 3. & 10. *C. Lupus*, 7. & 10. *Luſcinius*, 32. *Lycoſthenes*, 3. *Lydiat*, 15. *Io. Lyſerus*, 39. *Mabillonius*. 7. & 10. *F. Macedo*. 31. *Mackenſie*, 25. *Madelenet*, 25. *I. P. Maffeus*, 5. *Magalotti*, 3. & 10. *I. Maggi*, 18. *Hier. Magius*, 41. *Magin*, 26. *Magliabechius*, 4. & 10. *I. & O. Magnus*, 35. *Magri*, 41. *Maignan*, 31. *Maillard*, 28. *Iaſon Mainus*, 40. *Maioli*, 28. *Maioragius*, 41. *Mairet*, 25. *I. H. Maius*, 29. *Maldonatus*, 23. *Malebranche*, 2. & 10. *Malherbe*, 7. *Malingre*, 34. *Mallinkrot*, 33. *Malpighius*, 4. & 10. *Maluezzi*, 41. *Mancinellus*, 38. *I. de Mandeuille*, 25. *Manetti*, 36 *B. Mantuanus*, 27. *Maraccius*, 41. *P. de Marca*, 12. *Marcaſſus*, 31. *C. Marcel*, 35. *Marcheti*, 6. *Marcilius*, 27. *Marconville*, 35. *S. Mareſius*, 28. *R. Mareſius*, 35. *I. des Mareſts de Sorlin*, 35. *I. B. Marino*. 32. *M. de Marolles*, 32. *C. & I. Marotus*, 16. & 20. *Marshamus*, 22. *L. F. Marſigli*, 26. *Marſolier*, 7. & 10. *Martianaeus*, 1. *D. Martin*, 21. *I. Martin*, 42. *M. Martinus*, 36. *P. Martyr Anglerienſis & P. Martyr Vermilius*, 23. *Marullus*, 39. *Maſcardi*, 27.

Maſc-

Maſcaron, 2. & 10. *Maſſieu*, 12. & 20. *R. Maſſonus*, 5.
P. Matthieu, 26. *Maucroix*, 30. *Maurolycus*, 37. *H.
Meibomius*, 18. *Menagius*, 1. & 10. *Meigret*, 41. *N.
H. Menard*, 22. *O. & I. B. Menckenius*, 31. *Meneſtrier*, 1.
Menot, 24. *Merbes*, 30. *M. Mercati*, 38. *Mercklinus*, 13.
Mercurialis, 26. *Merillius*, 37. *Merſennus*, 33. *G. Mercula*, 7. & 10. *P. Merula*, 26. *Mery*, 9. *Meſchinot*, 36.
Meſnardiere, 19. *Meurſius*, 12. & 20. *I. Meyer*, 39. *P.
Meyer*, 41. *Mezeraeus*, 5. & 10. *Meziriac*, 6. *I. Michel*,
37. *Michel de la Rochemaillet*, 39. *Mignault*, 14. *T.
Milleterius*, 41. *Milton*, 2. & 10. *Miraeus*, 7. *Mizauld*,
40. *I. Molanus*, 27. *Moliere*, 29. *C. Molinaeus*, 33. *D.
G. Mollerus*, 12. *Monantheuil*, 15. *P. Monet*, 34. *Monnin*, 31. *Montagne*, 16. *O. Montalbanus*, 37. *Montchretien*, 32. *Montreux*, 39. *O. F. Morata*, 15. *R. Moreau*,
34. *A. Morel*, 34. *I. Morell*, 36. *Morery*, 27. *Morhoſius*, 2. & 10. *Morgues*, 35. *S. Morinus*, 12. *Io. Morinus*, 9. & 10. *I. B. Morinus*, 3. *L. Morinus*, 12. *P. Morinus*, 25. *S. Morinus*, 27. *Moriſon*, 18. *Moroſini*, 12.
T. Morus, 23. *Motteuille*, 7. *Mouffet*, 24. *S. le Moyne*,
13. *S. de Muis*, 34. *Muntingius*, 38. *Muretus*, 27. *Murmelius*, 34. *Muſitanus*, 39. *P. le Nain*, 2. & 10. *Nancel*,
39. *B. Nani*, 11. *R. Nanni*, 34. *P. Nannius*, 37. *Navagerus*, 13. & 20. *G. Naudaeus*, 9. & 10. *P. Naudaeus*,
41. *M. Neander*, vterque, 30. *A. Nebriſſenſis*, 33. *Neuiſanus*, 24. *Newtonus*, 22. *I. F. Niceron*, 7. & 10. *I. P.
Niceron*, 40. *Nigriſoli*, 40. *I. Nicolai*, 14. *P. Nicole*, 29.
Nieuwentyt, 13. & 20. *A. Niphus*, 18. *L. Nogarola*, 12.
& 20. *Nouarinus*, 40. *Noodtius*, 16. *H. Noriſius*, 3. & 10.
N. Nurrius, 1. & 10. *V. Obrechtus*, 34. *B. Ochinus*, 19.
I. Oiſelius, 42. *G. Olearius*, 40. *Oporinus*, 27. *Opſopoeus*, 37. *I. I. Orſi*, 35. *Oſorius*, 11. & 20. *A. Oſſatus*,
34. *C. Oudinus*, 1. & 10. *Oudinet*, 9. & 10. *P. Ouzeel*, 4.
Owenus, 16. & 20. *Ozanam*, 6. & 20. *P. Paaw*, 12.
Pacius, 39. *A. Pagi*, 1. & 10. *F. Pagi*, 7. *Palearius*, 16.
I. Palmerius, 8. & 10. *M. Palmerius*, 11. & 20. *Pancirolus*, 9. & 10. *A. Panormita*, 9. *Panuinius*, 16. & 20. *G.
Pape*. 36. *Papebrochius*, 2. & 10. *Papinus*, 3. & 10.
Paradini, 33. *Pardies*, 1. & 10. *Parent*, 11. *Paruta*, 11.
C. Paſchalius, 17. *G. Paſchius*, 7. *Paſſeratius*, 2. & 10.
C. Patinus, 2. & 10. *Patrix*, 24. *A. & F. Patrizi*, 7. & 36.
Pa-

Patru, 6. *Pauillon*, 23. *S. Pauli*, 3. & 10. *Pearſonus*, 39. *Peletier*, 21. *C. Pellicanus*, 29. *P. Pelliſon*, 2. & 10. *B. du Periers*, 34. *Perinskiold*, 1. *Perionius*, 36. *Perizonius*, 1. & 10. *N. Perottus*, 9. *Cl.* & *Ch. Perrault*, 33. *C.* & *G. Perſona*, 15. & 20. *Petauius*, 37. *P. Petitus*, 11. 20. & 42. *Petrarcha*, 28. *S. Petri*, 30. *Th. Petreius*, 40. *C. Peucerus*, 26. *Peutingerus*, 13. & 20. *Peyrerius*, 12. & 20. *Pexronius*, 1. *F. Philelphus*, 6. 10. & 42. *Pibracius*, 34. *I.* & *I. F. Picus*, 34. *A.* & *F.* & *I. Piccolomini*, 23. & 15. *Picinellus*, 39. *Picot*, 34. *B. Pictetus*, 1. & 10. *A. Pighius*, 36. *L. Pignorius*, 21. *Pilarinus*, 15. *R. de Piles*, 12. *G.* & *S. Pineau*, 14. & 18. *Piuſſon*, 22. *Pirckheimerus*, 18. *P. Pithoeus*, 5. *Pitſeus*, 15. *Placcius*, 1. *Placette*, 2. *Platina*, 8. & 10. *Plinius Secundus*, 7. *Plumier*, 33. *Poccian-tius*, 18. *Pocockius*, 21. *Pocquet de Livonniere*, 17. *Poggius*, 9. & 10. *Poiretus*, 4. & 10. *M. Polus*, 24. *Mart. Polonus*, 14. *Pomponatius*, 25. *Pomp. Laetus*, 7. & 10. *Pona*, 41. *Pontacus*, 22. *I. Iov. Pontanus*, 8. & 10. *I. Iſ. Pontanus*, 19. *Ponticus Virunius*, 8. & 10. *Pontoux*, 34. *Popeliniere*, 39. *Portacchi*, 34. *P. Portaeus*, 25. *Poſſeuinus*, 22. *Poſtellus*, 8. & 10. *Poupart*, 11. *Pozzo*, 17. *Prévôt*, 39. *Priezac*, 33. *Pricaeus*, 23. *Priolus*, 39. *Puccinellus*, 37. *Puſendorfius*, 18. *E. Puteanus*, 17. *Quattromani*, 11. *Quental*, 42. *Quetifius*, 24. *Quien de la Neufuille*, 38. *Quilletus*, 28. *Quinault*, 33. *Quintianus Stoa*, 27. *Quenſtedius*, 32. *Rabelaeſus*, 32. *Rabuſſon*, 1. *Racan*, 24. *Racine*, 18. & 20. *Ramazzini*, 6. *Ramus*, 13. & 20. *Ramuſius*, 35. *Raphelingius*, 33. & 36. *N.* & *R. Rapin*, 25. & 32. *Rapin de Thoiras*, 1. *Raſſicod*, 8. *Raulinus*, 11. *Ray*, 41. *T. Raynaldus*, 26. *Saint-Real*, 2. & 10. *F. Redi*, 3. & 10. *Regiomontanus*, 38. *P. Regis*, 7. *P. S. Regis*, 6. *M. Regnier*, 11. & 20. *Reineſius*, *A. Renaldus*, 1. & 10. *Regnard*, 21. *Renaudotus*, 12. & 20. *P. Reſenius*, 36. *Reuchlinus*, 25. *Reves*, 30. *N. Reusnerus*, 28. *Q. Reuterus*, 24. *B. Rhenanus*, 38. *Rhenferdus*, 1. & 10. *I. Rhodius*, 38. *I. Rhodomannus*, 42. *Rhoe*, 25. *Ribeira*, 42. *Riccobanus*, 82. *E. Richerius*, 27. *Riedlinus*, 16. *Rigaltius*, 21. *Rinuccini*, 30. *C. Rittershuſius*, 32. *Rinault*, 37. *A. Rininus*, 33. *Robortellus*, 42. *A. Rocca*, 21. *Rondeletius*, 33. *G. A. de la Roque*, 21. *I. Roſinus*, 32. *I. V. Roſſi*, 33. *Roſſoti*, 25.

Rot-

Rotgans, 2. *Rotrou*, 16. & 20. *Rouillard*, 27. *Rouxel*, 24. *L. le Roy*, 29. *I. le Roy*, 37. *Rucellai*, 23. *Rudbeckius*, 31. *L. A. de Ruffy*, 1. *Ruinartus*, 2. *Rutgerſius*, 32. *F. Ruyſchius*, 33. *P. du Ryer*, 22. *Sabellicus*, 12. & 20. *G. Sabinus*, 26. *I. P. Saccus*, 13. *Sachs - Lewenheim*, 2. *Sadoletus*, 28. *C. Sagittarius*, 4. *Saguntinus*, 21. *Saint-Amand*, 14. *Saint - Evremond*, 7. *Saint - Gelais*, 5. & 10. *Saint - Iulien*, 27. *A. & A. L. & C. H. & C. & P. S. & S. & D. de Sainte - Marthe*, 8. & 10. *& S. Salel*, 36. *Sallengre*, 1. & 10. *D. de Sallo*, 9. & 10. *Salmonius Macrinus*, 31. *Sammarthanus. Vid. Sainte - Marthe. F. Sandei*, 41. *H. & N. Sanderus*, 15. *Sannazarius*, 8. & 10. *N. Sanſon*, 13. & 20. *Sanſouinus*, 22. *Saraſin*, 6 & 10. *Sarnelli*. 42. *A. du Sauſſay*, 40. *C. Sauſſaye*, 39. *Sauaron*, 17. *Sauary*, 9. & 10. & 36. *Sauilius*, 16. *Sauotius*, 35 *Sauveur*, 4. & 10. *Sbaraglia*, 14. *F. Scacchi*, 21. *B. Scala*, 9. *Scaligeri*, 23. *C. Schaaf*, 39. *Schefferus*, 39. *Schelhammerus*, 33. *Schelſtrate*, 21. *I. T. Schenckius*, 22. *Schilterus*, 11. *I. A. Schmidius*, 9. *S. Schmidius*, 1. *Schoockius*, 12. & 20. *A. Schottus*, 26. *Schurmannia*, 33. *Schurzfleiſch*, 1. & 10. *Scioppius*, 35. *Marianus Scotus*, 15. *I. Clemens Scotti*, 39. *C. Scriuerius*, 40. *G. & W. de Scudery*, 15. *Seckendorfius*, 29. *I. Secundus*, 16. & 20. *A. Sedulius*, 34. *Segnery*, 1. *Segrais*, 16. & 20. *Seldenus*, 5. *D. & A. Sennertus*, 14. & 33. *Sepulueda*, 23. *I. de Serres*, 4. & 10. *Serroni*, 2. *Seruetus*, 11. *Seyſſelius*, 24. *Sherley*, 23. *Sidney*, 15. *Simlerus*, 28. *I. F. Simon*, 12. *R. Simon*, 1. & 10. *Sirmondus*, 17. & 20. *Sixtus Senenſis*, 40. *Sleidanus*, 39. *A. de Solis*, 9. & 10. *Sommier*, 41. *Sorberius*, 4. & 10. *Sorel*, 31. *E. Spanhemius*, 2. *F. Spanhemius vterque*, 29. *Speronus*, 39. *Spinoza*, 13. & 20. *Spizelius*, 35. *C. Sponius*, 2. *H. Spondanus*, 11. & 20. *Stanihurſt*, 18. *Stapletonus*, 39. *R. & H. & C. Stephanus*, 36. *Steuhus*, 36. *Quintianus Stoa*, 27. *Sturmius*, 29. *L. M. Suareſius*, 22. *Surius*, 28. *Suſannaeus*, 38. *Swertius*, 27. *Sydenhamius*, 16. & 20. *I. Syluius*, 29. *Tabouet*, 38. *Tacitus*, 6. *Tagliacarne*, 33. *Tahureau*, 34. *Taille*, 33. *Taisnier*, 39. *Tallemant*, 22. *Tanſillo*, 18. *T. Taſſus*, 25. *Taubmannus*, 16. & 20. *A. Teiſſier*, 5. *B. Teleſius*, 30. *Temple*, 13. *Tenzelius*, 30. *Texeira*, 5. *Theuet*, 23. *Thiers*, 4. & 10. *Thiardus*, 21.

The-

Io. Ant. Strubbengii *Index Theologorum Euangelico-Lutheranorum chronologicus, a tempore reformationis ad noſtra vsque tempora. Lemg.* 1727. 8.

Conf. *Bibl. H. E. Struu. Iugl. II. p.* 1256-1308. Scriptores omnes de ſcriptoribus eccleſiaſticis recenſet *Fabricius* in Praef. L. V. *Bibliothecae Graecae*.

Iureconſultorum.

Les Vies des plus célèbres Iurisconſultes de toutes les Nations, tant anciens que modernes. Tirées des meilleurs auteurs & miſes en leur jour par ordre Alphabetique par Mr. Taiſand. *Ed.* 2. *augmentée d'un tiers. à Paris*, 1737. 4.

Iani Vinc. Grauinae *de ortu & progreſſu Iuris ciu.* (ed. Godofr. *Maſcouii*) *Lipſ.* 1737. 4. Sed conſuli etiam

poteſt

poteſt *Chr. Godofr. Hofmanni* Hiſt. Iuris Romano-Iuſtinianei. *Lipſ.* 1726. 4. 2 *Voll.*

Guid. Pancirolus *de claris LL. interpretibus Commentar.* (ed. Chr. God. *Hofmanni.*) *Lipſ.* 1721. 4.

Vitae tripartitae ICtorum veterum a Bern. Rutilio, Io. Bertrando & Guil. Grotio *conſcriptae. Ed.* Io. Chph. Frankii. *Halae*, 1718. 4.

Si recentioris aevi ICtorum vitas inſpicere velis, ſubſidio erunt ſequentes libri:

Io. Iac. Moſer's *Lexikon der jetztlebenden Rechtsgelehrten um und in Deutſchland. Züllichau*, 1738. 8.

Chph. Weidlich's *Lexikon aller jetztlebenden Rechtsgelehrten. Halle*, 1766. 8.

Gottl. Aug. Jenichen *Unparth. Nachrichten von dem Leben und den Schriften der jetztlebenden Rechtsgelehrten in Deutſchland. Leipz.* 1739. 8.

Halliſche Beiträge zu der Juriſtiſchen Gelehrten-Hiſtorie, (von Dan. *Nettelblatt.*) *Halle,* 1755 - 1762. 8. 3 *Voll.*

Chph. Weidlich's *Geſchichte der jetztlebenden Rechtslehrer in Deutſchland und zum Theil außer demſelben. Merſeb.* 1748. ff. 8. item Ebend. *Zuverläſſige Nachrichten cet. Halle,* 1757 - 1765. 8. 6 *Voll.* Ebend. *Biographiſche Nachrichten von den jetztlebenden Rechtsgelehrten in Deutſchl. B. I. Halle,* 1781 - *B. IV. ib.* 1785. 8.

Io. Fr. Jugler's *Beiträge zur Juriſtiſchen Biographie cet. B. I. Leipz.* 1773. - *B. VI. ib.* 1780. 8. 6 *Voll.*

Conf. *Bibl. H. L. Str. Jugl.* III. *p.* 1308 - 1320.

Medicorum.

Io. Antonides van der Linden *de Scriptis Medicis Libri II. Amſtel.* 1637. 8. — Plenior & perfectior editio titulum habet: *Lindenius renovatus* op. Ge. Abr. *Merklini.* Norimb. 1686. 4. — Id opus ſecutus eſt Io. Iac. *Mangetus* in *Bibliotheca Scriptorum Medicorum. Genev.* 1731. *f.* 2 *Tomis*; ſed promiſcue congerendo amplum potius ac diffuſum, quam plenum & elaboratum opus exhibuit.

Medi-

Mediciniſches Gelehrten-Lexicon von D. Chr. Wilh. Keſtner. *Iena*, 1740. 4.

Dictionnaire hiſtorique de la Médécine ancienne & moderne, ou Mémoires diſpoſés en ordre Alphabetique pour ſervir à l'hiſtoire de cette ſcience & à celle des Médécins, Anatomiſtes, Botaniques cet. Par N. F. I. Eloy. *à Mons*, 1784. 4. 4 *Voll.*

Hiſtoire de la Médécine, où l'on voit l'origine & les progrès de cet art, les ſectes, les noms des Médécins cet. Par Dan. le Clerc. *Nouv Ed. Amſterd.* 1723. 4.

Hiſtoria Medicinae a Galeni tempore vsque ad initium ſaeculi decimi ſexti Io. Freind *auctore.* Ex Angl. latine vertit *Io. Wigan.* Lugd. Bat. 1734. 8. Ineſt etiam eius operibus.

Conſpectus hiſtoriae Medicorum chronologicus, confectus a Ge. Matthiae. *Gottingae*, 1761. 8.

I. C. W. Möhſen *Verzeichniſs einer Sammlung von Bildniſſen gröſtentheils berühmter Aerzte. Berl.* 1771. 4. Ebendeſſ. *Beſchreibung einer Berliniſchen Medaillen-Sammlung, die vorzüglich aus Gedächtniß-Münzen berühmter Aerzte beſtehet. Mit vielen Kupfern.* Berlin und Leipz. 1773. 4.

Fr. Börner's *Nachrichten von den vornehmſten Lebensumſtänden und Schriften jetztlebender berühmter Aerzte und Naturforſcher. Wolfenb.* 1749-1764. 8. 3 *Voll.* Deinde inchoata eſt continuatio: Börners *Nachrichten cet. ergänzt von* C. G. Baldinger. *Braunſchw.* 1773. 8.

Conf. *Bibl. H. L. Str. Iugl. II.* p. 1320-1330.

Philoſophorum.

Hanc partem hiſtoriae literariae nec veteres neglexerunt. Fuerunt & qui vitas philoſophorum collectas ederent vt *Philoſtratus, Diogenes Laertius, Eunapius, Heſychius Mileſius*, & qui ſingulorum ſingulas ſcriberent. Sed hos, inter claſſicos veterum ſcriptores recenſendos, nunc quidem praetereamus. De reliquis commemorandi ii, qui notitiarum fide ac copia praeſtant vel fama ſunt celebriores:

Io. Ionſii, Holſati, *de Scriptoribus hiſtoriae philoſophorum Libri IV. Francof.* 1659. 4. — Deinde denuo re-

recogniti atque ad praeſentem aetatem vsque perducti cura *Io. Chph. Dornii. Ienae*, 1716. 4.

Tho. Stanleii *Hiſtoria Philoſophiae, primum Anglice edita. Lond.* 1655. 1687. 1701. *f.* Deinde *in lat. ling. verſa & aucta* op. *Godofr. Olearii. Lipſ.* 1711. 4.

Iac. Bruckeri *tria eiusdem argumenti* ſed diuerſae methodi & amplitudinis *opera:* 1) *Kurze Fragen aus der Philoſophiſchen Hiſtorie. Vlm*, 1731 *ſqq.* 8. 8 *Voll.* 2) *Hiſtoria critica philoſophiae. Lipſ.* 1742 - 1767. 4. 7 *Voll.* 3) *Inſtructiones hiſtoriae philoſophicae. Ed.* 2. *Lipſ.* 1756. 8.

Hiſtoire des Philoſophes anciens par Mr. Saverien. *à Paris*, 1771. 8. 5 *Voll.* — *Hiſtoire des Philoſophes modernes avec leurs Portraits. ib.* 1772. 8. 8 *Voll.*

Conf. *Bibl. H. L. Str. Iugl. II. p.* 1330 - 1343.

Hiſtoricorum, Philologorum.

Ger. Io. Voſſii *de Hiſtoricis Graecis Libri IV. L. B.* 1624. 4. — Eiusd. *de Hiſtoricis Lat. Libri III. ib.* 1627. 4. Vtrumque opus recuſum *ib.* 1651. & *Francof.* 1677. 4.; ſed multo elegantius *Amſtel.* 1697. *f.* quae quidem editio Operum Voſſianorum, *Amſtel.* 1701. VI Tomis typis exſcriptorum, pars eſt. His ipſis Voſſii de Hiſtoricis Gr. & Lat. commentariis illuſtrandis & ſupplendis inſeruiunt 1) Bern. a Mallincrott *Paralipomena. Colon.* 1656. 4. 2) Io. Halleruordii *Spicilegium ad Hiſt. Lat. Ien.* 1670. 8. 3) Chph. Sandii *Notae & Animadu. in Voll. Amſtel.* 1677. 12. quae tria *Supplementa ad Gerb. Io. Voſſium* vno volumine coniuncta edidit *Io. Alb. Fabricius, Hamb.* 1709. 8. 4) *Diſſertazioni Voſſiane di* Apoſtolo Zeno. To. I. II. Venet. 1752. 1753. 4.

Mart. Hankii *de Romanarum rerum Scriptoribus Liber I. Lipſ.* 1669. - *II. ib.* 1675. iterum *ib.* 1688. 4. Eiusd. *de Byzantinar. rer. Scriptoribus Lib. Lipſ.* 1677. 4.

Bibliotheque vniuerſelle des Hiſtoriens, contenant leurs vies cet. Par L. Ellies Du Pin. *Amſt.* 1708. 4. Si, quae deſtinauerat, auctor perfeciſſet, ampliſſimo opere omnium temporum populorumque hiſtoricos recenſuiſſet; ſed pro-

eorum magna eſt copia. Lexica biographica extant plura, vt *l'Abecedario pittorico dall'* Pellegrino Ant. Orlandi. *Bologna*, 1719. *Venez.* 1753. 4. *Dictionaire des Artiſtes par* de Fontenai. *à Par.* 1776. 8. (Heinecke) *Dictionaire des Artiſtes dont nous avons des eſtampes. To. I-IV. Leipz.* 1778-1790. 8. *A biographical Dictionary of all the Engravers* by I. Strutt. *Lond.* 1785. 1786. 4. 2 *Voll.* Sed vſu & auctoritate reliquos antecellit: Io. Rud. Fueſsli *Allgemeines Künſtler-Lexicon. Zürich*, 1763. *Suppl. I.* 1767. *II.* 1771. *III.* 1774. 4. Ed. noua *ib.* 1779. *f.* Antiquorum artificum deſcriptionem accurate collectam propoſuit *Franc.* Iunius in *Libr. de pictura veterum. Amſt.* 1637. 4. *Rotterd.* 1694. *f.* germ. verſ. *Vratisl.* 1770. 8. Alios libros, quibus artificum vitae & opera copioſius reperiantur deſcripta, breuitatis cauſſa ſolis auctorum nominibus denotemus. Quo pertinent Ge. *Vaſari*, Io. Pet. *Bellorius*, Andr. *Felibienius*, Car. *Dati*, Phil. *Baldinuccius*, Roger de *Piles*, Rich. *Graham*, L. *Paſcoli*, Ant. Fr. *Harms*, Ant. Ioſeph Dezalier *d'Argenville*, Ge. Bapt. *Paſſerius*. Addamus: *Serie degli uomini illuſtri nella pittura, ſcultura* cet. *Firenſe*, 1799-1775. 4. 12 *Voll.* acc. Suppl. Multos alios, qui ſecundum ſingulas nationes pictores celebres recenſuere, vt Belgarum, Hiſpanorum, Heluetiorum cet. de induſtria omittimus. Nonnulli horum librorum in linguam germanicam translati. Sed Germani ipſi hanc partem hiſtoriae literariae illuſtrarunt, vt Sam. *Sandrart* praeſertim. Tomo IVto *der Mahler-Academie*; *Ge. Wolfg. Knorr* in *Allgemeiner Künſtler-hiſtorie*, *Nürnb.* 1759. 4.; *Io. Ge. Meuſel* in *Muſeum für Künſtler und Kunſtſachen*, St. I-IX. Plerorumque librorum & plurium adeo, quam quos commemorauimus, titulos accurate exhibuit *Iugler* in *Bibl. H. L.* To. II. p. 1362-1373. & C. Th. *de Murr* in *Bibliotheque de peinture, de ſculpture & de grauure* (1770. 2 Voll. 8.) To. I. p. 25 ſqq. Adde Chr. Fr. Prangens *Entwurf einer Akademie der bildenden Künſte.* (Halle, 1778. 8.) *Band II. Abſchn. XII. Cap.* 4. *p.* 288-297. in quo libro artificum ipſorum recenſus accuratos reperies.

§. 44.

§. 44.
III. *Subſidia biographica ſingularia.*

Vſus & annotandi modus.

Singulorum virorum doctorum multae extant vitae ſingulares ſiue ſolitariae, quas Monographias appellaremus, ſi nomine opus eſſet. Exempla multa laudata ſupra §. 36. Harum rationem habere, ſiue ſeparatim fuerint editae, ſiue alius generis libris adiectae, tanto magis opus eſt, quanto ipſae minus, quam opera grandiora, diuulgari ſolent, quantoque ſaepius vſu venit, iis ſcitu digna nec alias obuia contineri. Vt autem annotandi & colligendi induſtria habeat, quo adiuuetur, fundi loco adhibere iuuabit *Catalogi Bibliothecae Bunauianae Tomi primi volumen ſecundum*, p. 1003-1714. vel H. W. Lawaetz *Handbuch für Bücherfreunde* Th. I. B. 4. quae pars etiam ſeparatim edita eſt ſub titulo: *Verzeichniſs einzelner Lebensbeſchreibungen*, Halle, 1789. 1790. 8. Hi libri *repertorii biographici* vices ſubſtinebunt, tua diligentia in vſus tuos facile augmentandi.

Sectio III.

OBSERVATA SINGVLARIA
DE VIRORVM DOCTORVM INGENIIS, DIGNITATE ET MERITIS, STVDIIS, MORIBVS AC FORTVNIS DIVERSIS, ALIISQVE EORVM DISCRIMINIBVS.

§. 45.

Huius generis obſeruatorum vſus & abuſus.

Si ad doctorum virorum vitam, ſtudia, merita, fortunas, animum aduertamus, facile eſt,

maximam in iis varietatem obſeruare. Hanc perluſtrare eiusque cauſſas indagare, & in literas vim inquirere, nec iniucundum, nec inutile poteſt videri; nihilominus qui his rebus obſeruandis operam dederunt, plerumque nugas egere & in varii generis vitia delapſi ſunt. Obſeruationis ſumma vtilitas cognoſci poteſt ex his: 1) quum hominis maximum ſtudium ſit homo ipſe, & generis humani varietatem in diuerſis aliis vitae generibus, ſub diuerſo coelo, in diuerſis rerum publicarum formis obuiam animaduertere, multum & ad pſychologiam & ad artem politicam & ad paedagogicam rationem valeat, quidni operae in primis pretium ſit inquirere, quam literae vim habeant in hominum indolem vel excolendam vel corrumpendam, quamque rurſus vim hominum conditio externa diuerſaque indoles in literarum ſtudia? Neque vero 2) obſeruandi multa eaque haud leuia, opportunitas deeſſe poteſt in republica literaria, cuius ciues, ex omnis conditionis hominibus collecti, natalibus, educandi modo, animi, corporis, coeli indole ac temperie, aetatum, populorum linguarumque genio ac proprietatibus; moribus denique multisque aliis modis admodum differunt. At multo magis rei grauitatem cognoſcemus, ſi inſuper 3) reputemus, hominum, qui literarum ſtudiis cenſeantur vulgoque literati appellentur, maximum eſſe momentum & ad artes ac diſciplinas, quae ipſorum ingenio operaque colantur, tradantur, diuulgentur, & ad rempublicam, cuius literae ſint fulcra, cuiusque adminiſtrandae muneribus viri docti ſoleant admoueri.

Iam ſi quaeramus, qui factum, vt rerum abſurdarum & ridicularum congeriem offendamus, vbi res grauiſſimae obſeruandae & expendendae erant, fundusque fertiliſſimus, vnde bonae frugis multum erat expectandum, non niſi infelix lolium & ſteriles protulerit auenas, duas maxime rei male geſtae cauſſas deprehendimus. Alii enim res ſpecie quidem miras congeſſerunt, ſed inanes, vnde nihil omnino effici potuit, vt ſi qui exempla virorum collegerunt ſtatura paruorum, ſed eruditione magnorum. Plura eius generis exempla infra §. 82. propoſita ſunt. Alii contra res quidem memoratu dignas obſeruarunt & propoſuerunt, ſed in ſterili obſeruatione ſubſtiterunt, rerum obſeruatarum neque cauſſas indagantes neque effectus expendentes. Vt pateat, in quo vitio hi verſentur, quae ſuper eodem argumento *Goezius* & *Gedickius* (*Berliner Monatſchrift B. I. p. 277-297.*) diuerſo modo ſcripſerunt, comparanda ſunt.

His itaque praemonitis, quae Heumanno de doctorum hominum diuerſis ordinibus, virtutibus vitiisque fuerint obſeruata & diſputata, pleraque exhibeamus integra, paucis tantummodo mutatis, vbi a veritate aberratum eſſe apparuit, & appoſitis recentiorum a morte eius temporum exemplis. Caeterum ſubſidio ac ſingulari vſui eſſe poterit opus, quod ad illuſtrandum hoc argumentum plane compoſitum eſſe videtur: *Iugemens des ſçavans ſur les principaux ouvrages des Auteurs*, par Adr. Baillet. *Par. 1685-1689. 9 Volum. 8. — corrigés & augm. par* M. de la Monnoye, *ib. 1722. 9 Voll. 4. Amſt. 1725. 8. 8 Tom. 17 Part.*

§. 46.

Aetatis diſcrimina, ſiue Comparatio eruditionis antiquae & recentioris.

(VII. §. VII.) Variant, de meritis & praeſtantia eruditorum, iudicia, pro aetatis & nationis diuerſitate. Vergente ſuperiori ſaeculo, magna orta eſt contentio in Gallia, aliis (*a*) priſcos, aliis recentiores ſcriptores praeferentibus; quos recenſet *Ryſſelius* in *Menſibus* ſuis, praeſertim autem *G. H. Ayrer* in ſingulari (*b*) commentatione. Nos, quae vel alibi (*c*), vel in priſtinis huius libri editionibus ſuper hoc argumento dixerat Heumannus, iis ſubſtituamus talia, quae rebus aetatibusque inter ſe comparandis ſint accommodatiora. I. In antiquis populis, *Graeci* & *Latini* inprimis ingenio & literis in eum modum culti erant, vt prae reliquis omnibus eminerent ingeniique monumenta relinquerent ſumma, ob praeſtantiam nullo non tempore exempla primaria & opera claſſica futura.

(*a*) Iam ſaeculo decimo quinto diſputatum fuit, an veteres nouis ſcriptoribus ſint praeferendi: extatque ea de re *Ben. Accolti* liber, recenſitus in *Actis erud.* 1690. p. 510 ſqq. Haud iniuria vero inſanire dixeris *Lambinum*, cum in ſecunda ad *Lucretium* ſuum praefatione *ſtultos & inſanos* vocat, qui hodie Grammaticam, Rhetoricam vel Logicam ſcribant edantque, ac iudicat, nihil poſſe melius ſcribi, quam ſcriptum iam habeamus a veteribus.

(*b*) *Diſſ. de comparatione eruditionis antiquae & recentioris*, quae *Ant. Blackwallii* libro *de praeſtantia claſſicorum auctorum*, ab *Ayrero* latine verſo, ſubiecta eſt. In ea totius controuerſiae hiſtoriam pleniſſime enarrauit *Ayrerus*.

(*c*) *Heum.* im *Politiſchen Philoſophe cap. VII.* §. 18.

tura. Hos praecipue & vnice veterum nomine deſignamus, ſi optimos recentiores ſcriptores iis opponamus. II. Per longam ſaeculorum ſeriem Graeci & Latini in omni literarum genere regnarunt & *vnica* manſerunt exemplaria, quae adire & tractare debebant reliquae gentes omnes, quotquot ingenii & doctrinae cultum ſectabantur. Intra id temporis, cum alia quidem lingua exculta eſſet nulla, nec omnino appareret quidquam ſimile vel par, quod veterum ſcriptorum exemplaribus poſſet aequiparari, ſimpliciter erat pronunciandum, *veteres antecellere omnes*. III. Sed diuturna veterum ſcriptorum lectione aſſiduoque eorum ſtudio effectum eſt, vt inde ab inſtauratione literarum, inter recentiores, praeſertim in Italis, Gallo-Francis, Germanis & Britannis exorirentur ſcriptores, in omni literarum orationisque genere praeſtantiſſimi, dignitatis quamuis diuerſae, tamen praecipuae. IV. Horum ingenio & induſtria poſtquam patriae recentiorum populorum linguae excultae, ingenii ac ſollertiae monumentis multis iisque exquiſitis ditatae ac nobilitatae ſunt & in his opera ac diſciplinae apparuere, aliae auctae magisque explicatae, aliae olim haud cognitae, ac proinde nouae; nec antiquos ob recentiores, nec hos ob illos contemnere, ſed vtrisque vti par eſt. Nam comparatis poſt inſtauratas literas tot nouis opibus quaeri non debet, vtra aetas altera omnino praeſtet, alteriusque opera deprimat & ſuperuacanea reddat; ſed perſuaſum habeamus, vtrasque habere, quibus praeſtent, bona, alia quidem communia, alia propria. Vnde hoc videmur conſecuti, vt ne quid

vniuerſim de veterum recentiumque praeſtantia pronunciari liceat, ſed ſingulatim & *per ſpecies* comparatio inſtitui debeat (*). V. Ac veteres quidem proprium habent, quod ipſorum exemplo recentiores ſunt eruditi, quod poëſeos & eloquentiae exempla perfectiſſima exhibent, quod plerarumque artium ac diſciplinarum primas tradunt origines, earumque ſtudiis firmiora ſubiiciunt fundamenta, eademque aliis adminiculis adiuuant, adeo vt manca & vitioſa appareant pleraque literarum ſtudia, quae antiquae eruditionis comitatu deſtituantur. VI. At multis aliis modis multisque in ſtudiis praeſtant recentiores (*d*) abundantque iis, quae in antiquo eruditionis apparatu omnino deſiderantur. Quod quidem ſi continuato ſtudio veteribusque adiuti non eſſent conſecuti, recentiores inertiae erant accuſandi. Nam primo poſteriores calcant viam iam praeparatam, adeoque iis facile eſt,

(*) Tale exemplum idque eximium propoſuit *I. I. Hottinger* in ſcriptione teutonica: *Verſuch einer Vergleichung der deutſchen Dichter mit den Griechen und Römern.* Ineſt in *Schriften der kurfürſtl. deutſchen Geſellſchaft in Manheim, Vol.* Vto. 1789. 8.

(*d*) Quanto inferiores eruditione ſint veteres ſcriptoribus aetatis noſtrae, oſtenditur in *Biblioth. Angloiſe To. XIV. p.* 197 *ſqq.* Ibidem p. 199. iudicatur, lectionem veterum philoſophorum parum vtilem eſſe ad augendam eruditionem; & p. 200 ſqq. medica *Hippocratis* ſcientia valde contemnitur. Sed haec iudicia temeraria ſunt & a moderationis veritatisque via plane aberrant. *Naudaeus* etiam in lib. de inſtruenda bibliotheca p. 100. iudicat, recentioris aeui ſcriptores eſſe antiquis meliores.

eſt, progredi (*e*) longius; deinde hodie plura in omnis generis ſtudiis habemus adminicula, altiusque proinde eniti poſſumus in quouis literarum genere. Quare ſi quis e. g in legendis patrum eccleſiae ſcriptis aſſidue verſaretur, ſiquo totum Ariſtotelem totumque Platonem memoria comprehenſum haberet, non lectis noſtrae aetatis theologis ac philoſophis, non ab vllo, opinor, magnus vel theologus vel philoſophus habendus eſſet. Mihi quidem Priſcianus in praef. operis grammatici litem illam optime diremiſſe videtur, ſcribens, *grammaticae artis auctores, quanto ſint iuniores, tanto perſpicaciores & ingeniis floruiſſe & diligentia valuiſſe*, additque, *id omnium eruditiſſimorum iudicio confirmari.* VII. Stultum autem eſt, priſcos promiſcue anteponere recentioribus. Nam cum in cultiſſimarum adeo nationum aetatumque ſcriptoribus inſint mali, inſint mediocres; quam abſurdum fuerit, ob ſolam vetuſtatem, eamque incultam atque rudem, ſcriptores aetate priores praeferre iunioribus! Quanto meliores habet noſtra aetas interpretes cum ſacri codicis, tum veterum Graecorum & Latinorum ſcriptorum, quam vetuſtius aeuum! Quanto eruditiores vtilioresque nunc habemus inſtitutiones ethicas, logicas, phyſicas cet., quam decimo ſexto fuerunt ſaeculo! Stolidi igitur etiam erant, qui Ennium Virgilio, Catonem Ciceroni anteponebant, notati merito a *Martiale* lib. V. epigr. 10. & a *Quintiliano* Dialogi cap. XVIII. 5. & XXIII. 2.

M 4 §. 47.

(*e*) Itaque non iniuſte *Mollierii* comoediae praefe-runtur Plautinis. Vid. *Gelehrte Zeitungen* an. 1720. p. 523.

§. 47.

Nationum diſcrimina.

(VII. §. VIII.) De nationum diuerſis ingeniis diuerſisque ingeniorum cauſſis & fructibus quae cogitata & obſeruata fuerint, Heumannus in *Actis* (*a*) *philoſophorum* exhibuit. Eodem in opere illius diſputationis ſupplementa (*b*) propoſita, ſimulque quae doctus quidam (*c*) vir de borealium ingeniis contra protulerat, expenſa ſunt. Mox vero aduerſarium nactus eſt grauiorem (*d*). Nos in re admodum ambigua ponamus haec, quae & aequiora & certiora eſſe videantur: 1) Nationum, vt ſingulorum hominum, multiplex eſt varietas (*e*) & a corporis & ab animi

p. 525. Lepida ratio reuincendi antiquarios, hoc eſt, eos, qui recentiores omnes prae antiquis contemnant, exhibetur in *Vita Huetii* lib. I, p. 21. Plane ſimilem hiſtoriam narrat *Lud. Viues lib. I. de cauſ. corrupt. art.* p. 54. Imo adeatur & *Phaedrus* lib. V. fab. 5.

(*a*) *Acta Philoſ.* To. I. P. IV. Cap. 1. p. 567 - 670. Ad §. 35. adnotauit poſtea haec: „non ſtatuo, aëris tenuitatem ac cibi potusque teneritatem eſſe veras perſpicaciae ingenii cauſſas; ſed hoc volo, aëris ciborumque craſſitiem impedire vſum ingenii, vti nebulae oculis ſunt impedimento, quo minus bene longeque proſpiciant."

(*b*) l. c. To. III. P. XVIII. p. 817 - 857.

(*c*) D. Phil. Frid. *Hane*, Roſtochienſis, in *Diſſ. de ingeniis gentium borealium philoſophicis*. 1724. 4.

(*d*) Chr. *Nettelblat* in der *Schwediſchen Bibliothek, Stockholm*, deinde *Roſtock und Leipz. etc.* 1728 *ſqq.* *P. II. p.* 1 - 52. Ad hunc confutandum applicari vult, quae Hanio reſponſa fuerint. Conuicia autem conuiciis oppoſita merito omiſimus.

(*e*) De varietate generis humani eiusque cauſſis con-

ui dotibus. 2) Cauſſae huius varietatis multae & variae ſunt. Multum in corpus animumque valent locorum ſitus, coeli & aëris temperies, terrarum prouentus, victus ac ciborum ratio; multum etiam valent parentum indoles & valetudo, multum valent ciuitatum formae & inſti-

conſulendi inprimis phyſiologiae & hiſtoriae naturalis auctores & inter hos maxime *Hallerus* & *Buffonius*. His adde *Geographiſche Geſchichte des Menſchen cet.* von C. A. W. Zimmermann. *Leipz.* 1778. 8. 3 *Voll.* *Th. I. Abſchn. I.* Singulari libro, quae ad corporis varietatem ſpectant, *Blumenbachius* expoſuit: *De generis humani varietate natiua.* *Gottingae,* 1776. 8. Ingenii humani varietatem admodum etiam illuſtratam reperies ab iis, qui humani generis hiſtoriam enarrarunt, e quibus praeſertim huc pertinent: Iſ. Iſelin *über die Geſchichte der Menſchheit, Cap. IV.* Chr. Meiners *Grundriß der Geſchichte der Menſchheit.* *Lemgo,* 1785. 8. *Cap. II. III etc.* Omiſſis antiquioribus ſcriptoribus, qui de ingeniorum diuerſis ſpeciebus harumque cauſſis peculiaribus libris egere, vt *Huarto* cet. quorum notitiam in *Heumanni* Actis philoſ. l. c. & in *Hanii*, ac *Nettelblati* commemoratis ſcriptis requiras, adiungamus praeterea hos recentiores: 1) *L'Eſprit des Nations.* (*Par* Franç. Ign. d'Eſpiard de la Borde.) *à la Haye*, 1752. 8. 2 *Tom.* 2) *Conſiderations ſur les cauſes phyſiques & morales de la diverſité du génie, des moeurs & du gouvernement des Nations. Tiré en partie d'un ouvrage anonyme* (l'Eſprit des Nations) *par* M. L. Caſtilhon. *à Bouillon*, 1769. 8. 3) *La Phyſique de l' hiſtoire, ou Conſiderations générales ſur les principes élémentaires du temperament & du caractère naturelle des peuples.* (Par l'Abbé Pichon.) *à Amſterd.* 1765. 8. 4) F. L. von Hopfgarten *Verſuch über den Charakter des Menſchen und eines Volks überhaupt, Leipz.* 1778. 8. 5) *Remarks on the Influence of Climate, Situation, Nature of Country, Population, Nature of food and Way of life on the Diſpoſition and Temper, Manners and Behaviour, Intellects cet. of Mankind. By* Will. Falconer. *Lond.* 1781. 4.

tata, vicinorum & aduenarum exempla atque
incitamenta, ciuium in alienas regiones peregri-
nationes, cum aliis populis commercia, inco-
larum vel paucitas vel celebritas, bella, libertas
vel ſeruitus, literarum vel ignorantia vel vſus,
multarumque aliarum opportunitatum vel co-
pia vel inopia. 3) E *ſingulis* cauſſis, vt ſolo lo-
corum ſitu cet., quod ſaepe factum vidimus,
nunquam tuto de populorum ingeniis ratioci-
nari licet. Coeli ac tempeſtatis iniquitatem ſub-
inde reliquae opportunitates ſuperarunt. Non-
nunquam ſi qui populi ingenii monumentis ma-
gis, quam alii abundarent, educandi modo,
ſubſidiorum copiis, praemiis excitato aemulan-
di ſtudio, benigno libertatis afflatui plus, quam
aëris, coeli aliisque naturae commodis tribuen-
dum fuit. Similiter populorum ingeniis exco-
lendis ſuperſtitio ac tyrannis plus, quam alia
omnia nocuerunt. 4) At hiſtorici vero omni-
no non eſt, e cauſſis praedicere effectus, ſiue
praecipiendo ex aëris coelique diuerſa natura
ciborumque genere populorum ingenia defini-
re, ſed potius ingeniorum monumenta, in po-
pulis extantia, obſeruare & boni rationatoris in-
ſtar, ſecundum haec, ingeniorum prouentum
ipſamque nationum diuerſam dignitatem aeſti-
mare. Quemadmodum enim in arte politica
regnorum dignitas, maior minorue ex imperii
rerumque geſtarum magnitudine aeſtimatur, &
ad eius rationem ſingulis in populorum ſerie
vel primus vel ſecundus vel tertius locus aſſigna-
tur; ita ſimiliter in rep. lit. nationum dignitas
e librorum editorum copia ac praeſtantia ex-
pendi, eiusque velut ſcala, pluribus gradibus
di-

diſtincta, componi poteſt. In hac *ingeniorum* ac *dignitatis literariae ſcala*, ſupremum locum occupant & in primariis ſunt haud dubie eae nationes, quae in *omni literarum genere* opera multa, eaque praeſtantiſſima exhibuerunt, reliquarumque magiſtrae factae ſunt, vt e veteribus Graeci & Latini, e recentioribus Gallo-Franci, Germani, Britanni; ſecundi tertiique ordinis nationes ſunt, quae vel in *pluribus* artibus & diſciplinis vel in *vno certo literarum genere* ſingularis perfectionis ſeu claſſicae auctoritatis opera prodiderunt. Sed caeteras graduum progreſſiones vel ſucceſſiones accuratius deſcribendas, nationesque, literarum ſtudiis inſignes, ſingulis gradibus aſſignandas, vel diuturniori deliberationi, vel prudentiorum hominum arbitrio relinquamus.

§. 48.

Eruditorum deſcriptio in primates & plebem.

(VII. §. IX.) Sequuntur eruditorum ipſorum diuerſae claſſes, in quibus primaria eſt eorum, qui ſe anteſignanos literati gregis praebuerunt, & *primi* ſiue vniuerſam literarum culturam inſtaurarunt, ſiue certam aliquam diſciplinam excoluerunt, ſiue quacunque alia in re laudabili, viae poſtea frequentiſſime calcatae duces fuerunt. Hos vocare mihi liceat *primates literarios*. De quibus antequam plura profero, paucis obſeruo, ſtatum literatorum toto orbe diſperſorum, etſi non eſt veri nominis respublica (*f*) ſocietasue, tamen ob ſimilitudinem non vnam,

(*f*) Reſp. literaria, ratione formae, ſimillima eſt *Eccleſiae inuiſibili.* Vti hic nullus monarcha, nullum ciuile im-

vnam, appellari *rempublicam literariam*. In hac igitur republica alii ſunt *plebs* (*g*) *literata*, alii vocari merentur *optimates literarii*, quorum pars ſunt cuiuscunque diſciplinae doctores (*h*) pro-
ſeſ-

imperium, ſed ſumma libertas, ſola regnante S. Scriptura, ſic illic ſola regnat Ratio, nec quisquam in alterum quicquam habet iuris ciuilis. Ac libertas iſta adeo eſt reip. literariae anima, vt toto coelo errarit *Iac. Thomaſius*, cum *Progr.* 41. p. 469. ſcripſit, *forma regiminis monarchici nullam eſſe literariae reip. ſalubriorem*. Contrariam huic ſententiam paucis, ſed acute & eleganter illuſtrat *Baelius* Dict. v. *Catius not. D*. Lectu quoque digna eſt *Chriſtiani Loeberi* Ienae an. 1708 edita meditatio *de forma regiminis reip. literariae*, in qua dilucide probat, ſtatum literatorum, vniuerſe conſideratum, improprie vocari *rempublicam literariam*, adeoque ſocietati literatorum, per totum orbem diſperſae, nullam eſſe, ac ne *democraticam* quidem, *formam regiminis*. Idem docetur *in den Vnpartheyiſchen Gedanken über die Iournale* p. 300 ſqq.

(*g*) Vetus iam eſt haec diſtinctio. *Canutium*, *Arrium*, & *Furnium plebi literatae* diſerte adſcribit *Quintilianus* in Dial. de cauſ. corr. eloq. cap. XXI. 1. *Vulgus eruditum Plinius* commemorat lib. II. cap. 7. Sic & *Seneca* mediocriter eruditum hominem Epiſt. 10. vocat *vnum e populo*. Contra *Cicero* lib. de claris oratoribus cap. 79. *Calidium* eſſe ait *oratorem non vnum ex multis*. Etiam Virgilius a melioris venae poëtis ſegregat *Bauium* & *Maeuium*.

(*h*) Dico veri nominis *doctores*. Nam qui ſolo titulo ſunt *Doctores* & *Magiſtri*, illis ſuus in *plebe* aſſignandus eſt locus, & quidem, quia id non ſunt, quod tam ambitioſe videri cupiunt, locus omnium vltimus. Non minus inter *plebeios* ſunt referendi, qui falſa eruditione onuſta gerunt pectora. Scimus, tempore *Lutheri* omnes Facultates Theologicas, quas vocant, ad vulgus literatum pertinuiſſe. Ac in vniuerſum notandum, *optimates*
hic

ſeſſoreſque. Quemadmodum vero olim in Romanorum ſenatu vnus erat *Princeps ſenatus*, ſic & literaria reſp. omnis aeui ſuos habuit & coluit ſenatus (*i*) literati principes. Et hi ipſi ſunt, quos antea dixi *Primates literarios*.

§. 49.

Primatium tres ordines: 1) primus ordo.

(VII. §. X.) Tres autem ſunt iſtorum *Primatium* ordines. In *primo* eos colloco, qui impetu quodam facto fortiſſime (*k*) disiecerunt tenebras literarias, & vniuerſam reip. literariae faciem feliciter immutarunt. Sic olim in Graecia Primas theoreticae philoſophiae fuit (*l*) *Thales*, practicae & moralis *Socrates*; primus barbariei medii aeui ſe oppoſuit *Petrarcha*; primus & eloquentiam & philoſophiam & theologiam in Gal-

hic cenſeri, non ex opibus ac ciuilibus honoribus, ſed ex ſola ſapientia & eruditione. Hic, vt *Hier. Oſorii* verbis e lib. I. *de gloria* p. 46 ſqq. vtar, *omnes homines, ingenio praeſtantes, quamuis inopes ſint & obſcuris parentibus orti, in PRINCIPVM numero habentur: contra, qui hebeti ingenio ſunt & languori deſidiaeque dediti, quamuis in ampliſſima familia nati ſint, & res magnas adminiſtrent, PLEBEII exiſtimantur.*

(*i*) Hi *Primates* inter caeteros doctos eundem fere in modum eminent, quo *Scaliger*, & poſt eum *Salmaſius*, in vrbe Lugdunenſi e numero gregariorum Profeſſorum exemtus, Apollinis cuiusdam inſtar colebatur a Muſis Batauis.

(*k*) Vnde eos alibi vocaui *fulmina literaria*. Vide *Poeciles* T. I. lib. 4. p. 631 ſqq. Nec aliter ſuccedit negotium Reformationis literariae. Audacibus hic viris opus eſt & intrepidis, recteque faciendo neminem timentibus.

(*l*) Vid. *Acta Philoſ.* T. III. p. 162 ſqq.

Gallia emendauit *Faber Stapulenſis*; primus de barbarie literata in Germania triumphauit *Eraſmus*, de religioſa *Lutherus*; primus philoſophiam eclecticam, proſtratis priſtinis erroribus innumeris, in Germanicas Academias introduxit *Thomaſius*. Inter hos Primates multi vel a diſcipulis ac ſectatoribus ſuis, vel etiam ab ſemetipſis conſtituti ſunt *monarchae literarii*, vel potius, quia in rep. literaria non datur iuſta monarchia, tyranni, e. g. *Ariſtoteles*, *Carteſius*.

§. 59.

2) *Secundus ordo.*

(VII. §. XI.) *Secundus* ordo eos complectitur, qui vnam duntaxat diſciplinam noua induerunt eaque laetiſſima ac pulcherrima facie: Hic igitur Primas Iuris naturae eſt *Grotius*, facile tamen ſocium admittens *Puſendorfium*; Hiſtoriae eccleſiaſticae (m) priſcis temporibus *Euſebius*, iunioribus *Flacius*; Medicinae olim *Hippocrates*, nuper *Harueus*; anatomicae ſcientiae (n) *Veſalius*; Iuris publici *Conringius*; Primates Theologiae, iidemque profeſſores theologiae eclectici, *Lutherus*, *Zuinglius*, & *Arminius*: Primates Iurisprudentiae ciuilis minus comtae (o) *Irnerius*, *Accurſius*, & *Bartolus*; terſioris politiorisque *Alciatus* & *Cuiacius*; Primates Philologiae in Germania

Reuch-

(m) *Lutheri* opinio, Comm. in *Geneſin* f. 349. *b.* tati, primum *Compendium hiſtoriae* ſcripſiſſe *Abrahamum* inde ab *Adamo* vsque ad ſua tempora, debito caret fundamento.

(n) Vid. *Stollii* Hiſt. medicinae P. II. cap. 1. §. 21. p. 414 ſqq.

(o) *Grauina* lib. I. de orig. Iur. ciu. §. 143. & 144.

Reuchlinus & *Eraſmus*, in Gallia (p) *Faber Stapulenſis*, in Hiſpania *Antonius Nebriſſenſis*; Primas ſcientiae chronologicae *Ioſephus* (q) *Scaliger*; Primas artis heraldicae (r) *Phil. Iac. Spenerus*; Primas poëtarum Graecorum *Homerus*, Latinorum *Virgilius*, Gallorum *Ronſardus*, Italorum *Dantes*, Germanorum *Opitius*; Primas Hiſtoriae literariae in Heluetia *Geſnerus*, in Gallia *Naudaeus*, in Belgio *Voſſius*, in Germania *Morhofius*, eiusque ſucceſſor, *Fabricius*; Primas Hiſtoriae philoſophicae *Bruckerus*.

§. 51.

ȝ) *Tertius ordo*.

(VII. §. XII.) *Tertii* ordinis ii ſunt Primates, qui primi magnum aliquod ac memorabile facinus ediderunt in rep. literaria. Primum hic locum teneat *Moſes*, primus ille libri ſcriptor ex omni aeuo ex omnique natione. Poſtea primus in Graecia librum ſcripſit *Pherecydes*, in Germania (s) *Eginhardus*. Cumque hic Latino ſit

(p) Vid. *Sammarthanus* Elog. lib. I. cap. 1.

(q) *Se primum innaſſe hoc argumentum*, ipſe ſcribit in Dedicatione ſui operis *de emendatione temporum*. Et in *Prolegomenis* p. 2. dicit, *ſe omnia noua protuliſſe*. *Scaligero* adiungit *Caluiſium* Rich. *Montacutius* Analect. eccl. Exerc. XI. ſect. III. p. 377. *Scaligerum* vocans *Dictatorem* chronologicum, *Caluiſium* Magiſtrum Equitum.

(r) Vid. *Schmeizelii Einleitung zur Wappen-Lehre* Prolegom. Cap. VII. §. 6. p. 51 ſqq.

(s) Hoc obſeruauit *Pag. Gaudentius* libr. de Romanorum philoſophia cap. 106. *Conringius* quidem Comment. de ſcriptoribus ſaec. VI. cap. 5. p. 100. *Iornandem* vocat

ſit vſus ſermone, primus inter Germanos Germanicum librum (*t*) compoſuit *Otfridus*. Sic primus Italiae doctor fuit *Pythagoras*, Graeciae (*u*) *Anaximander*. Primus Graecas literas in Italia docuit *Chryſoloras*, in Gallia *Tiphernas*, in Germania *Rich. Crocus*. Primus Hebraicae grammaticae ſcriptor e Chriſtianis eſt *Reuchlinus*; primus Madrigalici carminis ſcriptor in Germania *Caſp. Zieglerus*; primus Hiſtoriam philoſophicam ſcripſit *Ge. Hornius*; primus Nouellas politicas hebdomadarias *Theophraſtus* (*x*) *Renaudotius*, literarias *Ioan. Gottlieb Krauſius*.

§. 52.

Nouatorum *nomen, ipſis impoſitum, haud ignominioſum*.

(VII. §. XIII.) De hiſce Primatibus tria mihi ſuperſunt memoratu digna. Primo ſcilicet ii ex hoc numero, qui inueteratos errores tollere ſuſtinuerunt, criminoſo titulo appellitati ſua aetate fuerunt *nouatores*, quaſi aliquid ob id ipſum falſum ac deteſtandum ſit, quia *nouum*, ac viciſſim verum, quia *antiquum* & inueteratum. Deinde iidem non ſolum ludibriis aetatis ſuae & inſectationibus expoſiti fuerunt, ſed tanquam hoſtes reip. ac peſtilentiſſimi haeretici acerbiſſimis excepti (*y*) odiis. Denique id ante omnia velim

vocat *primum Germanici generis ſcriptorem*. Sed obſerues, quaeſo, non patriam Germaniam ei tribui a *Conringio*, ſed genus Germanicum. Erat quippe Gothus natione

(*t*) Vid. *Poecile* T. I. lib. 4. p. 641.

(*u*) *Acta Philoſ.* T. III. p. 181.

(*x*) Vid. *Acta erud.* 1732. p. 31.

(*y*) Vid. Diſſ. mea de martyriis philoſophorum in *Actis Philoſ.* T. III. p. 88 ſqq.

velim animaduertas, renouari ſubinde & emendari faciem literatae reip. ſolere, non caeco aliquo caſu, ſed auſpice & rectore DEO; cuius potentiſſima prouidentia ſaepius inde elucet, quod inſtrumentis vtitur eiusmodi, a quibus nemo exſpectaſſet tantam μεταμορφωσιν. Quis, quaeſo, erat Socrates? Obſtetricis filius. Quis Eraſmus? Spurius. Quis Lutherus? Pauper monachus. Quis Faber Stapulenſis? Ruſtica proles. Vltimo loco addo, hos, quos dixi, Primates literarios, dignos eſſe praeter caeteros, quorum vitae diligenter & copioſe exponantur poſteritatique tradantur, ac operae pretium facturum, ſi quis comprehenſas vno volumine edat *Vitas primatum literariorum*.

§. 53.

4) Quartus & quintus ordo.

(VII. §. XIV.) Habet vero & *conſiliarios* (*a*) ſuos reſpublica literaria, qui quodammodo inter primates literarios referendi ſunt, ſaltim hoc ipſo, dum ſe praebent conſiliarios, pro primatibus certi generis haberi ſe velle oſtendunt. Sunt autem illi conſiliarii alii boni, inter quos (*b*) haud vltimum locum obtinet *Verulamius*; alii

(*a*) *Rolandus Mareſius* a *Morhofio* in *Polyhiſt. lit.* lib. I. cap. 4. p. 35. appellatur *optimus rei literariae conſultor*. Quod iudicium confirmaui in *Poeciles* meae Tomo III. p. 247. Ipſum illum *Morhofii Polyhiſtorem literarium* eſſe dignum conſiliarii literarii titulo, iudicat in *Menſibus* ſuis *Chriſt. Thomaſius* eo loco, quo hoc opus recenſet.

(*b*) Huc pertinent *Thomaſii* Cautelae circa ſingulas diſciplinas, & *Vockerodti* Conſultationes ſcholaſticae.

alii mali & imperiti: in quem cenſum alio loco (c) retuli ſcriptorem *Germaniae milite deſtitutae*. Eſtque horum ſingularis quaedam ſpecies, quos *Vtopicos* vocare licebit, quorumque magnum videre erit numerum in *Vtopia* mea (d) *literata*. Habet vero etiam reſp. literaria ſuos *ſecretarios* & *hiſtoriographos*. Priorem videlicet titulum merentur tum conditores *Bibliothecarum*, (quo in genere eminet *Io. Alb. Fabricius*,) tum compoſitores recenſionum librorum, ſiue veterum ſiue nouorum. Poſterior titulus iis conuenit, qui *Nouellas* publicant *literarias*: imo & iis, qui praeterita acta literatorum ſtilo ſuo perſequuntur.

§. 54.

Scriptores in tres claſſes deſcribuntur.

(VII. §. XV.) Argumentum, quod adhuc tractaui, occaſionem mihi praebet, dicendi de tribus eorum, qui libros ſcribant, claſſibus. Diuidi videlicet ii veriſſime (e) commodiſſimeque poſſunt in *primanos*, *ſecundanos*, ac *tertianos*. Pri-

(c) Cap. IV. §. 55. ed. prior.

(d) Primum huius libri caput iam edidi T. I. *Poeciles* lib. I. p. 98 ſqq. In ſecundo conſideraturus eram *Collegium Hunnianum*, conſeruandae orthodoxiae deſtinatum: in tertio conſilia, in concordiam redigendi ſiue Proteſtantes inter ſe, ſiue Proteſtantes & Pontificios; in reliquis alia conſilia literaria, primum ad intuitum ſpecioſa, ſed exſpectationem fruſtratura certiſſime.

(e) Iam veteres eruditam turbam diuiſerunt in primanos ac ſecundanos: id quod oſtendi in *Actis Philoſ.* T. I. p. 586 ſqq. & T. III. p. 823. Locis, e priſco aeuo ibi productis, addo nunc *Diog. Laërtii* II. 133. & *Aeliani* IX. 15. Diuiſionem illam etiam *Rol. Mareſius* produxit pariter & ſcienter illuſtrauit lib. II. epiſt. 57. Clarius

vero

Primani (*f*) ſunt, qui tanta pollent perſpicacia, vt non ſolum inueteratos errores acute cognoſcant, iisque laruam veritatis detrahant, ſed noua quoque nec ante cognita in apricum proferant. Sunt hi ſoles coeli literati, quorum tamen nullus caret maculis: vt verius miracula literati orbis vocentur, quam oracula. *Secundanos* (*g*) voco, qui tanta quidem ingenii exſuperantia non (*h*) ſunt, tantum tamen bonae generoſaeque mentis habent, vt ab iis inuenta & propoſita, niſi forte obſtant errores nimium

vero ac diſtinctius doceri, ſi tres faciamus tribus literatorum, maxime eorum, qui libros ſcribant, res ipſa docebit. Ac Ciceroni quoque diſtributio haec placuit, ita in *Oratore* cap. 1. ſcribenti: *Prima ſequentem honeſtum eſt, in ſecundis tertiisque ſubſiſtere.*

(*f*) Hi primani olim vocabantur ſcriptores *claſſici*. Vid. *Gellius* VII. 13. & XIX. 8. extr. Hos *tenere faſces ingenii*, concinne dixeris cum *Plinio* e Praef. Hiſt. natur.

(*g*) Eodem plane modo *Seneca* epiſt. 52. En verba eius! *Quosdam ait Epicurus ad veritatem ſine vllius adiutorio feciſſe ſibi ipſos viam: quosdam indigere ope aliena, non ituros, ſi nemo praeceſſerit, ſed bene ſecuturos. Egregium hoc quoque, ſed SECVNDAE SORTIS ingenium.* Scilicet alii eruditorum ſunt ſimiles fontibus naturalibus, qui e ſuo veluti pectore effundant aquas; alii fontibus artificialibus, (patrio ſermone *fontaines* vocamus cum Gallis,) qui deriuatam aliunde aquam oſtentatione quadam emittant, maioremque faciant, quam naturales illi, admirabilitatem.

(*h*) *S. Bernhardus* initio Sermonis ſui decimi in *Canticum Canticorum*: *Non ſum ego profundi ſenſus*, inquit, *neque adeo perſpicacis ingenii, vt noui quippiam ex me adinuenire poſſim*. Quam vera confeſſio, quam item modeſtiae plena!

muniti praeiudiciis, facile (*i*) amplectantur, eaque concinna methodo diſerteque tradita (*k*) propagent. *Tertiani* denique ſunt, qui ſecundanis vſi magiſtris, nec induſtria iis nec ingenio nec eloquentia pares, ſola ſcribendi ſedulitate ſunt notabiles, acceptasque ab iis (*l*) non ſolum veras, verum etiam falſas ſententias mordicus tenent, nouarumque ſiue verarum ſiue falſarum doctrinarum praecones hoſtiliter aggrediuntur. Primanos igitur facit ingenium *heureticum*, ſecundanos ingenium *eclecticum*, tertia-

(*i*) *Illis* (inquit *Quintilianus* Inſtit. orat. cap. vlt. eos dicens, quos *primanos* appello,) *haec inuenienda fuerunt, nobis* (*ſecundanis*) tantum *cognoſcenda* & diſcenda *ſunt*. *Nobis*, inquit *Minucius* quidam apud *Liuium* lib. XXII. cap. 29., *quoniam prima animi ingeniique negata ſors eſt, ſecundam ac mediam teneamus*. Eodem modo, *Plinius* lib. XXXV. cap. 11. profeſſores ſcientiarum & artium diuidit in *proceres* & *primis proximos*.

(*k*) De his ita ſcribit *Verulamius* lib. I. de augm. ſcient. p. 39: *Quidam in SECVNDIS tantum ſubſiſtere ſat habent, vel ſubtilis interpretis, vel antagoniſtae vehementis & neruoſi, vel methodici abbreuiatoris nomen ambientes: unde reditus & vectigalia ſcientiarum augeri poſſunt, patrimonium & fundus minime*. Romani etiam equites olim diuidebantur in *primos & ſecundos*. Vid. *Gronouii* Obſ. lib. III. cap. 25. p. 673 ſqq. Etiam ſculptores & pictores *Origenes* lib. VIII. contra *Celſum* diſtribuit in primanos, ſecundanos, ac tertianos.

(*l*) Hac de cauſa non malos ſe praebent iuuenum ſtudioſorum doctores, imo ſaepe maximus fit ad eos diſcentium concurſus. Ac vti poteſt talis doctor verbis illis *Ciceronis* lib. IX. ad famil. epiſt. 20: *Veniunt, qui me audiant quaſi doctum hominem, quia paulo ſum, quam ipſi, doctior*. Valet & hic diſtinctio *Io. Braunii*, doctum eſſe alium dicentis inter doctos, alium eſſe doctum inter ſtudioſos.

tianos ingenium *ſectarium*: quod etiam *plebeium* vocare poſſis, cum duo priora ſint indolis generoſae.

§. 55.

Quae ſingulis ſpeciebus ſint propria.

(VII. §. XVI.) Facile apparet, in primo genere eminere (*a*) iudicium, in altero ingenium, in tertio memoriam. Facile item intelligitur, vltimos ſibi videri primos, & magnopere praeterea coli ab iis, qui nullo ſunt numero, ac ne eo quidem vsque progreſſi, vt vel minimam ſcribendo laudem valeant conſequi. Facile denique cognoſcitur, ſecundanos vulgo haberi pro primanis, nec tam ſaepe horum, quam illorum, ſcripta vendi: id quod iam olim obſeruauit *Martialis* in *Lucano*, mediocri poëta, ſi cum *Virgilio* comparetur, ſed quem vulgus libentius legebat, quam *Virgilium*. Ita enim (*b*) inquientem inducit *Lucanum*: *Sunt quidam*, (eruditiſſimus ſcilicet quisque,) *qui me dicant non eſſe poëtam*, ſed hiſtoricum metricum: *ſed, qui me vendit, bibliopola putat*, eſſe me praeſtantiſſimum poëtam, cum poëmata mea tot emtores, tot lectores inueniant.

(*a*) Ita & *primani* ſunt in hiſtoria, qui & inueteratas fabellas obſeruant & pragmatice tractant omnem hiſtoriam; *ſecundani*, qui ex optimis ſcriptoribus colligunt hiſtorias, deprehenſasque ab acutioribus fabulas atro carbone notant: *tertiani*, qui ex hiſtoricis apographis addiſcunt res geſtas, ac veteres fabulas non ſolum propagant, verum etiam acriter propugnant.

(*b*) Lib. XIV. epigr. 194.

§. 56.

Poëtae & oratores easdem claſſes habent.

(VII. §. XVII.) Admonet me hoc exemplum, *primanos* pariter, ac *ſecundanos*, *tertianos*que diuidi oportere in *reales* ac *verbales* (*). Nam etiam poëtae & oratores trium ſunt claſſium: primanique ſunt, quos natura (c) fecit ſummos ſiue oratores ſiue poëtas; ſecundani, quorum ſcripta plus curae, quam naturae, habent; tertiani, qui ne his quidem arte pares ingenioque, nouiſſimum conſtituunt agmen vel oratorum vel poëtarum.

§. 57.

Claſſes minores.

(VII. §. XVIII. XIX.) Debent vero cum ſecundani, tum tertiani, rurſus in claſſes minores diſtribui. Alii ſcilicet e ſecundanis fontes, e quibus hauſerunt, fideliter monſtrant, ſuosque viae duces frequentiſſime laudant: alii, dum id non faciunt, mentiuntur, idque aliquando proſpero ſucceſſu, primanos. Ad tertianos quod attinet, hi diuidendi mihi ſunt in doctiores & minus doctos. Priori claſſi adſcribo *Georg.* (*d*) *Hornium* & *Io. Chriſtoph. Becmannum*: quibus quam multi ſcriptores, etiam ex polygraphis, ſunt inferiores!

De

(*) Falſi vel ambigui quod in hac diuiſione ac denominatione ineſt, interpretando & admonendo imminuamus vel tollamus.

(*c*) *Quintilianus* lib. XII. cap. 11. *Quantum poëſis ab Homero & Virgilio, tantum faſtigium accepit eloquentia a Demoſthene atque Cicerone.*

(*d*) Conf. *Acta Philoſ.* T. I. p. 1057 ſqq.

De *ſecundanis* duo vt obſeruem, ſupereſt. Primo eos diuido in ſecundanos natura & in ſecundanos politicos. Hi, (nam quos ſignificem priori appellatione, perſpicuum eſt,) vt & infame nouatorum nomen & diras concertationes & ipſam denique egeſtatem effugiant, ſubſiſtendum ſibi cenſent in ſecundis, ſapientes cum primanis, loquentes cum ſecundanis, interdum etiam cum vulgo. Praeſtare quippe putant, ſcriptores eſſe κατ' ἄνθρωπον, quam κατ' ἀλήθειαν, fructuoſiusque eſſe ſentiunt, ciuitatis eſſe Placentinae, quam Veronenſis. Deinde & illud docet hiſtoria literaria interior, qui ſunt ſecundani natura, eos, quoties locum primanorum occupare audeant, hoc eſt, ſuopte ingenio vtantur ad inueſtigandum verum, nouaque, quae quidem ipſis videntur, proferant, turpiter ſe dare & explodi a cordatioribus.

§. 58.

Exempla.

(VII. §. XX.) Exemplis quidem omnium generum afferendis perlibenter (*e*) ſuperſederem.

(*e*) Certe noſtrae aetatis ſcriptores viuos ac ſpirantes in has claſſes diſtribuere non auſim, (vno excepto atque altero,) cum, vt vere *Vellejus* lib. II. cap. 36. *ſtulta*, hoc eſt, periculoſa *ſit inhaerentium oculis ingeniorum cenſura*. (Quod ad exempla propoſita ipſa attinet, de ſingulis quidem multi nobiſcum aliter iudicabunt, aliaque nomina vel ſubſtituere vel addere ſuadebunt. Haec quamuis plane intelligeremus, tamen, cum quaeuis mutatio requireret diſceptationem, in huiusmodi rebus, quae ad illuſtrationem pertinerent, omnia potius integra relinquere, quam a breuitatis lege diſcedere maluimus.)

rem, ſed ne deſim hiſtorici officio, pauca proferam. Inter Theologos igitur primani (*f*) erant *Lutherus*, *Eraſmus*, *Chemnitius*, *Calixtus*; ſecundani *Melanchthon*, *Gerhardus*, *Calouius*, *Buddeus*, *Witſius*, *Quenſtedius*: quanquam facile ſentio, fore, qui poſtremum hunc tertianis adſcribant ſocium. Inter hiſtoricos eccleſiaſticos primani ſunt *Flacius*, *Dallaeus*, *Blondellus*: ſecundani *Spanhemius*, *Ittigius*, *Basnagius*; tertiani *Rechenbergius*, *Andreas Caroli*, *Iunckerus*. Inter criticos habes primanos *Lipſium*, *Caſaubonum*, *Io. Frid. Gronouium*; ſecundanos *Gruterum*, *Graeuium*, *Iac. Gronouium*; tertianos pleroſque editores auctorum cum notis variorum; quo in numero cum ſit *Abr. Gronouius*, tres Criticorum claſſes habent in vna Gronouiana familia, quem ſibi aſſerant. In philoſophia primani erant *Pufendorfius*, *Lockius*, *Thomaſius*; ſecundani *Clericus* (*g*), *Buddeus*; tertiani *Iac. Thomaſius*, *Bechmannus*; & reliqui Ariſtotelis ſectatores. Inter antiquarios tertianum vnum nomino (*h*) *Io. Roſinum*, qui, magno fructu iuuentutis, e ſcriptoribus antiquitatum Romanarum ſecundanis, concinnauit corpus haud inuenuſtum. Sed manum de hac tabula.

§. 59.

(*f*) In exegetica theologia primanus a pleriſque habetur *Seb. Schmidius*.

(*g*) Hic certe fuit in omni literarum genere ſecundanus excellentiſſimus, veriſſimo nomine dicendus *eclecticus*.

(*h*) Parem laudem eundemque locum meretur *Piſcus*, qui *Lexico* ſuo *Antiquitatum Romanarum* vtiliſſimum reipublicae literariae non ſcriptorem, ſed deſcriptorem ſe praebuit.

§. 59.

Homonymi. Anonymi. Pſeudonymi.

(VII. §. XXI.) Ad accuratam auctorum notitiam & hoc pertinet, vt diſcernantur auctores (*) cognomines. Faciunt hoc diligenter *Laërtius*, *Meurſius*, *Ionſius*, *Fabricius*, cuius inſpiciatur *Bibliotheca Graeca* libro (i) quinto. Singulari autem libro, cui titulus: *Homonymoſcopia hiſtorico-philologico-critica*, edito *Hamb.* 1697. 8., iſtam nauauit operam *Ioannes Mollerus*. Reſtrictius alii de vno quodam genere auctorum homonymorum, ſingulares compoſuerunt libellos, vt *Leo Allatius* de *Pſellis*, de *Nilis*, de *Georgiis*, de *Methodiis*, de *Simonibus*; *Io. Meurſius* de *Philoſtratis*; *Antonius* (k) *Sanderus* de *Antoniis*; *Andreas*,

(*) Quantos errores inuehat in hiſtoriam literariam duorum cognominum virorum in vnum confuſio, vel ex hoc exemplo apparet. Vittebergenſis Academia olim duos eodem tempore habuit *Philippos* Profeſſores; e quorum confuſione natam fuiſſe fabulam, qua *Melanchthonem*, repudiato literarum ſtudio, factum eſſe piſtorem, traditum ſit, docet *Feuerlinus* in *Miſcellaneis Lipſienſibus* T. VII. p. 129 ſq.

(i) Cap. 6. p. 830 ſqq. Idem in Praefatione Tomi X. exhibet indicem homonymorum in decem voluminibus *Bibliothecae* ſuae *Graecae* diſtinctorum. Conf. *Pag. Gaudentius* lib. de philoſophia Romanorum cap. 24.

(k) Huius generis ſcriptores amore ſui nonnihil permotos ſcripſiſſe, bene obſeruat *Bailletus* Iudic. T. I. P. I. cap. 14. p. 111 ſq. Sic etiam *Ern. Sal. Cyprianus* in annot. ad *Hieronymi* Catal. ſcript. eccl. cap. 68. libellum promiſit *de Cyprianis veteris eccleſiae*: *Io. Chriſtoph. Wolfius* item *de claris Wolfiis*, & *Theophilus Schelwigius de claris Theophilis*. Diſſertatio *de claris Cellariis* inſerta eſt *Neubaueri Nachricht von den itztlebenden Theologen* p. 475 ſqq. ſcripta a quodam *Cellario*.

dreas Sauſſay de *Andreis*; *Io. Alb. Fabricius* de *Fabriciis*; *Erycius Puteanus* de *Eryciis*; *Franciſcus Nannius* de *Corneliis*; *Ioachimus Meierus* de *Meieris*; *C. F. Paulinus* de *Paulinis*; *Io. Gottl. Milichius* de *Milichiis*; *Fridericus Quirinus Gregorii* de *Quirinis*; *Aegidius Hochmuthus* de *claris* (*) *Aegidiis*; *Adamus Zahnius* de *Raymundis*; *Ge. Henr. Goezius* de *Schmidiis*; *Io. Theodorus Leubſcherus* de *Gryphiis*, cet. (**) Quanquam nec negari poteſt, multos ineptos quoque libellos de claris homonymis prodiiſſe in publicum: quod genus librorum iam olim riſit (*l*) *Gellius*. Sic in *Deliciis Theod. Cruſii literariis* (*m*) exhibetur *Catalogus clarorum Cloſiorum*, a *Matthaeo Hanſio* congeſtus, in quo tantum abeſt, vt clara recenſeantur nomina, vt ne vnus quidem eorum, qui producuntur, claritudine nominis, *Cloſios antediluuianos*, ſi qui forte iam tum ſub ſole fuerint, antecedat. Scilicet is eſt plerorumque huius generis ſcriptorum error, quod exiſtimant, libri ſui pretium pendere a multitudine homonymorum potius, quam a claritate & magnitudine. Mea vero ſententia maximum operae ſuae pretium faceret, qui e. g. *de claris Spanhemiis* in titulo promittens diſſertationem, non

(*) Hic liber Vittebergae 1725 editus recenſetur ſummo cum contemtu in *Iournal des Scavans* T. 83. p. 75 ſqq.

(**) Tales homonymorum indices plures ſi noſcere cupias, adhibe *Catal. Biblioth. Bunau. To. I. Vol. I.* p. 521 *ſqq.* & *Biblioth. H. L. Struu. Iugler. II. p.* 1505-1511.

(*l*) Noct. Attic. lib. XIV. cap. 6.

(*m*) *Vergnügung müſſiger Stunden* P. VII. p. 49 ſq.

nonniſi de duobus *Fridericis* & vno *Ezechiele* ageret, reliquosque *Spanhemios* erudito ſilentio praeteriret: quem in modum *Phaedrus* doctos Thraces enumeraturus, ipſe Thrax, duos duntaxat laudat in Prologo (*n*) libri tertii, *Linum* & *Orpheum*. Prope omiſiſſem *Chriſtiani Franciſci Paullini*, quae ſcilicet minime omittenda videtur, diſſertationem *de claris Aſinis & (o) Aſellis*, quae in eius doctiſſimo opere *de Aſino* conſtituit Sectionis ſecundae caput ſecundum. Addo, amici cuiusdam monitu, eundem *Paulinum* in ſua *Lagographia curioſa ſect. II. part. I. cap. III. p. 130 ſqq.* & in ſua *Lycographia part. II. cap. I. p. 80. 96 ſqq.* exhibuiſſe *claros Haſios* ſiue *Haſaeos*, & *claros Wolfios*.

Librorum, qui *Anonymorum* & *Pſeudonymarum* indices exhibeant, notitiam praebebit Caput proximum *de notitia librorum*.

§. 60.

(*n*) v. 56 ſeq.

(*o*) In hac tamen omiſſus fuit *Eryſichthon*, cognomento *aſinus*, cuius meminit *Aelianus* Var. hiſt. lib. I. c. 27; & rex *Ochus*, quem & ipſum cognominatum fuiſſe *aſinum*, idem tradit lib. IV. cap. 8. Singularem addo ordinem monachorum, dictum *ordinem aſinorum*, quem memorat *Cyprianus* Apolog. Reform. cap. VII. §. 3. p. 871. In Italia quoque fuiſſe nobilem familiam *Aſinellorum*, didici ex *Schotti* Itinerario Italiae p. 160. edit. an. 1655. Adiungo *Aſellam*, piam feminam, quam laudat *Hieronymus* epiſt. 15. & 99; & *Aſellum Symmacho* commemoratum lib. IX. epiſt. 57; & alium *Aſellum*, cuius epitaphium producit *Fontaninus* in libro *de diſco votiuo* §. 14. p. 39; & clarum illum *Aſinum*, de quo *Simonius* T. IV. Epiſt. ſel. 29. p. 214.

§. 60.

Polygraphi: 1) Pſeudo-polygraphi.

(VII. §. XXII.) Auctores etiam (*p*) *polygraphi* commemorari pluribus merentur in hiſtoria literaria. Sunt autem hi non vnius generis. Alii dicuntur verius, quam ſunt, polygraphi. Tales ſunt editores magnae molis operum alienorum, e. g. *Goldaſtus*, *Graeuius*, *Gronouius*, *Burmannus*, *Lünigius* (*q*). Tales item ſunt auctores librorum nec ingenio perfectorum nec induſtria elaboratorum, ac tironum duntaxat vtilitati dicatorum, quos aliorum potius caeca admiratio, quam ipſorum auctorum voluntas, protruſit in publicum. *Lutherum* ac (*r*) *Melanchthonem* hic nomino, quorum ſiue ex ore (*s*) ſiue ex calamo quicquid effluxit, cupide exceptum a diſcipulis preloque ſubiectum fuiſſe, quis neſcit?

§. 61.

(*p*) Vid. *Wowerius* Polymath. cap. 19. §. 216 ſeq. & *Morhofius* Polyhiſt. liter. lib. I. cap. 22. §. 29 ſeq. & *Bailletus* Iudic. T. I. p. 418 ſeq.

(*q*) Polygraphus igitur hic Lipſienſis, de iure Germaniae publico praeclare meritus, maiori iure *claros* inter *poligraphos* (hoc enim munere fungebatur Lipſiae,) adſcriberetur, quam inter *claros polygraphos*. Operum ab eo editorum catalogus exſtat in *Actis erud. Germ.* 69. p. 678 ſeq.

(*r*) Iudicium *Baelii* de πολυγραφια *Melanchthonis* vid. in eius Diction. v. *Melanchthon* p. 2096. edit. ſecundae.

(*s*) Non ſolum praelectionibus *Lutheri* in libros ſacros, e. g. in *Geneſin*, id accidit, ſed etiam eius ſermonibus familiaribus, quorum ingens volumen haudquaquam valet ad referendum *Lutherum* inter polygraphos. Vid. *Seckendorfius* Hiſt. Luth. lib. III. p. 187. *a*. Referri huc etiam *Spenerus* poteſt quodammodo, cuius in ſcriniis

§. 61.

2) *Veri nominis polygraphi. Alii mediocris eruditionis.*

(VII. §. XXIII.) Ii igitur demum ſunt habendi polygraphi, qui ipſi multa elaborarunt & luci (*t*) expoſuerunt publicae. Horum rurſus duo ſunt genera. Alii quippe mediocris eruditionis libros edunt, alii eruditiſſimos expolitiſſimosque. In priorem claſſem refero eos, qui tironum (*u*) in gratiam inſtitutiones edunt plurium diſciplinarum (*). Qualem quidem polygraphum dici ac polyhiſtorem, haud magna laus eſt. Cuilibet enim literarum profeſſori ea, quae didicit, ſuis exponere verbis, ſua proponere methodo, in promptu eſt, modo otium (*x*) ſuppetat & ſcribendi patientia. Quemadmodum igi-

aliis quicquid epiſtolarum theologici argumenti, quicquid concionum ſacrarum, poſt mortem repertum fuit, multis voluminibus publicam in lucem fuit editum. Idem *Gundlingio* accidit & *Rambachio*.

(*t*) Editores librorum non inſcite diuiſeris in *ordinarios* & *extraordinarios*. Illos voco, qui totos ſe dant ſcribendis libris, & ſingulis annis, vel etiam ſingulis Lipſienſibus nundinis, nouum librum emittunt, editoque vno libro ſtatim ſe accingunt ad componendum atque edendum alium. Horum induſtriam certos intra limites coercitam vult *Baelius* Diction. v. *Guil. Forbes* not. B.

(*u*) De diſtinctione, qua alii *docti* ſunt *inter doctos*, alii *docti inter ſtudioſos*, vid. *Acta Philoſ.* T. I. p. 1057 ſeqq.

(*) Hi *via compendiaria*, vt vulgo dicunt, ad immortalitatem graſſantur.

(*x*) Lege, quae Celeb. *Ioach. Langius* in praef. ad *Inſtitutiones* ſuas *ſtudii theologici literarias* differit de cauſſis ſuae πολυγραφίας, vbi etiam exhibet librorum a ſe edito-

igitur *Wagenſeilium*, virum aliis nominibus magnum, non fecit admirabilem *Pera* ſua *iuuenilis*, opus ſex voluminibus conſtans, & omnium paene diſciplinarum inſtitutiones exhibens; ſic nec admiramur *Calouium* ob magnum illum librorum catalogum, quem effigiei eius, *Bibliis illuſtratis* praefixae, inſtar phylacterii Iudaici ſubnexum videmus. Qui enim aliquo tempore philologiae, hinc philoſophiae, atque ad vltimum, theologiae quotidianus profeſſor eſt, in otioque viuit Academico, quam facile ei eſt, non indoctas conſcribere trium linguarum Grammaticas, totidem linguarum Lexica, inſtitutiones Logicas, Diſputatorias, Metaphyſicas, Rhetoricas, Poëticas, Epiſtolicas, Ethicas, Politicas, Phyſicas, Theologicas, praetereaque Hiſtoriam literariam, ciuilem, eccleſiaſticam, Conſilia & Reſponſa theologica, Corpus caſuum conſcientiae, Theologiam moralem, Theologiam polemicam, Commentarium in totam ſacram Scripturam, Conciones ſacras, Orationes, Diſputationes, Programmata, etc. (VII. §. XXIV.) Tot libros qui mediocri cum ingenio, tum diligentia (y) compoſuerit, is profecto nomen

torum catalogum. Quanta facilitate ſuos libros conſcripſerit, adeoque polygraphus factus ſit *Moshemius*, ipſe docuit, in Praefatione ad Tomum tertium Theologiae ſuae moralis.

(y) In hunc numerum referre audeo *Ciceronem*, eloquentia principem, eruditione non item. Ac ne quis me putet iniuria tantum Conſulem afficere, en confitentem reum lib. I. de offic. cap. 1. hiſce verbis: *Philoſophandi ſcientiam concedens multis, quod eſt oratoris proprium, videor mea iure quodammodo vindicare.* Inique & contra veritatem ita iudicauit Heumannus. Neque verba iſta,

men profiteri ſuum poteſt inter polygraphos, licet magnos ſeu praeclaros inter ſcriptores non item referatur a ſapientioribus. Tales ſunt omnes illi polygraphi, apud quos *in legem abiit*, vt *Morhofius* ait, *ſe mutuo exſcribere*; quo quidem nomine celebrari nouimus in primis *Auguſtinum* (*) *Barboſam*. Huius generis polygraphorum, quos a genitae prolis copia non male dixeris ſcriptores *proletarios*, plenam eſſe Germaniam noſtram, iamdudum (z) obſeruatum fuit. Scilicet cum vulgus, non virtutis, ſed molis magnitudinem reſpiciens, Goliathum maiorem eſſe heroëm Dauide credat, &, quo quis plures grandioresque libros edidit, eo eum eſſe ſapientiorem eru-

di-

ſta, quae inſignem modeſtiam produnt, neque ſcripta Ciceronis cuncta tam iniuſtam admittunt cenſuram. Saeculi ſui eruditiſſimus fuit, ingenii dotibus ac multiplicis lectionis copiis inſtructus; de ipſa adeo philoſophia egregie meritus. Vid. *Chph. Meinerſii* Orat. *de philoſophia Ciceronis eiusque in vniuerſam philoſophiam meritis*, quae inſerta eſt eius *Vermiſchten philoſ. Schriften* B. I. pag. 274 ſqq. Confer *Eiusdem Geſchichte des Verfalls der Sitten der Römer. Leipz.* 1782. 8. in princip.] Simile de *Corn. Celſo* iudicium eſt *Quintiliani* lib. XII. cap. 1. ſcribentis, eum, *mediocri* licet *virum ingenio*, tamen libros *conſcripſiſſe de omnibus artibus*.

(*) Librorum ab eo ſcriptorum indicem *Allatius* exhibet in *Apibus Vrbanis* p. 64 ſqq.

(z) Vid. *Acta Philoſ.* T. I. p. 646 ſqq. Datur igitur vitium aliquod eruditorum, quod *polygraphiſmum* vocare licebit. Perpetuus hic libros edendi pruritus cum inuadit iuuenes, literis nondum ſatis excultos, id potiſſimum mali habet, quod impedimento eſt profectibus in eruditione ſolida. Labor enim libros componendi aſſiduus eripit iis tempus ad meditandum & ad plura diſcenda neceſſarium: vt adeo tales Polygraphi pro *Docendo diſcimus*, de ſe dicere debeant: *Docendo dediſcimus*.

ditioremque, ſibi perſuadeat, factum eſt, vt quidam, populari (a) huic errori ſeſe accommodantes, feliciter obiecerint glaucoma oculis vulgi literati. Quanquam laus haec non ſolet eſſe diuturna, talium ſcriptorum libris breui intereuntibus ob ſucceſſionem aliorum, eandem cramben recoquentium: quod vel exemplum *Inſtitutionum logicarum* & *theologicarum* manifeſtum facit. Conuenit in eiusmodi polygraphos, quod *Euripides* (b) *Alceſtidi*, poëtae, reſpondit, ſe centum verſus citius ſcribere glorianti, quam tres effunderet *Euripides. Sed hoc*, inquiebat, *intereſt, quod tui verſus* (c) *in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus ſufficient.* Conuenit etiam in eos *Salomonis* (d) illud: *In multiloquio non deerit peccatum.* Vti igitur polygraphiam *Eraſmi* olim non laudabat *Io. Bapt.* (e) *Egnatius*, ſed vituperabat; ſic

(a) Aliter ſentit & ſapientius *Rol. Mareſius*, lib. I. epiſt. 50. ſcribens, *ſe breuis alicuius ſcripti, modo probi & exacte correcti, auctorem eſſe malle, quam eiusmodi inemendatorum, in quibus, oblita modi, milleſima pagina ſurgit, & creſcit multa damnoſa papyro. Thucydidem Lipſius* not. ad lib. I. Politic. cap. 9. iudicat *res nec multas nec magnas nimium ſcripſiſſe, ſed palmam fortaſſe praeripuiſſe omnibus, qui multas & magnas.* Scilicet, vt *Plinius* lib. IX. epiſt. 29. ait, *ſatius eſt, vnum aliquid inſigniter facere, quam plurima mediocriter.*

(b) Apud *Valerium Max.* lib. III. cap. 7. ext. 1.

(c) *Virgilius*, quaeſo, quot & quanta valuiſſet effundere carminum volumina! At iſto pacto male conſuluiſſet famae ſuae, minor futurus ipſa operum ſuorum mole.

(d) *Prouerb.* X. 19.

(e) In *Goldaſti* Centuria epiſt. philol. n. 35. p. 151. Ipſum vero *Eraſmum* ſibi placuiſſe *polygraphi* appellatione, apparet ex *Colloquio*, quod *Charonta* inſcripſit. Ibi enim p. m. 579. ſe *polygraphum vocat* κατ' ἐξοχὴν.

ſic *Balbinus* (*f*), Ieſuita, ingenue ad *Chriſtianum Weiſium*: *Tu non es*, inquiebat, *ex numero parientium*, *ſed vomentium. Tot annis ſingulis* (*g*) *Comoedias*, *tot Tragoedias*, *tot Applauſus pangis*, *vt legitimum tempus ad concipiendum*, *geſtandum*, *&* *pariendum deeſſe videatur.* Acute *Danhauerus*, in Dedicatione *Hodoſophiae* ſuae, huius generis polygraphorum morbum vocat *logodiarrhoeam*. (VII. §. XXV.) Inter hos ſemidoctos (*h*) ſcriptores alii memoria valent, alii ingenio. Ad prius genus refero, praeter modo dictos, eos, qui (*) libros vertunt ex ignotiore lingua in notiorem, ſcriptores excerptorum (*i*) hiſtoricorum, & alios, qui (*k*) non tam famae, quam fami, ſcribunt. Po-

(*f*) In *Epiſtolis Weiſianis* 1716. editis p. 298. *Launoius* ita de *Baronio* lib. VIII. epiſt. 15. *Calamus eius eſt calamus hominis velociter ſcribentis.* Quae verba ſiniſtro ſenſu repetita ſunt e *Pſalmo XLV*. 1.

(*g*) Recordor hic poëtae Hiſpani, *Lupi de Vega*, mille & octingentarum comoediarum ſcriptoris: de quo *Bailletus* T. IV. Iudic. P. II. p. 61 ſqq.

(*h*) Nolim hoc quisquam in contumeliam accipiat. Poteſt enim aliquis in vna diſciplina eſſe exactae eruditionis, in alia vix mediocris. Memini, an. 1709. in *Actis ſemieruditorum*, quae tum prodibant, etiam *Schurzfleiſchium*, virum alioqui ſummis eruditiſſimisque annumerandum hominibus, libri neſcio cuius nomine comparere.

(*) De tali *Bailletus* Iudiciorum T. II. P. III. p. 526 ſqq. agit, ſcilicet de *Michaële de Marolles*, ſedulo quidem illo, ſed infelici veterum librorum interprete: cuius vitam & *Niceronius* deſcripſit in Tomo XXXII. vid. & *Rol. Mareſii* lib. II. epiſt. 25.

(*i*) E. g. *Eraſmus Franciſci*, *Chriſt. Franc. Paullini*, *Iac. Dan. Erneſti.*

(*k*) Inter hos, tot Graecorum librorum interpretem, *Guil. Xylandrum*, refert *Huetius*, de interp. p. 278 ſqq.

Poſterioris generis *Cardanus* eſt & (*l*) *Campanella*, & ſimiles nugarum harmamaxarii: quorum vnus *Quirinus Kuhlmannus* (*m*) futurus erat, ſi vita ei ſuppetiiſſet & opportunitas.

§. 62.

Alii praecipuae dignitatis.

(VII. §. XXVI.) Ad polygraphos eruditiſſimi ingenii vt veniam, horum alii hiſtoricorum voluminum, alii philoſophicorum, (quo ſub titulo omnes proprii iudicii ingeniique felices fetus volo comprehenſos,) publicatione nobilitarunt nomina ſua. Inter priores quis non agnoſcit *Voſſium*, *Hottingerum*, *Morhofium*, *Fabricium*? inter poſteriores *Cuiacium*, *Petauium*, *Thomaſium*, *Clericum*? Vocat hos *Morhofius* (*n*) recte *heroas literarios*: quorum eſſe arbitror, ſcribere non ſcripta prius, vel ſaltim non ſatis ante elaborata perfectaque: qualium editione librorum plurimorum etiam (*o*) *Dallaeus* inclaruit, itemque *Conringius*.

§. 63.

(*l*) Huius librorum catalogum vide in *Actis Philoſ.* T. I. p. 545 ſq. Memoratu dignum videtur, *Campanellam* fuiſſe virum ſui nominis. Cum enim *Campanella* Italis ſignificet *tintinnabulum*, maiorem profecto in modum per orbem reſonuit nomen *Campanellae*, & ipſe ſtuduit ſe decantari vbique terrarum ac gentium, ſimilis *Apioni* Polyhiſtori, quem Tiberius *cymbalum mundi*, Plinius *publicae famae tympanum* appellabat.

(*m*) Vid. *Morhofius* Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 20. §. 5. & lib. II. cap. 5. §. 63 ſqq.

(*n*) Lib. I. cap. 22. §. 37.

(*o*) Suopte hic exemplo docuit, non eſſe verum in vniuerſum, quod ſcripſerat lib. I. *de vſu patrum* cap. 5. p. 139?

§. 63.

Exempla polygraphorum.

(VII. §. XXVII.) Operae pretium facturus videor, ſi praeter eos, quos iam memoraui, celebriores omnis aeui polygraphos, quotquot quidem nunc recordor, in medium producam. E priſco igitur aeuo magna nomina ſunt (α) *Epicuri*, *Chryſippi*, *Varronis* (p), *Ciceronis*, *Plinii maioris* (*), *Didymi* (q) grammatici, *Origenis* (r), *Didymi* (s) *Alexandrini*, *Chryſoſtomi* (t), (u) *Auguſtini*;

p. 139: *Doctiſſimi quique pauca ſcribunt*, inquiens; *neque alios fere, quam indoctos, inſanabile illud ſcribendi cacoëthes tenet.*

(α) A *Laërtio* lib. X. 26. vocatur *Epicurus* πολυγραφώτατος. Ibidem loci *Chryſippi* πολυγραφία memoratur: & §. 25. *Zeno* quoque Epicureus appellatur πολύγραφος ἀνήρ.

(p) *Multimoda ſatis verendus ſcriptorum numeroſitate Varro*, inquit *Sidonius Apollinaris* carm. 23. p. 376. Ac fortaſſe hanc ipſam ob cauſſam contigit *Varroni*, vt appellitaretur *Romanorum doctiſſimus*.

(*) Conf. *Plin. iun. Epiſt.* 5. *Lib. III.*

(q) *Hoc* Didymo *nemo plura ſcripſit*, inquit *Quintilianus* lib. I. cap. 19. fine.

(r) Vid. *Euſebius* Hiſt. eccl. lib. VI. cap. 32. De hoc Origene, *Vincentius Lirinenſis* in Commonitorii cap. 23: *Nemo mortalium plura ſcripſit.*

(s) Vid. *Hieronymus* Catal. ſcript. eccl. cap. 109: *Montefalconius* in Prolegom. ad *Palaeogr. Graec.* p. 22.

(t) De hoc omnino vid. *Suidas* v. Ἰωάννης. *Graecorum Patrum, quorum exſtant lucubrationes, ſine controuerſia* πολυγραφώτατος *fuit Chryſoſtomus*, inquit *Riuetus* lib. IV. Critici ſacri cap. 1.

(u) Vid. *Gennadius* de ſcript. eccl. cap. 38.

ſtini; ex aeuo medio *Ioſephi* (x) *videntis*, *Michaelis* (xx) *Pſelli*, *Thomae Aquinatis*, *Alberti M.*, *Alphonſi* (y) *Toſtati*, *Dionyſii* (z) *Carthuſiani*; ex iunioribus (a) *Athanaſii Kircheri*, *Ioannis Caramuelis*, *Gregorii* (b) *Leti*, *Caluini*, *Coccei*, *Ioannis* (c) *Gerhardi*, *Ahasueri Fritſchii*, *Theophili* (d) *Raynaudi*, *Iacobi* (e) *Gretſeri*, *Abrahami* (f) *Bzouii*, *Alberti* (g) *Miraei*, *Barthol.* (h) *Keckermanni*, *Andreae* (i) *Tiraquelli*, *Caroli* (k) *Sorelii*, *Petri Gaſſendi*, *Balthaſaris* (l) *Bonifacii*, *Chriſtoph. Cellarii*, *Io. Henrici* *Maii*,

(x) Vid. *Hottingerus* Biblioth. quadrip. P. III. cap. 2. 235. De hoc *Ioſepho* differens *Wolfius* Bibl. Hebr. §. 970. p. 564. non meminit eius πολυγραφίας.

(xx) Hunc *Allatius* lib. de *Pſellis* §. 33. vocat *omnium* πολυγραφώτατον.

(y) Hunc *copia librorum ſcriptorum omnes mortales ſuperaſſe*, credit *Caſaubonus* in *Caſaubonianis* a *Wolfio* editis p. 25.

(z) Vid. *Trithemius* de ſcript. eccl. cap. 820.

(a) Polygraphos ſaeculi decimi ſeptimi recenſet *Wittenius* Praef. ad *Diar. biogr.* lit C. fol. 4. Idem ad a. 1669. d. 24 Octobr. memorat Anglum polygraphum, *Guil. Prynnium*, quem *alterum* vocat *Alphonſum Toſtatum*.

(b) Vid. *Miſcell. Lipſ.* T. X. p. 27 ſq.

(c) Vid. *Fiſcherus* in Vita eius p. 368. & 374 ſqq. *Gerhardum* hunc, ob librorum ipſius inſignem multitudinem, *Adamantium* (id eſt, *Origenem*) *Germanicum* vocat *Calouius* in Praef. gener. praemiſſa *Bibliis illuſtratis*.

(d) *Acta erud.* Suppl. T. VII. p. 104.

(e) *Miraeus* de ſcript. ſaeculi XVI. cap. 195.

(f) Ibidem cap. 161.

(g) Vid. ipſe *Auctar. ſcript. Eccl.* p. 108 ſq. & p. 119.

(h) *Wittenii* Diar. biogr. a. 1609 d. 25 Iulii.

(i) *Sammarthanus* Elog. Gall. lib. I. cap. 29.

(k) Hic ipſe edidit catalogum librorum ſuorum, annexum ſuae *Bibliotheque Françoiſe* p. 349 ſqq.

(l) Hic permagnum editorum ab ſe librorum catalogum

Muli, *Gothofr. Arnoldi*, *L. E.* (m) *Dupinii*, *Iacobi* (n) *Baſnagii*, *Nic. Hier. Gundlingii*, *Io. Franc. Buddei*, *Io. Andr. Schmidii*, & qui primo loco nominandus erat, (o) Papae *Benedicti XIII.* Ex iis, qui ſuperſunt, vel non ita pridem vita exceſſerunt, non debeo ſilentio praeterire *Io. Albr. Fabricium*, *Chriſtoph. Matth. Pfaffium*, *Burc. Gotth. Struuium*, *Ioan. Marckium*, *Ioannem* (p) *Clericum*, *Val. Ern. Loeſcherum*, *Io. Chriſtoph.* & *Chriſtianum Wolfios*, *Io. Petrum Ludouici* ſiue *de Ludewig*, *Ioach. Langium*, *Io. Laur. Moshemium*, *Io. Georgium Walchium*, *Sigm. Iac. Baumgartenium.* Addamus hos: *Camp. Vitringam*, *Aug. Calmet*, *Rich. Simon*, *Chr. Guil. Franc. Walchium*, *Io. Gottl. Heineccium*, *Iuſt. Henn. Boehmerum*, *Chr. Godfr.* & *Godfr. Dan. Hoffmannos*, *G. H. Ayrerum*, *Io. Iac. Moſerum*, *Fr. Hoffmann*, *Alb. Haller*, *Io. Dau. Koelerum*, *Chr. G. Schwarz*, *Io. Matthi. Geſnerum*, *Io. Aug. Erneſti*,

O 3 *Io.*

logum exhibet, *Hiſtoriae ludicrae* lib. XX. cap. 15., praemiſſa hac praefatiuncula: *Hac nos quoque vbertate donati inter polygraphos merito numeramur. Atque vtinam tam bonos, quam multos, ingeniolum noſtrum partus produxerit!*

(m) Vid. *Iournal literaire* T. I. p. 203. *Dupinii* πολυγραφίαν, & nata hinc peccata plurima docte exagitat *Rich. Simonius* in *Critique de la Bibliotheque eccl. du M. Dupin.* Vid. inprimis T. I. p. 85. 86. 87. & 324.

(n) De quo vid. *Acta erud. Germ.* P. 130. p. 700.

(o) Eius catalogus librorum exſtat in *Ioan. de Nicaſtro Pinacotheca Beneuentana*, Beneuenti 1720 excuſa: itemque in Tomo II. *Echardi* de ſcriptoribus Dominicanis p. 815 ſqq. ſub nomine *Vincentii Mariae Orſini*, quod nomen tum gerebat adhuc Cardinalis.

(p) Hic de ſua ipſius polygraphia permodeſtum fert iudicium T. XVI. Biblioth. anc. & mod. p. 423.

Io. Iac. Reiskium, *Fr. Ar. Voltarium* ipſumque noſtrum *Chph. Aug. Heumannum*. Adiungere etiam licebit polygraphas mulieres, *Scuderiam*, *Guioniam*, & *Burignoniam*; & regem polygraphum *Fridericum Magnum*.

§. 64.

Agraphi.

(VII. §. XXVIII.) Caeterum cum non ſolum peccent eorum permulti, qui nimium ſcribunt, verum etiam nil ſcripſiſſe aliquando ſit in vitio, hanc arripio occaſionem, quaedam diſſerendi de (q) ἀγράφοις, vt ſic loquar, eruditis. Ex veteris aeui philoſophis *Pythagoras*, *Socrates*, & *Epictetus* ſolo ore docuerunt, rati, non magis prodeſſe humano generi, qui libros ſcribant bonae frugis, quam qui totos ſe dent erudiendae iuuentuti, atque ita plures faciant idoneos ad praecepta ſapientiae tum viua voce, tum ſcribendis libris optimis propaganda. Inter agraphos recentiores *Franciſcum Roaldeſium*, ICtum Gallum, laudat (r) *Sammarthanus*, qui tamen, cum idem de *Petro* (s) *Daneſio* refert, erraſſe depre-

(q) De doctis *agraphis* non nihil reperies in *Mart. Hankii* Orationibus a. 1673 editis p. 203 ſqq. Et *Bierlingius* a. 1702. emiſit Rintelii Diſputationem *de cauſſis, cur nonnulli eruditi nihil in lucem emiſerint:* in qua tamen exempla agraphorum omiſit. *Crenius* vero aliquot agraphos nominatim producit P. IV. Animaduerſ. philol. p. 228 ſqq. Veteres Romanos doctiſſimos, qui nihil ſcripſerunt, exhibet *Falſterus* in *Memoriarum obſcurarum* Parte ſecunda.

(r) Elog. lib. IV. cap. 1. Sic & *Thuanus* lib. 96. p. 313.

(s) Lib. I. cap. 9. vbi vid. annotatio mea. Idem teſtatur Thuanus lib. XLIII. p. 112.

prehenditur. Verius adiungit *Iacobum* (t) *Fatum*, quem ideo ait a libris ſcribendis abſtinuiſſe, quod & vanae gloriae ſtudium fugiendum videretur, & ineptum putaret, poſt abſolutiſſimas tot veterum lucubrationes, publicare libros nouos. Sed quam inepta ſit haec excuſatio, cum perſpicuum ſit, cumque ſolis iis ea placere queat, quos tenuitatis ſuae conſcientia tacere cogit, iis, qui ſcribere valent vtiliſſima lectuque digniſſima, illud *Ciceronis* (u) obiicio: *Communis vtilitatis derelictio eſt contra naturam*, hoc eſt, contra ius naturae. Ac, ne poëticum illud mihi quis occinat: *bene qui latuit, bene vixit*, ſententiam audiamus (x) *Senecae*: *Illi latere ſciunt, non viuere. Multum autem intereſt, vtrum vita tua otioſa ſit, an ignaua.* Iterum eum audiamus: *Vindis*, *epiſt. LX.* inquientem, *qui ſe vtitur: qui vero latitant & torpent, ſic in domo ſunt, tanquam in conditiuo*, hoc eſt, ſepulcro. Concludatur eiusdem Sophi praeclaro (y) illo: *Eruditionem nec iactare debes, nec abſcondere.* (VII. §. XXIX.) Sed redeo ad *Sammarthanum*, qui alium nobis ἄγραφον *lib. IV. cap. 13.* producit, *Claudium Puteanum*, quem eo magis dolendum eſt a ſcribendo abſtinuiſſe, quod

(t) Lib. IV. cap. 3. n. 11.
(u) Lib. III. de Officiis cap. 6.
(x) Epiſt. 55. Audiamus & *Ambroſii* verba lib. I. Offic. cap. 3: *Si pro otioſo verbo reddemus rationem, videamus, ne reddamus & pro otioſo ſilentio.* Nec illud *Siracidae* praetermittamus cap. XX. 32: *Sapientia occulta* (Perbene *Lutherus*: *Ein weiſer Mann, der ſich nicht brauchen läſſet,*) *& theſaurus abditus, quae vtilitas in vtroque?*
(y) Epiſt. 19.

quod, ſi *Cuiacio* (z) fides, *vir* fuit *& diſciplina omni inſtructiſſimus, & ingenio prudentiaque acutiſſimus.* Adiungo *Octauianum* (a) *Pantagathum*, quem eam ob cauſam, quod e doctrinae ſuae fonte vberrimo nihil profluere in publicum paſſus eſt, *Lipſius* (b) vocat *vinum magnum, altum, & qui eſſe doctis eligeret, quam videri.* Adiungo item Lazarum *Bonamicum*, quem *nunquam adduci potuiſſe*, ſcribit *Imperialis* in *Muſeo* ſuo *hiſtorico*, *vt viuens aliquid ſui typis excuderet*: cui propterea indignabundi acclamaſſe dicuntur amici: *Lazare, veni foras.* Refero huc etiam *Ioannem Gelidam*, de quo praeclarum exſtat *Thuani* teſtimonium in libri XVII. exitu: & *Aemarum Ranconetum*, de quo idem lib. LXIII. p. 451. & lib. LXXIV. p. 96. De ἀγραφίᾳ *Magliabecchii* differit *Noriſius* in Tomo XII. Operum *Auguſtini* p. 517. Nec omittendus *Fridericus Myconius*, qui hanc (c) afferebat ſuae ἀγραφίας excuſationem: *Scio, multos voluiſſe, vt cauſſam Chriſti & Lutheri etiam ſcribendo & libris ac commentariis adiuuarem: Sed videbam, ad quid maxime vocatus eſſem, vt eſſem vox clamans* ad

(z) Obſeruat. lib. XVII. cap. 20. Conf. *Kleſekeri* Biblioth. praecocium p. 303 ſqq.

(a) De eo vid. Elogia *Teiſſerii*, & *Miraeus* de ſcript. ſaeculi XVI. cap. 99. Huic *Pantagatho* cum acciderit, vt alii ipſius emendationes criticas publicarent ſparſim, obſeruo, etiam *Gatakerum* lib. II. Cinni ſui cap. 10. 11. & 12. duorum agraphorum, *Guil. Maii* & *Io. Leifeldii* doctas aliquot S. Scripturae locorum interpretationes ab interitu vindicaſſe ſuoque muniiſſe ſuffragio.

(b) Comment. in *Tacitum* p. 98.

(c) In epiſtola ad *Eberum* a. 1546 ſcripta, & nuper a *Io. Ge. Iunckero* edita poſt *Ant. Probi* de Myconio *Orationem* p. 82.

ad parandam viam Domini. Et videbam, Spiritum S. nunc dediſſe ſcribam doctum, linguas eruditas & prorſus igneas: ita vt ſuperbia eſſet, ſi ego vellem poſt Lutherum, Philippum, Brentium fieri aliquis coruus aut graculus. Ludouicum quoque *Tronchinum* huc refero, theologum Geneuenſem, de quo ita (*d*) *Turretinus: Fuit, liceat dixiſſe, fuit vna eius virtus, quae publico commodo non parum noceret. Modeſtiam intelligo. Cum enim eximias lucubrationes magno cum literarum fructu potuiſſet emittere, tamen adeo modeſte de ſe ſuisque ſentiebat, vt nullum fere ingenii ſui monumentum reliquerit.* Alium nuper eadem vrbs habuit agraphum doctiſſimum, *Ioannem Robertum Chouetum*: cuius vitam exhibet *Bibliotheque Italique* T. XII. p. 107 ſqq. Digna item eſt, quae legatur, *Mart. Schenckii* (*e*) epiſtola, qua & ſuam ἀγραφίαν excuſat & aliorum πολυγραφίαν reprehendit. Etiam *Mart. Ruarus*, qui tamon (*f*) *Sam. Naerani* ἀγραφίαν accuſat, voluit eſſe (*g*) vnus ex agraphis. Quanquam is ſcripſerat nonnulla, ſe mortuo edenda, quae vellem non periiſſent, (fuit enim vir inſigni & iudicio & eruditione & eloquentia & modeſtia praeditus: vt dolendum ſit, tot tantisque virtutibus coniunctam fuiſſe Socinianam haereſin:) ſi vere ſcripſit ipſius filius in praefatione ad *Epiſtolarum Centuriam ſecundam: ea ita comparata fuiſſe, vt nullius conſcientiam ſint turbatura; ſed ſolummodo ad mores corrigendos pietatemque colendam incitatura.* Denique

(*d*) Opuſc. T. I. p. 277.
(*e*) In *Schelhornii* Amoen. lit. T. X. p. 1051 ſqq.
(*f*) Epiſt. p. 311.
(*g*) Vid. eius Epiſt. p. 192. & 195. Conf. *Zeltneri* annot. p. 2.

que illud memoratu dignum videtur, quod *Adrianus* (*h*) *Cattenburgius*, cum in locum *Limborchii* fieret Profeſſor theologiae, nullum adhuc librum ediderat, qui ex eo tempore praeclaris ſcriptis nobile conſecutus nomen eſt.

§. 65.

Agraphorum tres claſſes.

(VII. §. XXX.) Vltimo loco obſeruo, tres eſſe claſſes doctorum hominum τῶν ἀγράφων. Alii nec voluntatem habent ſcribendi nec facultatem: hique ſcriptores librorum, etiam eruditos, contemnere (*i*) ſolent, quaſi otio ſuo abutentes & ſuperuacaneis fungentes laboribus. Ipſorum vero ſilentium prudentiae fructus eſt: quippe, vt habet tritum illud, *dum tacent, philoſophi* (*k*) *manent*. Alii & facultatem ſcribendi habent & voluntatem, ſed (*l*) otio & aliis opportunitatibus deſtituuntur: quos quidem nemo

(*h*) Vid. ipſius Bibliotheca ſcriptorum Remonſtrantium p. 31 ſq.

(*i*) Notat hoc agraphorum vitium *Frid. Spanhemius* in Praef. ad Dub. Euang. P. II. p. 2. Scilicet facilius eſt, orbi literato reddere *Zoilos*, quam *Homeros*.

(*k*) Id eſt, eruditi habentur a vulgo: cum contra alii illud *Alexandri* laudent apud *Curtium* IV. 14. 3: *Ob id ipſum, quod ignoti, ignobiles ſunt. Nunquam ignorantur viri fortes.*

(*l*) Vid. *Poecile* mea T. I. lib. 4. p. 540 ſqq. Caeterum hi pulchre fecerint, ſi ſuas meditationes, quibus noua nec ante cognita eruerunt, breuiter literis mandent, ac tum publicent. Tantulum enim otii nemini deeſt. Ac talia publicandi occaſionem praebuerunt editores *Bibliothecae Bremenſis*, *Miſcellaneorum Lipſienſium*, ac ſimilium ſyllogarum.

mo reos egerit peccati, modo vera ſit haec excuſatio. Denique aliis & facultas & otium ſuppetit ad ſcribendum, qui tamen ſiue ignauia, ſiue timore quodam (*m*) auocantur ab augendis hac ratione reipublicae literatae commodis. Nam multos cenſorum etiam literariorum petulantia deterruit, quae ſubinde graſſata eſt. Hos ego cum peccare non dubitem, tamen facile aſſenſerim, ſi quis, peccatum tantummodo veniale ab iis peccari, in tanto ſcriptorum bonorum prouentu, contendere voluerit. Nec multum oratores agraphos peccare exiſtimo, *qui*, vt ait (*n*) Cicero, *putant, maiorem viſum iri ſuam dicendi gloriam, ſi in exiſtimantium arbitrium ſcripta ſua non venerint.*

§. 66.

Epiſtolographi.

(VII. §. XXXI.) Reſtant aliqua genera ſcriptorum, qui ad rem literariam augendam & illuſtrandam prae aliis multa attulerunt, quorum notitia atque vſus in hoc ſtudio deſiderari non debet. Primo *Epiſtolographi* ſingularem conſtituunt auctorum claſſem, agitque de iis *Morhofius* (*o*) duobus in capitibus. Addatur *Ad. Rechenber-*

(*m*) Has duas ἀγραφίας cauſas iam olim protulit *Plinius* lib. VII. epiſt. 25. *O quantum eruditorum*, inquit, *aut modeſtia ipſorum aut quies operit & ſubtrahit famae!* Acutius vero de talibus iudicat *Horatius* lib. II. ſat. 3. v. 13: *Inuidiam placare parant, virtute relicta.*

(*n*) In *Bruto* cap. 24. Talis agraphus erat *Ge. Goezius*, Superintendens Ienenſis, qui nullam ſuarum concionum, quas tamen audientes admirabantur & magnifice praedicabant, edi paſſus eſt.

(*o*) Polyhiſt. lib. I. cap. 23. & 24. & Colleg. Epiſtolic. P. I. cap. 1.

bergii Schediaſma philol. *de vſu epiſtolarum clauor. & illuſtr. virorum.* (Lipſ. 1693. 4.) & *Buddei* (*) Diſſertatio *de aucta inſigniter per recentiſſimas quasdam epiſtolarum collectiones re literaria.* Multum ſane prodeſt epiſtolarum lectio in hiſtoria cum (p) literaria, tum & reliqua. *Hiſtoria epiſtolaris omnium certiſſima eſt*, inquiebat Alexander VII. P. M. ad *Ioannem Bonam*; cuius epiſtola, in qua id refert, reperitur in *Acheriano* (q) *Spicilegio.* Scilicet epiſtolae ſunt colloquia familiaria, in quibus multa proferuntur, quae vel non ſuſtinemus (*) narrare publice, vel libris inſerendi vix vllam habemus occaſionem; vt adeo epiſtolis eru-

(*) Adiecta eſt *Supplemento Epiſtolar. M. Lutheri. Halae* 1703. 4.

(p) Adeo vtilis eſt lectio epiſtolarum in hiſtoria literaria, vt aperte fatear, me ex *Epiſtolis* illis *obſcurorum virorum* multa didiciſſe, hiſtoriam illam vel illuſtrantia vel locupletantia. Aliquando etiam e *Sidonii Apollinaris epiſtolis* cognoui ſtatum rei literariae, qui fuit ſaeculo quinto in Gallia, ſimulque nomina virorum ingenio excellentium, qui illo temporis tractu magna doctrinae laude inter Gallos floruerunt. Quam notitiam exhibui in ſingulari Diſſertatione, *Primitiis* meis *Academicis* inſerta p. 156 ſq. Lege praeclare de vſu epiſtolarum in hiſtoria literaria diſſerentem *Meibomium* in Additamentis ad *Vogleri* Introductionem in notitiam librorum p. 150 - 160. & *Hottingerum* Biblioth. quadrip. P. I. cap. 6. p. 108 ſq. qui ibidem conſilium dat p. 110. de inſtituenda Societate epiſtolica: quod etiam *Tenzelio* venit in mentem *Biblioth. curioſae* a. 1704. p. 200 ſq.

(q) Tomo I. (in folio) p. 583.

(*) *Chamierum*, *Bochartum*, & *Molinaeum* pro fabula habuiſſe vulgarem traditionem de Ioanna Papiſſa, non ex eorum libris cognoſcimus, ſed ex epiſtolis priuatim ad familiares ſcriptis, poſtque eorum ex hac vita ex-

eruditorum contineatur *hiſtoria literaria anecdota.* Vere *Lipſius* in Praefatione ad librum I. *epiſtolarum miſcellarum: Detegimur,* inquit, *in epiſtolis, & ſubiicimur oculis paene nudi. Noſſe me aut alium vis? Epiſtolas lege, quae depingunt. Ingenii mei, affectus, iudicii, imo & vitae, non vana imago iſtic. Alibi fucus & ſimulatio habitat: hic candor, hic veritas, & nonniſi natiuus ille color.* Conſequitur hinc, plura arcana literaria in illis reperiri epiſtolis, quas ſcriptor ſperat ab vno tantum lectum iri, quam in iis, quas auctores ipſi publicant. Vnde epiſtolae, quae poſt mortem demum ſcribentium eduntur, ſunt habendae pro teſtibus & fidelioribus & loquacioribus. Sed videndum tamen, ne palam propoſitis, quae amici ad amicos ſub fide taciturnitatis apertius ſcripſerant, omnem amicitiae fidem tollamus. Talis *eruditae proditionis* exempla aliquoties obuia, quamuis in aliena re, eruditorum amicitiam mutuam non tam cautam, quam ſuſpicioſam reddunt, omnique familiaritatis vſu eruditorum vitam priuant. Quo quid triſtius cogitari poteſt! Nam ad vitae humanae iucunditatem id primum & maxime neceſſarium, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum. Caeterum inter epiſtolas hiſtoriam literariam (α) illuſtrantes praecipuae

exceſſum demum publicatis. Vid. mea Diſſ. *de Iohanna Papiſſa* §. VI. Etiam in *Speneri Conſiliis theologicis,* tum Latinis tum Germanicis, multa minus libere ſcripta fuiſſent, ſi publice ea exhibuiſſet, non priuatim perſcripſiſſet ad amicos.

(α) *Baſilii* M. epiſtolae quam multum illuſtrent hiſtoriam ſaeculi quarti eccleſiaſticam, his verbis docet *Dupinius* Biblioth. eccl. T. II. p. 268. *In huius epiſtolis* con-

cipuae ſunt epiſtolae *Eraſmi*, *Melanchthonis*, *Mureti*, *Eobani Heſſi*, *Petrarchae*, *Boxbornii*, *Rolandi*, *Mareſii*, *Grotii*, *Voſſii*, *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Lipſii*, *Salmaſii*, *Sarrauii*, *Reineſii*, *Patini*, *Richteri*, *Baelii*, *Rich. Simonii*, *La Croze*, *Leibnitii*, *Quirini*, *Halleri* cet. Maiorem quoque in modum iure laudatur *Burmanniana epiſtolarum literariarum ſylloge*, quae in quinque maioris formae voluminibus Leidae publicata fuit an. 1727. & *I. L. Vblii Sylloge noua epiſtolarum. Norimb. 1760-1769. Vol. I-V. 8.* Ipſa epiſtolographorum notitia duas habet partes: altera *diuerſorum collectiones*, altera *ſingulorum eruditorum* epiſtolae editae recenſentur. Quem recenſum, vtpote ampliſſimum, cum huius libri ambitus haud capiat, cognoſcendi cupidos ad *Biblioth. H L. Struu. Iugler.* II. p. 1593-1634. ablegamus; quo libro, *primo* Collectiones diuerſorum ordine chronologico, *deinde* ſingulorum epiſtolae ord. alph. deſcribuntur.

§. 67.

Commendantur Excerpta ex epiſtolis facienda.

(VII. §. XXXII.) Ne vero tot ineptiis, totque inutilibus lectori rebus, quibus ſcatere ſolent epiſtolae familiares, oneretur orbis literatus, ſed labor legentium compendifiat, ſapienter

ter

conſpicitur tota hiſtoria illius aetatis ad viuum depicta, varii ingeniorum characteres, ſingularum partium rationes oppoſitae, cauſſae, propter quas agerent, & quibus artibus res ſuas ad optatum finem adducerent. Ibi ſtatus Eccleſiarum Orientalis & Occidentalis viuidis & natiuis coloribus adumbratus eſt. Et quam vtiles ſunt Epiſtolae Theologorum ſaeculi XVI. a *Fechtio* editae grandi volumine! *Epiſtolae item Remonſtrantium!*

ter excogitatum fuit a quibusdam, vt ex epiſtolis literatorum nondum editis excerpantur & edantur duntaxat, quae cognouiſſe iuuet lectores, & quibus partim amplificetur, partim emendetur hiſtoria literaria. Hoc modo *Tenzelius* (r) excerpta ex *Mutiani Rufi* epiſtolis protulit in primo *Hiſtoriae Gothanae* Supplemento, eiusque ſecutus eſt veſtigia *Struuius* in *Actis literariis*, *Ritmeierus* in *Conringianis epiſtolicis*, Editor *Nouae collectionis librorum rariorum* faſcic. III. p. 548 ſqq. Ipſe quoque talia excerpta epiſtolica edidi tum in laudatis *Struuii Actis literariis* faſcic. VIII. p. 30 ſqq. & p. 67 ſqq. tum in *Poecila* mea, quam pluribus locis ornarunt eiusmodi excerpta, liberaliter mihi magna epiſtolarum MSS. volumina ſuppeditante illuſtri illo *Vffenbachio*.

§. 68.

Docti peregrinatores.

(VII. §. XXXIII.) Proxime ſe applicant merito epiſtolis his literariis *Itinera litteraria*, quorum auctores ea diligenter deſcribunt, quae ſuis ipſimet oculis deprehenderunt, ad literariam hiſtoriam pertinentia. Primo loco eſt memorandus *Baudeloti Dairualii* liber Gallicus, iterum an. 1693 editus Lutetiae, deinde Rotomagi, 1727. 2 Voll. 8., *de vtilitatibus itinerum literariis*: cuius argumenti & ſunt tres lectu digniſſimae *Orationes*; *Io. Fabricii de vtilitate, quam Theologiae ſtudioſus ex itinere Italico capere poteſt*, Altdorfii 1678; *Andr. Ad. Hochſtetteri de vtilitate peregrinationis Anglicanae*, Tubingae 1697; & *Bernh.*

(r) Vid. ipſe Biblioth. cur. a. 1704. p. 202.

Bernh. Raupachii de vtilitate peregrinationis Danicae, cum acceſſione multarum annotationum iterum edita Hamburgi 1717. Latius patet *Io. Dau. Koeleri* inſtitutio ad prudentiam hodoeporicam edita ſub titulo: *Anweiſung zur Reiſeklugheit für junge Gelehrte — neu bearbeitet und mit berichtigenden Anmerkungen von Io. Fr. Aug.* Kinderling. *Magdeb. 1788. 8.* Ipſorum vero huius generis Itinerariorum haec ſunt potiora. *Nic. Clenardi Epiſtolarum* (in itinere ſcriptarum) *libri* (s) *duo*, Mabillonii *Iter Germanicum*, Monteſalconii *Diarium Italicum*, Benthemii *Iter Hollandicum literarium*, eiusdem *Iter Anglicum*, Burneti *Iter per Heluetiam & Italiam*, Iac. Sponii & Ge. Wheleri *Itinerarium*, Iac. Tollii *Epiſtolae itinerariae*, Maxim. Miſſonii *Iter Italicum*, Franciſci & Andreae Schottorum *Itinerarium* (t) *Italiae*, Turnefortii *Iter in orientem Regis ſui iuſſu* (u) *ſuſceptum*, Martinii ac Durandi, Congregationis S. Mauri monachorum, *Itineraria* (x) *literaria*, Iodoci Sinceri (quo ſub nomine latere placuit *Iuſto* (y) *Zinzerlingio*,) *Itinerarium Galliae*, Argentor. 1617; Gottfr. Hegenitii *Itinerarium Friſio-Hollandicum* & Abr. Ortelii *Gallo-Brabanticum*, Lugd. Bat. 1630; Abr. Goel-

(s) *Rariores* eſſe has Epiſtolas, obſeruat *Morhoſius* lib. II. Polyhiſt. liter. cap. 10. §. 35. Idem monetur in *Bibliotheca Reimmanniana* p. 944. vbi & accurata exhibetur earum recenſio. Meis in manibus eſt editio nitida Wecheliana anni 1606.

(t) Huius optima & locupletiſſima eſt editio Amſtelodamenſis anni 1655.

(u) Recenſetur in *Actis erud.* 1719. p. 195 ſqq.

(x) Vid. *Acta erudit.* 1718. p. 488. & an. 172 p. 84.

(y) Refert id *Ge. Richterus* Epiſt. p. 90.

Goelnitzii *Vlyſſes Belgico-Gallicus*, ibidem editus an. 1631. Adiungo Theophili Daſſiliandri *Commentarium itinerarium*, & Io. Raii *Iter per Germaniam, Italiam & Galliam*: quorum priore doctos Italiae viros eorumque opera laudari; poſteriore, quicquid ad viros doctos, rem literariam, & ſcripta doctorum, pertinet, diligentiſſime deſcribi, teſtis eſt (z) *Morhofius*. Hagae etiam 1735 prodiit (*Caroli Stephani Iordani*) *Voyage litteraire, fait an. 1733. en France, en Angleterre, & en Hollande*, recenſeturque in *Bibliotheque raiſonnée* T. XV. p. 307 ſqq. Denique addo, auctorem *Bibliothecae curioſae*, quae Trevoltii an. 1704 prodiit, tomi ſecundi quarto in capite, admodum venuſtam exhibere ideam ſuſcipiendae per Italiam peregrinationis literariae *pag. 48-78.* Acceſſere deinceps plures, vt perelegans *Keysleri* Itinerarium, & *Ge. Wilh. Alberti Briefe von dem allerneueſten Zuſtande der Religion und der Wiſſenſchaften in Groſsbritannien*. Permultae autem aliae itinerum deſcriptiones ſimul cum rebus politicis ac naturalibus, etiam literarias complexae ſunt. Quas omnes ſi recenſerem, inſigniter augeri poſſet hic liber, tam permultis antiquioribus, ab Heumanno omiſſis, quam haud paucis recentioribus. Sed quum interea deſcriptorum itinerum recenſus a *Stuckio* peculiari libro propoſitus ſit, infra in notitia librorum commemorando, nec haec rei literariae epitome talium librorum bibliothecam capiat, nos eo & ad *Biblioth. H. L. Struu. Iugler. II. p. 1634 ſqq.* re-

(z) Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 21. §. 3.

remittimus, quicunque doctos peregrinatores, praeter res alias, literarum etiam ſtatum ac monumenta annotantes, vt *Pocokium*, *Nordenium*, *Niebuhrium*, *Clarckium*, *Bourgoingium*, *Volkmarium*, *Grimmium*, *Arkenholzium*, *Wendebornium*, *Nicolai*, horumque ſimiles multos alios, accuratius noſcere cupiant. Noſtrum autem duximus, eos ſolos hic recenſere, qui aliis rebus neglectis vel obiter commemoratis, literarum hiſtoriam praecipue ſpectauerunt. Ad hanc *peregrinatorum claſſem literariam* pertinent hi: 1) Iter Surrienſe & Suſſexienſe. (*Io. Burton.*) Lond. 1752. 8 2) *Zach. Conr.* von *Vffenbach* Merkw. Reiſe durch Niederſachſen, Holland, England. Frankf. und Leipz. 1753 - 1754. 3 Voll. 8. 3) *Mart. Gerberti* Iter Alemannicum; acc. Italicum & Gallicum. Typis Sanblaſianis, 1765. 8. 4) *Ger. Heerkens* Notabilium Libri II. Groningae, 1765. - Lib. III. IV. ib. 1770. 8. 5) *Chr. Henr. Müller* Comment. de itinere in Heluetiam facto. Fridericoſtad. 1766. 4. 6) (*Will*) Literar. Wochenblatt. Nürnb. 1769. 1770. 8. 7) Lettres ſur differens ſujets écrits pendant le cours d'un Voyage par l'Allemagne, la Suiſſe, la France meridionale & l'Italie en 1774 - 1775. par *Iean Bernoulli*. Berl. 1777 - 1779. 3 Voll. 8. — *Ioh. Bernoulli* Reiſen durch Brandenburg, Pommern, Preuſsen, Curland, Ruſsland und Polen, 1777 - 1778. Leipz. 1778 - 1780. 6 Voll. 8. — *Ioh. Bernoulli* Sammlung kurzer Reiſebeſchreibungen. Berlin, 1781 - 1784. 16 Voll. cum 2 Contin. 8. 8) *Phil. Wilh. Gerken* Reiſen durch Schwaben, Baiern, Schweiz, Franken, die Rhein - Provinzen, cet. 1779 - 1783. Stendal, 1783 - 1788. 4 Voll. 8. 9) *Iac. Ionas Björnſtöhl*

ſtöbl Briefe auf ſeinen ausländiſchen Reiſen. Roſtock und Leipz. 1780-1782. 5 Voll. 8. 10) Voyage litteraire de Provence par *M. P. D. L.* (*Papon.*) Par. 1780. 8. 11) *F. I. S.* (*Sulzer*) Altes und Neues, oder deſſen Literaliſche Reiſe durch Siebenbürgen, den Temeswarer Banat, Vngern, Oeſterreich, Baiern, Schwaben, Schweiz und Elſaſs. 1782. 8. 12) *Ge. Wilh. Zapf* Literariſche Reiſen durch einen Theil von Baiern, Franken, Schwaben und Schweiz, 1780-1782. Augsb. 1783. 8. — *Ebend.* Reiſen in einige Klöſter Schwabens. Erl. 1786. 8.

§. 69.

Obſeruationum & Diſſertationum miſcellanearum Collectiones. 1) *Societatum.*

(VII. §. XXXIV.) Sequitur, vt & eorum laudem inſtitutum, qui ad augendam ſcientiam humanam in omni literarum genere, breues quidem illas, ſed rarioris argumenti accurateque elaboratas diſſertationes (*a*) coniuncte emiſerunt, partimque adhuc emittunt, ea ſcilicet exponentes, de quibus vel nemo dum ſcripſit, vel nemo ſatis erudite ſcripſit. Horum alii in ſocietatem coierunt, compoſitasque a ſociis lucubrationes per vices ediderunt: alii ſuas ſolorum meditationes eodem modo expoſuerunt & luci & cenſurae publicae. Ad ſocietates illas literarias quod attinet, naſci coepit an. 1700 ſylloge *Obſeruatio-*

 num

(*a*) Addo eiusmodi ſingulares obſeruationes ſubinde etiam occurrere in *Actis eruditorum*, in Rengeriana *Noua Bibliotheca*, in Italico *Diario literario*, in *Diario Loeſcheriano theologico*, cet.

num (*) *ſelectarum* Latinarum Halenſis, an. 1704. *Obſeruationes ſelectae* Germanicae, an. 1712. *Hiſtoire Critique de la republique des lettres*, an. 1716. *Miſcellanea Lipſienſia*, an. 1717. *Parerga Academica* Ienenſia & *Societatis colligentium Wittebergenſis Apparatus literarius*, & *Memoires de literature de l'Academie Royale des Inſcriptions & des belles lettres*, an. 1718. *Bibliotheca nouiſſima Obſeruationum* Halenſis, & *Bibliotheca Bremenſis*, an. 1725. *Amoenitates literariae Schelhornianae*, & *Analecta literaria Societatis caritatis*, & *Bibliotheca Lubecenſis*, an. 1727. *Meletemata Thorunenſia*, & *Sylloge Beyſchlagiana* an. 1728. *Muſeum Bremenſe*, an. 1733. *Miſcellanea Duisburgenſia*, an. 1734. *Heſſiſches Heb-Opfer*, & (collectore *Io. Chriſtoph. Colero*) *Nützliche Anmerkungen*, quam collectionem poſtea continuauit *Wilh. Ern. Bartholomaei*, an. 1735. *Tempe Heluetica*, an. 1736. *Parerga Gottingenſia* & *Miſcellanea Groningana*, an. 1738. *Die Däniſche Bibliothek*, an. 1740. *Ober-Lauſnitziſche Beyträge zur Gelahrheit*, an. 1742. *Noua Miſcellanea Lipſienſia*, an. 1743. *Hamburgiſche vermiſchte Bibliothek*, an. 1744. *Symbolae literariae*, an. 1746. *Muſeum Helueticum*, an. 1751. *Brem- und Verdiſches Heb-Opfer*. Nec omittendae, quae an. 1732 prodire coeperunt Amſtelodami, *Miſcellaneae obſeruationes criticae*; quibus an. 1740 ſucceſſerunt *Miſcellaneae obſeruationes criticae nouae*.

§. 179.

2) *Singulorum eruditorum.*

(VII, §. XXXV.) Ex altero ordine harum ſyl-

(*) Auctores harum *Obſeruationum* ἀνωνύμως indicaui ſingulos in *Nouorum Miſcellaneorum Lipſienſium* Tomo primo p. 292 ſqq. & Tomo ſecundo p. 739.

ſyllogarum, an. 1697 edere coepit *Thomas Crenius Animaduerſiones philologicas & hiſtoricas*, an. 1699. *Io. Clericus* ſua *Parrhaſiana*, an. 1704 anonymus (*b*) *Bibliothecam curioſam* Treuoltienſem, an. 1706. *Nic. Hier. Gundlingius Otia*, an. 1707. idem *Obſeruationes ſelectas*, (quarum tamen primus duntaxat tomus exiit,); an. 1707. *Clericus Syluas philologicas*, an. 1713. *Theodorus Cruſius Amoenitates literarias*, (*Vergnügung müſsiger Stunden*); a. 1715. *Gundlingius Gundlingiana*, & *Sallengrius Memoires de litterature*, & *Mich. Lilienthalius Selecta hiſtorica & literaria*, an. 1719. *Henr. Scharbauius Parerga ſacra*. an. 1722. ipſe *Poecilen* meam, an. 1723. *Petrus Zornius Opuſcula ſacra*, an. 1724. *Io. Mich. Weinrichius Obſeruationes hiſtoricas & theologicas*, an. 1725. *Io. Chriſtoph. Colerus Anthologiam*, & *Ioan. Gottfr. Lakemacherus Obſeruationes philologicas*, an. 1727. *Io. Frid. Chriſtius Noctes Academicas*, & *Io. Chriſtoph. Kruſickius Vindemias literarias.*

Laudatorum ſcriptorum numerum nec imminuam nec augebo. Maxima pars eiusmodi collectionum ad hiſtoriam literariam non magis, quam ad multiplices alias diſciplinas pertinent. Quamuis haud negem, hiſtoriae literariae ſtudioſos, ſi tales libros miſcellaneos percurrant, multa inde ad rem ſuam poſſe decerpere. Supplementi loco adiungam collectiones male omiſſas, i. e. tales, quae plane literarii ſint argumenti & ad hiſtoriam literariam augendam illuſtrandamque vnice pertineant. Nam hae quidem, reliquis omiſſis, in H. L. ſyſtemate vel maxime ac ſolae erant recenſendae. Tales ſunt:

 1)

(*b*) Vid. *Acta erud.* Supplem. T. V. p. 184.

1) Mélange critique par *Charles Ancillon.* à Basle, 1698. 8. 2) Mélanges d'hiſtoire & de litterature par M. *de Vigneul - Marville.* 4me Ed. Par. 1725. 3 Voll. 8. 3) Bibliotheque critique de M. *de Sainjore.* Par. 1708, 1710. 8. 4) Mémoires hiſtoriques, politiques, critiques & litteraires par *Amelot de la Houſſaie*, 2 Tomes, à la Haye, 1712. 8. 5) Acta literaria. *Henr. Leonh. Schurzfleiſchius* ex biblioth. ſua edidit. Viteb. 1714. 8. 6) Selecta hiſtorica & literaria. Regiom. & Lipſ. 1715. 8. 7) Mélanges hiſtoriques recueillis & commentés par Monſieur ***. Amſt. 1718. 8. 8) Mélanges de litterature, tirés des lettres Manuſcrites de M. *Chapelain.* Par. 1726. 8. 9) *Io. Ge. Schelhornii* Amoenitt. liter. 1725-1731. 14 Voll.; deinde *Eiusd.* Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhiſtorie und Literatur. Vlm, 1762-1764. 8. 3 Voll. 10) *Fr. Iac. Beyſchlagii* Sylloge varior. opuſculor. Halae Sueu. 1729. 8. 11) Recueil de Litterature, de philoſophie & d'hiſtoire, Amſt. 1730. 8. 12) *I. B. Scheibens* freimüthige Gedanken. Frankf. 1737. 13) (*Lirón*) Singularités hiſtoriques & litteraires. To. I. II. Par. 1738. III. 1739. IV. 1740. 8. 14) Varietés où divers écrits par M. D**** H**. Amſt. 1744. 8. 15) Nouveaux Mémoires d'hiſtoire, de critique & de litterature par l'Abbé *d'Artigny.* To. I-VII. Par. 1749-1753. Suppl. 1756. 8. 16) *Io. Car. Conr. Oelrichs* Beiträge zur Geſchichte und Litteratur. Berl. Stettin, 1760. 8. 17) Nachrichten zur Kirchen-Gelehrten- und Büchergeſchichte — von D. *Ioh. Barth. Riederer.* Altorf, 1764-1768. 4 Voll. 8. — *Ebend.* Nützliche und angenehme Abhandlungen, aus der Kirchen-Bücher- und Gelehrtengeſchichte. ib. 1768.

1768 - 1769. 8. 18) Nouvelle Bibliotheque de Litterature, cet. par M. G*****. à Lille, 1765. 8. 19) Récreations hiſtoriques & critiques. (Par *Dreux du Radier.* Par. 1767. 8. 20) Zur Geſchichte und Litteratur aus den Schätzen der Herzogl. Bibliothek zu Wolfenbüttel. (Von *Gotthold Ephr. Leſſing*, Beitr. I - VI. Braunſchweig, 1773 - 1781. 6 Voll. 8. 21) *Ge. Theod. Strobel* Vermiſchte Beitrage zur Geſchichte der Litterat. Alt. 1774. 8. — *Eiusd.* Miſcellaneen literariſchen Inhalts. Samml. I - VI. Nürnb. 1778 - 1782. 8. — *Eiusd.* Literariſches Muſeum. Alt. 1778 - 1780. 2 Voll. 8. — *Eiusd.* Beiträge zur Litteratur, beſonders des 16ten Iahrh. Nürnb. 1784 - 1786. 2 Voll. 8. — *Eiusd.* Neue Beiträge zur Litteratur, beſonders des 16ten Iahrhund. B. I. St. 1. Nürnb. und Alt. 1790. 8. 22) Amoenitates literariae Friburgenſes. Vlmae, 1775 - 1776. 8. 2 Faſc. 23) Mélanges tirés d'une grande Bibliotheque. To. I - LXX. Par. 1779 - 1788. 8. 70 Voll. 24) Literariſche Abhandlungen von *I. C. Bertram.* Halle, 1781 - 1782. 8. St. 1. 2. 3. 25) *Ioh. Beckmann* Beiträge zur Geſch. der Erfindungen. Leipz. 1782 ſqq. 8. 26) *C. F. L. Haas* Vermiſchte Beiträge zur Geſch. und Liter. Marb. 1784. 8. 27) Freimüthige Betrachtungen über alte und neue Bücher von *Z.* (*Am - Ende.*) Augsb. 1784. 28) *I. G. Meuſel* Hiſt. Liter. Magazin. Th. I - IV. Bair. und Leipz. 1785 - 1787. 8 *Eiusd.* Hiſt. Literar. Bibliographiſches Magazin. St. I. Zürich, 1788. 8. II. ib. 1790.

§. 71.
Mulieres doctae.

(VII. §. XXXVI.) Viris doctrinae famá conſpicuis, ad quorum notitiam adhuc viam monſtraui, adiungo auctores (*c*) feminini generis, (*auctrices* vocat *Tertullianus*,) de quibus *Owenus* (*d*) veriſſimum fert iudicium his verbis:

Muſae ſunt generis muliebris, Apollo virilis:
Vnus enim Muſis praeſtat Apollo nouem.

Plures exſtant libri de doctis mulieribus, *Menagii*, *Lehmii*, *Gottfr. Olearii*, *Paſchii*, *Sculteti*, *Paulini*, *Iunkeri*, *Eberti*, *Meuſchenii*, *Omeiſii*, *Iac. Thomaſii.* De his aliisque agit pluribus *Biblioth. H. L. Struu. Iugler. To. I. Cap. 5. p. 712-721.* Adde *Heumanni Acta* (*) *Philoſopharum*, & *Gynaeceum haeretico-fanaticum Feuſtkingii*, & *Rolandi Mareſii* epiſtolam 52. libri ſecundi. Nomina doctarum Italiae mulierum inde a ſaeculo XV. vsque ad hanc no-

(*c*) Ne quis forte me barbariſmi reum agat, *auctoris* vox generis vtriusque eſt. Apud *Virgilium* Aen. XII. 159. *auctor audendi* eſt Iuno. *Ouidio* Sappho vocatur *auctor* Epiſt. Heroid. *v.* 8. & Liuia lib. I. de art. am. v. 72. & Medea Metam. VII. 157; *Liuio* Theoxena XL. 4. Rurſus *Ouidius* in epiſtola Hypermneſtrae v. 110. *ſenectutem* vocat *auctorem*. *Macrobius* lib. I. Somn. Scip. cap. XI. lunam vocat *mortalium corporum & auctorem & conditricem.* Atque *Auguſtinus* in *Grammatica* ſua p. m. 235. dicere nos iubet *hic & haec auctor, hi & hae auctores.* Hac occaſione & obſeruo, Agrippinam, Neronis matrem, vocari *conditorem Coloniae Vbiorum* a Tacito Germ. cap. 28. & *Virgilium* Aen. X. 67. *fata* dixiſſe *auctores*. Vid. & *Ouidii* Faſt. V. 192. & 249. ac VI. 709.

(*d*) Lib. I. epigr. 60.

(*) In *Actis philoſophorum* T. II. p. 825-875.

noſtram aetatem proferuntur in *Bibliotheque Italique* T. II. p. 40 ſqq. & in libro gallico: *Les vies des hommes & des femmes illuſtres d'Italie. Par.* 1767. 8. 2 Voll. Galliae doctarum mulierum catalogus exhibetur in F. D. C. libro Gallico *de virtutibus mulierum*, Hagae 1733. edito, p. 280-317. & in *Hiſt. litt. des Femmes Françoiſes. Par.* 1769. 8. 5 *Voll.* De fauſto imperio reginarum eruditarum duo programmata exſtant *I. H. Stuſſii.*

§. 72.

Singulae recenſentur.

(VII. §. XXXVII.) Dignae ſunt celebriores Muſarum cultrices, quarum hic producantur nomina. E priſco igitur aeuo memorari merentur (*e*) *Theano*, *Sappho*, *Cleopatra*, *Arete*, *Leontium*, *Sulpicia*, *Zenobia*; ex medio *Proba Falconia*, *Hypatia*, *Eudocia*, Theodoſii II. Imp. vxor, altera *Eudocia*, Conſtantini Ducae Imp. (*f*) vxor, *Heloiſſa*, *Roſwita*, *Anna* (*) *Comnena*; ex nouo, quod vocamus, aeuo *Olympia Fuluia Morata*, *Ar-*

(*e*) Hanc etiam viris omnibus priorem ſcripſiſſe hiſtoriam aliquam philoſophicam, obſeruaui in *Actis Philoſoph.* T. I. p. 178.

(*f*) De hac vid. *Montefalconius* Palaeogr. lib. I. cap. 9. pag. 109. & lib. IV. cap. 5. *Eyringii* Synopſis H. L. p. 269.

(*) Alexii, patris ſui, res geſtas deſcripſit ſub titulo *Alexiadis.* Mirus error *Ioannis Micraelii*, in Praef. ad ſuum Syntagma hiſtoriarum ita ſcribentis: *Annas Alexias, hiſtoricus, res ab Alexio patre Imperatore geſtas libris XX. ediſſeruit.*

gula (*g*) *Stauffia*, *Aloyſia Sigaea*, *Rupeae*, mater (*h*) & filia, *Eliſabetha Ioanna Weſtonia*, *Caſſandra Fidelis*, *Elſtobia*, *Maria Iarſia Gornacenſis*, *Lucretia Marinella*, *Maria Sibylla Meriana*, *Helena Cornara*, *Hulieriae*, mater & filia, *Schurmannia*, *Magdalena Scuderia*, *Murouia Guionia*, *Io. Eleonora Peterſenia*, *Antonia Burignonia*, *Anna Daceria*, *Sophia Eliſabetha* (α) *Brenneria*, *Chriſtiana Mariana* (**) *Ziegleria*. Adiungimus extra ordinem, quippe ſummo laudandas loco, tres Reginas, *Eliſabetham* (*i*) Angliae, *Margaritam* (*k*) *Valeſiam* Nauarrae, & *Chriſtinam* Sueciae; quae certe quidem non honoris gratia ob qualemcunque literarum guſtum, ſed ob ſingularem eruditionem, maximo merito relatae ſunt in numerum mulierum literatarum. Noſtra aetas accepit *Mariam Ioannam* (*a*) *He-*

(*g*) Vid. de ea *Seckendorfius* in Indice Hiſt. Luth. & in Supplem. Indicis §. 74. & *Saligius* Hiſt. Aug. Conf. lib. II. cap. 6. §. 7. Vitam eius, a *Io. Dauide Schrebero* deſcriptam, inſeruit *Colerus* Supplemento Bibliothecae ſuae Theologicae p. 975 ſqq.

(*h*) *Sammarthanus* Elog. lib. III. cap. 24.

(α) Huius Vita exponitur in *Nouellis literariis* Kohlianis anni 1734. p. 818 ſqq.

(**) De hac vid. *Koeleri Münz-Beluſtigung*. T. IX. p. 137 ſqq.

(*i*) De miris huius reginae in literis profectibus legi meretur *Vita Rogerii Aſchami*, quo ea magiſtro fuit vſa. Digna quoque, quae hoc loco laudetur, eſt infelix illa Anglorum regina, *Iana Graia*, cuius de amore erga literas quod relatum legitur in *Memoires liter. de la Gr. Bretagne* T. XVI. p. 518 ſq. aeterna dignum eſt memoria.

(*k*) Vid. Elogia *Sammarthani* lib. I. cap. 17. & *Teiſſerii* Elogia T. I. p. 38 ſqq.

(*a*) Huius anno 1734. exſtinctae, vita exponitur in *Journal des Sçavans* T. 105. p. 291-303.

Heritieriam, *Sidoniam Hedwigem* (*b*) *Zeunemanniam*, *Eliſabetham* (*c*) *Rowiam*, *Lauram Mariam Catharinam* (*d*) *Baſſiam*, *Cleliam Grillam* (*e*) *Borromaeam*, *Gabrieliam Aemiliam* (*f*) *Chaſtelletiam*, *Ioannam* (*g*) *Stephaniam*, *Ludouicam Adelgundam Victoriam* (*h*) *Gotſchediam*, *Traugott Chriſtianam Dorotheam Liliam*, nat. (*i*) *Loeberiam*, *Annam Margaritam* (*k*) *Pfefferiam*, *Magdalenam Sibyllam* (*l*) *Riegeriam*, *Dorotheam Chriſtianam* (*m*) *Erxlebeniam*, natam *Leporinam*, *Claram Foeijanam* (*a*) *Sytzama*, *Helenam* (*b*) *Luſignaniam*, *Mariam Caietanam* (*c*) *Agneſiam*, *Catharinam* (*d*) *Cockburniam*. — Plurium feminarum, exhibitis ingenii & doctrinae ſpeciminibus ſaeculo XVIII clararum, nomina exhibuit *Io. Andr. Fabricius* in *Abriſs*

(*b*) Vid. *Kohlii* Noua literaria 1735, p. 795 ſqq. & *Götting. Gel. Zeit.* 1741 p. 78 ſqq.

(*c*) Vid. *Bibliotheque Britannique* T. XIII. p. 29 ſqq.

(*d*) Vid. *Acta erud.* 1732. p. 341 ſqq. & *Koeleri Münz-Beluſt.* T. IX. p. 64 ſqq.

(*e*) Vid. *Keysleri Reiſe* T. I. p. 374. & *Götting. Gel. Zeit.* 1741, p. 187 ſq.

(*f*) Vid. *Bibl. raiſ.* T. XXVII. p. 433 ſqq.

(*g*) Vid. *Götting. Gel. Zeit.* 1741, p. 687 ſq.

(*h*) Vita eius in *Bruckeri* Pinacothecae prima Decade.

(*i*) *Götting. Gel. Zeit.* 1742, p. 16. & 279.

(*k*) *Kohlii* Noua liter. 1739, p. 695. & 720.

(*l*) *Götting. Gel. Zeit.* 1743, p. 400. 411. 607.

(*m*) Vid. *Leipz. Gel. Zeit.* 1744. p. 343. Conf. A. G. Kaeſtners *Vermiſchte Schriften Th. I. p.* 191. in primis *Iournal von und für Deutſchland, Iahrg. VI.* 1789, *p.* 350-358.

(*a*) Poëtriae huius Batauae *Poëmata* prodierunt 1746.

(*b*) Viuere deſiit Genuae 1748.

(*c*) Vid. *Acta eruditorum* 1750, p. 606.

(*d*) De huius Anglae philoſophicis ſcriptis vid. *Iourn. Brit.* 1751. Menſe Maio p. 107. & Octobri p. 187 ſqq.

Abriſs der Hiſt. der Gelehrſamk. To. II. p. 1001 ſqq. apud quem libros cognoſcas, in quibus earum vel vitae vel breuiores notitiae fuerint propoſitae. Recentiſſima feminarum doctarum exempla ſunt haec: Soph. Eleon. *Achenwallia* (vid. *Geſneri* Biogr. Acad. To II.) Sophia *Albrecht*, ab *Arnim*, Anna Chr. Ehrenfried a *Balthaſar*, Anton. *Bambergeria*, *Barbauld*, Angl.; Car. Adelh. Corn. *Com. a Baudiſſin*, nata *Com. Schimmelmannia*, Gabr. *a Baumberg*, Charl. Soph. *Com. a Bentink*, Aem. *Berlepſchia*, Iulia *Clodia*, *Dcureria*, Cath. Helena *Doerrien*, *Eliſabetha* Regina *Boruſſiae*, Magd. Philippina *Engelhardia*, nata *Gattereria*, *d'Epinay*, ab *Erath*, Mar. Elis. *de la Fite*, *Forkelia* nata *Wedekindia*, Ant. *a Forſter*, Am. Henr. Soph. *Froriepia*; Com. *Genlis* in coniug. Marchionis *Sillery*, Frid. Luiſa *Haaſia*, Henr. Ern. Chr. *de Hagen*, Eliſ. Charl. Benigna *de Hahn*, Chr. Luiſa *Hempelia*, nata *Karſchia*, *Herſchelia*, Charl. Henr. *Hezelia*, Car. Fr. *de Kamiensky*, Anna Luiſa *Karſchia*, Charl. Amal. *Com. a Kayſerling*, Anna Thereſ. *Khaſeria*, Cath. *Kittia*, Marg. *Klopſtockia*, Suſ. Barb. *Knabin*, Philippina *Kniggia*, Ern. *Krügeria*, Anna Dor. *Langia*, Soph. Franc. *a Leutrum*, Car. *von der Lühe*, Cath. *Macaulai*, *Mölleria*, *Montbaria*, *Morgenſternia*, La *Motte*, *Mülleria*, Hedw. Luiſa *a Perart*, ... *a Poſadowsky*, Le *Prince* de *Beaumont*, Charl. Eliſ. Conſt. *von der Recke*, nata *de Medem*, Mar. Henr. Charl. *Reclamia*, Henr. Reg. *Reichia*, Ern. Chr. *Reiskia*, *Renellia*, (Litt. Zeit. 1790. No. 203. p. 168.) Magd. Sib. *Riegeria*, Sophia la *Roche*, Carol. Chr. Luiſa *Rudolphi*, Dor. Henr. *Runkelia*, Mar. Anna *Sagar*, Adelg. Concordia *Salomon*, Frid. Mar. Charl. *a Schenck*, *Schlegelia*, *Schlettweinia*,

Frid.

Frid. *Schlezia*, Dorothea *Sloezeria*, (vid. Annalen der Braunſchw. Lüneb. Lande. a. 1787.) Io. Cath. *Schulzia*, Frid. Soph. *Seyleria*, Dor. *Spangenbergia*, *Sternhemia*, Mariana Wilh. *a Stevens*, Chr. *Strothia* nata *Boyſenia*, Sara *Trimmer*, (Allgem. Litt. Zeit. 1790. p. 612.) Io. Charl. *Unzeria*, I. W. I. *Voigtia*, nata *Moeſeria*, *Wilmſenia*, *Wolffia*, *Wunſchia*. Ingenii & virtutis muliebris ſummum exemplar eſt *CATHARINA* II, Imperatrix Ruſſorum, non ſolum conſiliis rebusque geſtis, ſed ſcriptis etiam eminens. Harum plerarumque omnium notitiam praebuit & ſcripta indicauit *Meuſelius* in dem *Gelehrten Deutſchland*, Ed. 4. cum ſuppl. & *Iournal von und für Deutſchland*, *Iahrgang V*. 1788. *St. I.* p. 138 ſqq. *St. VII.* p. 109 ſq.

§. 73.

Malae notae ſcriptores: 1) *Compilatores.*

(VII. §. XXXVIII.) Haud alienum fuerit, tribus veluti verbis attingere malae notae auctores, inter quos praecipui ſunt *plagiarii* ac *docti impoſtores*: quorum illi aliena vindicant ſibi, hi ſua venditant pro alienis. Scilicet etiam literarium coelum ſuos habet ſoles, lunas, ſtellas, & planetas. *Planetarum* nomen merentur docti impoſtores, vel potius *planorum*. *Soles* & *ſtellae* ſunt, qui ſuapte luce radiant, ac proprii ingenii face illuſtrant orbem literatum. *Lunae* denique *literariae* appellari poſſunt, qui nil propriae lucis habentes, aliena exſplendeſcunt, & aeque, vt naturalis illa luna, longe magis videntur, quam ſunt, lumina mundi. Hos vocare ſolemus *plagiarios*, quos tamen aequum eſt diſtinguere in *craſſos* & *ſubtiliores*, hoc eſt, cautius peccantes.

Poſte-

Poſterioris generis ſunt, qui e plurium libris congerunt, quicquid ſcribunt, *exſcriptores* verius, quam *ſcriptores*: qualium ſcriptorum plenam eſſe noſtram Germaniam, teſtis eſt (vtinam falſus!) ſub *Monzambani* perſona *Pufendorfius* in Praefatione. (Vulgato nomine *compilatores* appellantur. Hi graculo illi Aeſopio ſimiles, quam nudi & ridiculi euaſuri ſunt, ſi pauo ſuas quisque pennas repetierit!

§. 74.

2) *Plagiarii.*

(VII. §. XXXIX.) Sed hos quidem dimittamus, & ad alteros veniamus, qui totos aliorum libros, inuerſis veſtigiis, Caci inſtar Virgiliani, faciunt ſuos. Hos inter famoſiores ſunt *Georgius Beckerus*, editor *Oratoris extemporanei*: *Petrus* (α) *Galatinus* in *Arcanis catholicae veritatis*; (β) *Macrobius*; (l) *Laurentius a Villauincentio*; *Ouzelius* (*) in

(*) De hoc vid. *Hottingerus* T. V. Hiſt. eccl. p. 98 ſqq. & *Ioſ. Scaliger* in Epiſt. p. 357. edit. 1612.

(β) Multa quidem ex Gellio mutuata librumque ſeptimum fere totum e Plutarcho transſcriptum habet; propterea tamen plagiariis annumerandum eſſe iam negauit *Fabricius Bibl. Lat.* Lib. III. c. 12. p. 621 ſq.

(l) Hunc *perfrictae frontis plagiarium* appellat *Dupinius* in *Methodo* ſua *ſtudii theologici*. Conf. *Buddei* Iſagoge hiſt. theol. p. 13. & 14. Sed cauſam dicit pro illo *Laurentio*, *Andr. Sam. Geſnerus* in *Sylloge Beyſchlagiana* p. 762 ſq. manifeſtum faciens, eum tantum videri voluiſſe collectorem & ſimul emendatorem horum librorum, ac laudabili dolo, vt ſcilicet legerentur a ſuae ſectae hominibus, eorum auctoris haeretici nomen ſubtraxiſſe. Hoc eodem modo excuſare poſſumus *Iſidorum Clarium*, perpetuum exſcriptorem *Seb. Münſteri* in ſuis ad

in notis ad *Minucium Felicem*, *Iſidorus Clarius* (**) in annotationibus ad *Scripturam ſacram*. Incidi ipſe aliquando in eiusmodi raptorem, cum Diſſertationem illam elaborabam, qua erroris conuici eos, qui credunt Friderici Imp. collo pedem impoſuiſſe Pontificem. Scilicet offerebatur mihi eodem de argumento Diſſertatio *M. Io. Danielis* (α) *Artopaei*, Lipſiae 1673 edita, quam & adducit *Caſp. Sagittarius Introd. ad Hiſt. eccl.* cap. XXIV. §. 39. p. 631. & ex hoc *Struuius Bibl. hiſt.* cap. VII. §. 14. p. 158. Quam quidem Diſputationem perlegenti mihi ſtatim apparuit, eius auctorem turpiſſimum commiſiſſe plagium. Deſcripſerat enim eam, vix verbis interdum, ſed leuiter, mutatis aut transpoſitis, ex *Io. Gerhardi Confeſſione Catholica*, vbi in Praefatione eademque Dedicatione, libri ſecundi parti primae praefixa, p. 336. 337. 338. & 339. editionis nouiſſimae, tota illa Diſſertatio reperitur. *Artopaeus* autem ille ne prooemium quidem de ſuo adiecerat, ſed & hic *Gerhardi* compilarat ſcrinia: id quod cuiuis ex collatione manifeſtum poteſt red-

ad V. T. annotatis: itemque Pariſienſem illum typographum, qui *Basnagii Hiſtoriam Iudaeorum* recudebat praeſcripto *Dupinii* nomine. Simili dolo vtuntur typographi Proteſtantes, cum librum aliquem facere volunt etiam Pontificiis vendibilem. Tum enim titulo inſcribunt, Coloniae eum excuſum eſſe vel Antuerpiae.

(*) Huius furta ſtudioſiſſime indicauit, at nimis laſciue exagitauit *Iac. Gronouius* in ſua editione *Minucii Felicis.*

(**) De hoc vid. *Fabricii* Centuria plagiariorum cap. XIV.

(α) De hoc vid. *Gebaueri* Hiſtoria collegii anthologici Lipſienſis p. 75.

reddi. Quo vero magis illa fraus lateret, ne ſemel quidem fecit mentionem nominis *Gerhardini.* Illud nimiae eſt impudentiae & plane inexcuſabilis, quod in fine ſuae Diſſertationis *DEO gratias agit pro conceſſis* (ad furandum ſcilicet) *viribus.* Memoratu etiam dignus eſt *Donatus Acciaiolus*, qui vitam Caroli M., ab *Eginhardo* compoſitam, edidit pro ſuo ipſius opere; itemque *Frid. Gladouius*, de cuius plagio cum turpi ignorantia coniuncto exſtat ſingularis liber *Herbſtii*, anno 1718 editus; &, qui anno 1724 illuſtrem occupauit inter plagiarios (*m*) locum, *Maximilianus Wietrowskius.* Recentiſſimos tres plagiarios qui noſſe geſtit, inſpiciat *das Heſſiſche Heb-Opfer*, T. III. p. 734 ſqq. & *Acta eruditorum* in Nouis Supplementis T. V. p. 487 ſqq. & *Koblii* Noua literaria anni 1743. p. 729 ſqq. Eſt vero ho-

(*m*) Vid. *Acta erud.* Suppl. T. IX. p. 316. De *Giphanio* queritur *Lambinus* in praefatione tertiae editionis *Lucretii*, eum eſſe impudentiſſimum ſuum plagiarium, ac tantum non omnia, quae in ſua editione habeat bona, e Lambiniana exſcripſiſſe. Commemorat etiam, doctos aliquot viros hoc nomine ſatyras mordaciſſimas compoſuiſſe in *Giphanium*. *Andr. Schottus* quam turpis plagiarius ſit in *Adagialibus ſacris*, non ita pridem demonſtrauit *Car. Henr. Langius* in *Hamb. Vermiſchter Bibl.* T. I. p. 253 ſqq. Ac iamdudum id obſeruarat *Dorſcheus* in Praef. ad *Semeſtre* ſuum *Rectorale Roſtochienſe*. *Beza* profiteri non dubitat, *Glaſſium* plerumque ſuam verſionem ſecutum eſſe, ac nonnulla ipſiſſimis ſuis verbis deſcripſiſſe. Etiam *Benedictus Iuſtinianus*, Ieſuita, ide que Cancellarius Academiae Duacenſis, in *Explanat nibus* ſuis *Epiſtolarum Pauli*, ferme ſemper retinet v ſionem *Bezae*, non raro etiam eiusdem interpretatione quem tamen, quia haereticus eſt, non nominat.

honorificum auctoribus, eos edidiſſe ingenii fetus, quorum alii haberi cupiant patres, gloriae ſtudio ducti. Quare voluptati mihi fuit, cum & meas nonnullas meditationes alii viri docti pro ſuis venditare auſi ſunt. Duos eorum indicaui in *Poecilis* meae Tomo II. p. 258. & Tomo III. p. 123.

§. 75.

Plagium literarium nonnunquam honeſtum; exemplo Cypriani declaratur.

(VII. §. XL.) Vnum tamen habeo plagiarium, cui nolim atram notam inurere, *Cyprianum*, martyrem ſanctiſſimum. Is paene totum ſuum *de idolorum vanitate* libellum hauſit e fonte *Minucii Felicis*: verum ea re non ſibi gloriam, ſed lectoribus ſuis vtilitatem afferre ſtuduit. Cum enim *Minucii* nec nomen nec libellum cognitum haberet eccleſia Africae, obſcurique hominis ſcriptum attentos lectores cupidosque librarios non videretur nacturum, ſibi religioni non duxit martyr, ex eo decerpere, quae illa tempeſtate ciuibus ſuis cognitu neceſſaria iudicabat, & ſua iam facta ſingulari concludere libello. Sanctus igitur viri ſcopus eius operam diſcernit ab eorum plagio literario, qui ſolam ſui nominis gloriam vel lucrum priuatum habentes propoſitum, alienas laudes impudenter in ſe transfundunt. Scilicet aegrotis mentibus mederi cupiens vir (*) ſanctus, ſufficere putabat,

(*) Eodem modo facile excuſatur plagium *Ioannis Arndii*, e *Val. Weigelii* libro *de oratione* aliquot capita inſerentis ſuo *Chriſtianiſmo vero*. Cognitum enim tam exoſi auctoris nomen, bonam illam tractationem vtilitate ſua erat priuaturum.

bat, ſi iis optimum propinaret medicamentum; licet non aperiret iisdem, quo in prato natae ſint herbae ſuae, quoque in pharmacopolio praeparatae. Audiamus, quaeſo, quae eodem de argumento *Io. Fellus*, Oxonienſis epiſcopus, diſſerit, etſi excuſatio eius ioco videtur proprior. *Non eſt diſſimulandum*, inquit in prima ſuarum ad iſtum libellum annotationum, *plurima e Minucio ad verbum huc eſſe traducta. Sed primis Chriſtianis cor erat vnum & anima vna, & nemo eorum, quae poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia, quemadmodum dicitur Actor. IV. 32. Adeo nulla de plagio actio eſſe potuit* (*n*). Alia ratione liberari ſanctus vir poteſt a crimine plagii. Scilicet caret hic eius liber praefatione. Quam facile credi poteſt, eam periiſſe, in eaque docuiſſe ipſum, ſe non proprium exhibere libellum, ſed libri Minuciani epitomen! Scriptores denique *de plagio literario* (*o*) ſunt *Iac. Thomaſius*, *Almeloueenius*, *Fabricius*, *Abercrombius*, *Crenius*, &, qui de hoc hominum genere philoſophatur, *Io. Conr. Schwarzius*. Nuper quoque duas plagiariorum decades ſumma diligentia compoſitas edidit *Frid. Otto Menckenius* in nouorum Miſcel-

(*n*) Eodem paene modo *Auguſtinus* lib. IV. de doctr. Chriſt. cap. 29. cauſam agit minus doctorum ſacerdotum, iubens eos aliorum conciones memoriae mandare ac dein e cathedra eccleſiaſtica recitare. Eodem modo *Lutheri* conciones vſurpari iuſſit *Vitus Dietericus* in *Bibliotheca Reimmanniana* p. 441.

(*o*) Annotata plura de plagiariis & librorum recenſum idem argumentum illuſtrantium reperies in *Biblioth. H. L. Struu. Iugler. II. p.* 1532-1542. Conf. etiam *Noua Miſc. Lipſ.* T. I. p. 87-93.

Miſcellaneorum Lipſienſium Tomo primo p. 86 ſqq. Catalogum item plagiariorum alphabeticum nuper *Symbolis literariis* Bremae editis inſeruit *Chriſtianus Ludouicus Schlichterus* T. I. P. I. p. 43 ſqq. & P. II. p. 64 ſqq.

§. 76.

Alia exempla.

(VII. §. XLI.) Caeterum quam excuſationem debemus literario *Cypriani* plagio, eadem digni mihi (*oo*) videntur ii ſtudioſae iuuentutis doctores, qui non ſuae eruditionis ſpecimen edituri, ſed ſoli diſcipulorum ſuorum vtilitati ſeruituri, collectas ex pluribus ſcriptoribus theſes & obſeruationes iis proponunt. Ita *Thomaſius* in *Iurisprudentia* ſua *divina* permulta ad verbum deſcripſit ex *Pufendorfii Officio hominis & ciuis*: idemque in primo *Philoſophiae* ſuae *aulicae* capite (*p*) ſecutus eſt κατα ποδα *Georgii Hornii* veſtigia. Pari iure defendetur *Buddeus*, qui *Inſtitutiones* ſuas *philoſophiae eclecticae* ex aliis compoſuit bonae notae libris, hoc ipſo praeſtans ſe *eclecticum*, hoc eſt, hinc illinc optima quaeque inſtar apis colligentem. Ac ipſe in praefatione ad primum earum tomum rectiſſime: *Vbi*, inquit, *aliquid ab aliis, quod cum veritate conſentiat, dictum inueni, id aſſumere eclectico more non dubitaui: nomina*

(*oo*) Eadem vero dignus mihi non videtur *Ignatius Loiola*, Diuus ille canonicus, de cuius plagio manifeſto vid. *Saligii* Hiſt. Aug. Conf. lib. V. cap. 3. p. 77.

(*p*) Hoc ipſum iam commemoraui ac ſimul vitio carere dixi in *Actis philoſ.* T. I. p. 1045. Conf. excuſatio plagii *Capelliani* in *Placcii Theatro pſeudonymorum* n. 549. ſ.

mina autem illorum indicare, inſtituti ratio & conditio elementorum non permiſit. Rurſus in ſecundi tomi Prooemio: *Praeſtantiſſimos ſecutus ſum* (q) *auctores, quorum vbique indicare nomina ſuperuacaneum fuiſſet, neque, vt id hoc loco fiat, neceſſarium duco.* Ita denique in praefatione tertii tomi profitetur aperte, *ſe, quae per clariſſimos auctores ſparſa erant, collegiſſe & in vnum rite coire corpus iuſſiſſe.* Etiam *Morhofius*, quo tempore ſuis diſcipulis recitabat doctrinam de quinque ingeniorum formis, *ex Richerii Obſtetrice animorum*, & quidem a *cap. IV. §. 7.* decerptam, ac nunc in *Polybiſtoris literarii lib. II. cap. 1. §. 42-50.* occurrentem, nondum conſtituiſſe videtur, publicam emittere in lucem, quae tum calamis excipienda praelegebat: libenter alioqui monſtraturus fontem ac magiſtrum ſuum. Debet ergo hoc *Morhofii* furtum eundem in modum excuſari, quo ipſe cauſam dixit *Berneggeri*, cum deprehendiſſet, eum aliquid ad verbum deſcripſiſſe e *Iac. Lectio. Ille,* (α) inquit, *has forſan extemporales & inter negotia deproperatas orationes typis non deſtinauit. Nam filius illas poſt mortem viri, citra controuerſiam doctiſſimi, edidit.*

§. 77.

3) *Docti impoſtores.*

(VII. §. XLII.) Veniamus ad *doctos impoſtores,*

(q) E. g. totum Caput ſecundum Partis quintae *Philoſophiae theoreticae*, quod inſcriptum eſt *de legibus motus earumque ſuſpenſione*, paene ad verbum deſcripſit ex *Bern. Connori Euangelio Medici*, & quidem a p. 38-58: vt vel hinc appareat, non eſſe tam malum, quam nonnullis videtur, librum iſtum.

(α) Polyhiſt. liter. lib. II. cap. 6. extremo.

res, quos rectius *illuſores* (*r*) vocaueris, qui libros alienis ſub nominibus componunt, nec religioni (*s*) ſolum, ſed etiam hiſtoriae peruertendae animos habent intentos. Tales ante ortam typographiam (quo quidem tempore facilius erat, ſuas merces exponere pro alienis,) fuerunt permulti, maxime primis Chriſtianae religionis (*t*) temporibus. Vnde tot ſcripta ſuppoſititia, de quibus *Riuetus* in *Critico ſacro*, & *Fabricius* in *Codice apocrypho Noui Teſtamenti*. Addantur, quae hic idem alibi tradit de *libris Sibyllinis*, de *oraculis Zoroaſtris*, de *ſcriptis Hermetis*, *Sanchoniathonis*, *Muſaei*, *Orphei*, aliisque diuerſae dignitatis adulterinis fetibus. Caeterum *de doctis impoſtoribus* ſingularis exſtat Diſſertatio *Struuii*, cum qua iungatur caput XIII. libri quarti *Bibliothecae Latinae Fabricii*. Ac ipſe iamdudum ſingularem de huius farinae hominibus edere volui libellum. Adeo multa (*u*) ſuperſunt, quae

Q 3 ho-

(*r*) *Muretus* Comment. ad *Ciceronis* Orat. II. Catil. cap. 4. hos appellari iubet *librorum ſubiectores*, quemadmodum iſto loco *Cicero* vocauit *teſtamentorum ſubiectores*, qui falſa teſtamenta ſupponunt pro veris.

(*s*) Huc refer peſtilentiſſimum doctorum impoſtorum genus eorum, qui, medicamentum mentiti, lectoribus ſuis venenum propinant. Hoc modo an. 1731 aliquis edidit, praeſcripto Comitis *Boullainuillerii* nomine, *Refutationem Spinozae*, quae non eſt refutatio, ſed acerrima Spinociſmi propugnatio. Ac ſupra iam *cap. VI. §. 34.* memoraui ſpurciſſimum librum quendam, hoc inſignem titulo: *Io. Meurſii Elegantiae Latini ſermonis*.

(*t*) Vid. *Dallaeus* lib. I. de vſu Patrum cap. 4. *Acta Philoſ.* P. VII. cap. 1. §. 15. *Conringius* lib. I. de Herm. medic. cap. 4. p. 39. & cap. 5. p. 44. 45. 48.

(*u*) Inprimis commemorari meretur docta eademque

horum duumuirum obſeruationibus mereantur adiici.

§. 78.

Exempla.

(VII. §. XLIII.) Literariorum horum illuſorum (x) praecipuos quosdam nominabo. E priſcis inſignis eſt *Pſeudo-Ariſteas*, *Ioſephus* (y) *Gorionides*, *Pſeudo-Ignatius*, *Pſeudo-Dorotheus*, *Pſeudo-Dionyſius Areopagita*, *Iſidorus* (*) *Mercator*, & Stoicus ille *Diotimus*, qui *Epicuro* plures affinxit epiſtolas: quibus adiunxi ſocium in *Actis* (z) *Philoſophorum* auctorem epiſtolarum ſub *Hippocratis* & *Democriti* nominibus editarum: qui quidem non

que religioſa illuſio Ieſuitarum, qua perſuadebant nonnullis Indiae Brachmanibus, vt fierent Chriſtiani. Exponit eam *Rich. Simonius* T. II. Epiſt. ſel. 32. p. 226. Scilicet Indis illi exhibebant Hiſtoriam religionis Catholicae ab antiquiſſimis inde temporibus deductam ſermone Indico, & chartae Pergamenae, fumo infectae, inſcriptam. Indi, antiquiſſimam religionem eſſe veriſſimam, perſuaſum habentes, ſimulque vetuſtatem chartae admirantes, ſtatim victas dabant manus, ſuaque nomina profitebantur inter Chriſtianos.

(x) *Harduino*, Ieſuitae, placuit, totum orbem literatum implere doctis illuſoribus. Sed hic nae facit intelligendo, vt nihil intelligat: ac ſcienter alii oſtenderunt, ipſum eo ipſo eſſe illuſorem turpiſſimum. Vid. *Bierlingius* de Pyrrhoniſmo hiſt. cap. I. §. 10. *Eyringii* Synopſis Hiſt. lit. pag. 353.

(y) De hoc praeter caeteros vid. *Molleri* Homonymoſcopia Sect. II. cap. 2. §. 6. p. 232 ſqq. & *Basnagius* Hiſt. Iud. lib. IX. cap. 6.

(*) Hoc ſub nomine latere *Benedictum Leuitam*, ſuſpicatur *Blondellus* apud *Maſtrichtium* in Hiſt. Iuris Canonici p. 247 & 460.

(z) T. I. p. 670 ſqq.

non diu ſolum impoſuit orbi literato, ſed tam etiam felici ſucceſſu, vt *Chriſt. Thomaſius* epiſtolis illis, ſalis ſcilicet ac ſapientiae pleniſſimis, apponeret annotationes philoſophicas. E viciniori aeuo habemus *Annium Viterbienſem* & *Alphonſum Cicarellum*; *Sigonium*, cui *Conſolatio* (*) *Ciceroniana* tribuitur; *Georgium Rüxnerum*, familiarum nobilium conditorem; *Curtium Ingbiramum*; *Gueuaram*; *Muretum*, qui ſub *Trabeae* perſona impoſuit *Scaligero*; *Hieronymum Romanum de la Higuera*, qui *Dextri Chronicon* fabricatus eſt; *Franciſcum Nodotium*, qui *Petronio* fragmentum ſuppoſuit; *Veiraſium*, effictorem (α) *Hiſtoriae Seuarambicae*; *Cyriacum*(a) *Ançonitanum*, compoſitorem Inſcriptionum Romanarum; *Gueneboldum*, ficto-

(*) De hac fictitia *Conſolatione* multorum eruditorum virorum epiſtolas quarto ſuo libro *de Gymnaſio Patauino* inſeruit *Ant. Riccobonus.*

(α) Hunc tamen crediderim laude dignum eſſe impoſtorem doctum, & *Thomae Moro* ſimilem, cuius & ipſius *Vtopia* initio habebatur pro vera inſula & republica: id quod refert iunior *Thomas Morus* in Vita eius p. 346. verſionis Germanicae. Sunt & alii laude digni impoſtores docti. Talis erat, qui praeſcripto *Hieronymi* nomine, conſeruabat doctas *Pelagii* annotationes in Epiſtolas Pauli apoſtoli, eius item *Confeſſionem fidei*, quae tanquam orthodoxa etiam *Caroli M.* libro primo *de cultu imaginum* inſerta eſt.

(a) Vid. *Burmanni* Praef. *ad Gruteri Inſcriptiones.* Ea tamen huic viro laus debetur, quod primus omnium aggreſſus eſt colligere in vnum corpus Inſcriptiones priſcas: cuius rei teſtis eſt *Franc. Philelphus* Epiſt. fol. 35. b. & 36. a. Et a crimine doctae illuſionis defenditur in *Obſeruat. miſc. criticis nouis* T. III. p. 145 ſq.

fictorem (b) Graecae Inſcriptionis. Adde mendacem auctorem epiſtolae Ioannis, Electoris Saxoniae, morti proximi, de qua pereruditā exſtat Diſſertatio *Mart. Schmeizelii.* Nec omitti par eſt ficta monumenta ſepulcralia, quorum feſtiuam copiam exhibui in *Poecile* (c) mea. Illud vero ſumme mirum, quod *Dupinius* hunc voluit in cenſum referri, adoptans ſibi atque edens pro ſua (d) *Basnagii*, viui adhuc ſpirantisque, *Hiſtoriam Iudaicam.* Etiam commemoratu dignum puto turpe facinus *Leonardi Aretini*, qui *Procopii Hiſtoriam belli Gothici*, a ſe Latine redditam, pro ſui ingenii fetu venditare (*) non erubuit. En verba eius ex epiſtola ad amicum aliquem, in *Balucii* (**) *Miſcellaneis* aſſeruata: *Scripſi nouiter libros quatuor de bello Italico, quod Beliſarius & Narſes, Iuſtiniani duces, aduerſus Gothos geſſere. Eſt autem*

(b) De hoc vid. *Montefalconius* in Recenſione *Palaeographiae* ſuae §. VIII. Vid. tamen *Acta eruditorum* 1744. p. 627.

(c) T. III. p. 175 ſqq. Addo nunc *Sardanapali* fictitium ſepulcrum e *Briſſonii* lib. I. de regno Perſarum §. 253: *S. Martinae*, e *Pagii* Crit. Baron. ad A. C. 226; *Thomae* apoſtoli, e *Crozii* Hiſt. Chriſt. Indiae lib. IV. pag. 286 ſqq *M. Furii Camilli*, ex *Caroli* Memorab. eccleſ. lib. VII. cap. 44. p. 373 ſq.

(d) Vid. *Basnagius* in Praefatione editionis ſecundae, & lib. IV. cap. XI. §. 2. & 3. p. 236. vbi iudicat, ſimile exemplum impudentiae vix vllum occurrere praeterea in hiſtoria literaria. Sunt tamen, qui putent, (nec ego impetrare a me poſſum, vt aliter exiſtimem,) factum id eſſe, inſciente *Dupinio*, a turpis lucri cupido bibliopola.

(*) Vid. *Fabricii* Bibliothecae Graecae lib. V. cap. 5. pag. 251.

(**) Tomo VI. pag. 539.

autem haec non translatio, ſed opus a me compoſitum. Hanc hiſtoriam MEAM ſi tu inſpicere velis, caetera.

§. 79.

Exemplum Pſeudo-Ignatii *ſpeciatim illuſtratur.*

(VII. §. XLIV.) Ad *Pſeudo-Ignatium* quod attinet, eſt ſane quod mirer, eſſe adhuc erudiſſimos viros, qui ſputa eius lingant, nec agnoſcant fraudem, tot manifeſtis proditam indiciis. Vide, quaeſo, quae dixi an. 1710 in *Actis eruditorum pag. 196 ſqq.* Atque haec transſcribere dignatus eſt in ſuos *Commentarios de ſcriptoribus eccleſiaſticis* (e) *Oudinus*, qui & caetera argumenta profert, quae credere nos cogunt, epiſtolas illas, nulla excepta, eſſe fetus ſubdititios. *Clericus* quidem in *Arte* ſua *Critica* (f) iudicat, *Pearſonium eo ſucceſſu defendiſſe* Epiſtolas Ignatii, *vt bellum illud certa ac perpetua victoria confecerit.* Verum tam acuti viri oculos, credo, praeſtrinxit auctoritas Epiſcoporum Angliae, quorum animos diſſenſione ſua (α) offendere non ſuſtinebat. Contrarium edoceri poteſt, qui legere voluerit editas Rotomagi an. 1674. *Matthaei Larroquani Obſeruationes in Ignatianas Pearſonii Vindicias*: quas nuper *Colerus* recenſuit in *Bibliotheca* ſua (β) *theologica*.

(e) T. I. pag. 139 ſqq.

(f) P. III. Sect. 2. cap. 6. §. 9. p. 520. edit. 1697. (p. 385 ſq. ed. 6ta. L. B. 1778.)

(α) Obſeruatum quibusdam eſt, multa feciſſe *Clericum* in gratiam Epiſcoporum Angliae, metu ſcilicet adductum, ne aliquando, iniuſta haereſeos nota, Batauis cogeretur terris excedere, ſperantemque, fore tum, vt ſacri Angliae proceres ſe reciperent in ſua tabernacula.

(β) Parte LXXI. p. 1071 ſqq.

§. 80.

Argumenta τῆς νοθείας.

(VII. §. XLV.) Mihi quidem haec potiſſima videntur ac certiſſima τῆς νοθείας indicia: 1. ſcopus harum epiſtolarum, id ſpectantium, vt in immenſum augeatur auctoritas ac maieſtas Epiſcoporum. Id quod indicio eſt, vel poſt *Cyprianum* ſcripſiſſe illarum auctorem epiſtolarum. Ac obſeruauit (g) *Dodwellus, non eſſe ouum ouo ſimilius, quam Ignatianae totam Cypriani de epiſcoporum auctoritate ratiocinationem.* 2. Silentium de his epiſtolis per tria priora ſaecula. 3. Cognomen *Theophori*, in epiſtolarum harum inſcriptionibus nomini *Ignatii* adiunctum. 4. Fabulae iunioris aeui, e. g. in *Epiſtolae ad Epheſios*, §. *XIX.* — 5. Ipſa peregrinationis (h) ratio, in qua ſcriptae dicuntur hae epiſtolae. Addo, illud quoque eſſe indicium fabulae, quod Romam ibi miſſus dicatur *Ignatius*. Eccur vero Romam, quaeſo? An forte ciuis Romanus fuit *Ignatius?* Nam *Plinius* narrat, ſe Romam miſiſſe Chriſtianorum illos, qui ciues eſſent Romani. At nec Romanus ciuis fuit *Ignatius*, nec vlla cauſa fingi poteſt, cur Romae potius, quam Antiochiae, interfectum eum voluerit Traianus. 6. Ipſa ſtili facies. Certe quotiescunque has legi epiſtolas, (legi autem ſaepius,) deprehendi, omnia in illis eſſe frigida, ieiuna, inepti tumoris affectataeque gran-

(g) Differt. Cypr. VII. §. 13. & 33. Conf. *Rigaltius* ad *Cypriani* Epiſt. 66. p. 168.

(h) Vid. *Riuetus* Critici ſacri lib. II. cap. 1. p. 179. Simili paene modo planus quidam compoſuit *Epiſtolas Themiſtoclis.*

grandiloquentiae plena, & nimis viuide ſpirantia vanum ac planum Graeculum. 7. Auctoritas ſummorum Criticorum. Euſebius quidem (*i*) eas epiſtolas, & quidem primus, venditauit pro genuinis. Verum quis moueatur auctoritate hominis criticae prudentiae tam expertis, vt vel Abgari & Chriſti mutuas epiſtolas pro veris amplexetur? Quis non potius eos ducat ſequendos, qui poſt ſuſceptum illarum epiſtolarum examen cenſuerunt, eas ad vnam omnes a Graeculo quopiam declamatore confectas & confictas fuiſſe? Dixerunt autem hanc ſententiam *Centuriatores Magdeburgici*, *Mart. Chemnitius*, *Io. Gerhardus*, *Kortholtus*, *Tenzelius*, (*k*) *Zeltnerus*, *Caluinus*, *Blondellus*, *Salmaſius*, *Dallaeus*, *Whitakerus*, *Rob. Cocus*, *Rob. Parkerus*, *Sam. Baſnagius*, *Albertinus*, *Matth.* & *Dan. Larroquani*, *Frid. Spanhemius*, *Lampius*. Omnium vero primo loco poni oportet *Photium*, qui, dum in ſua *Bibliotheca* Epiſtolas Ignatii non recognouit, tacitus clamat,

(*i*) Hiſt. eccleſ. lib. III. cap. 36.

(*k*) Is ita in notis ad *Ruari Epiſtolas* p. 105. cenſet: *Argumenta certe, quae contra earum* epiſtolarum γνησιότητα *congeſſit ſexaginta ſex omnino* Io. Dallaeus, *eiusmodi ſunt, vt neque* Pearſonianas Vindicias, *neque* Hammondianas *omnes illis incidiſſe neruos exiſtiment, quotquot, Epiſcoporum cauſam agere, non multum intereſt.* Eodem modo *Io. Sudorius* (*le Sueur*) iudicat, Hiſt. eccl. T. I. p. 218. ſcribens, epiſtolarum *Ignatii* νοθείαν ad vnam omnium tam clare demonſtraſſe *Dallaeum*, vt omnibus veritatis amantibus ſatisfeciſſe videatur, vtque plurimum ei debeatur pro tam grauis erroris locupletiſſima refutatione. Nuper etiam *Stollius*, vir emunctae naris, in ſua *Hiſtoria Patrum Eccleſiae* aſſenſus eſt, falſum in his epiſtolis loqui Ignatium.

mat, ſibi dubium haud eſſe, quin nomen eae gerant falſiſſimum.

§. 81.

Aliud exemplum: Io. Val. Andreae.

(VII. §. XLVI.) Operae quoque pretium fuerit, paucis inueſtigare, an iure *Gottfridus* (*l*) *Arnoldus* habeat *Io. Valentinum Andreae* pro conditore pariter & exauctoratore, vel, ſi mauis, pro auſpice pariter atque veſpillone *Fraternitatis roſeae crucis.* In *Fama* quidem *fraternitatis* huius, an. 1614 edita, ſtilum eſſe ſimillimum ſtilo illius *Valentini*, non audet negare (*m*) *Fiſchlinus.* Ipſe ille *Valentinus Andreae*, etſi nusquam ſe profeſſus eſt huius libelli ſcriptorem, tamen & in *Confeſſione* ſua & in *Turre Babel* & in *Theophilo pag.* 39. & in *Menippo cap.* 12. docet, totam illam rem eſſe fabulam ſiue comoediam, *Fraternitatemque* illam duntaxat fictam (α) eſſe a fama. Eius etiam inſignia, *Theophilo* ipſius, Lipſ. an. 1706 recuſo, praefixa,

(*l*) Hiſt. eccleſ. lib. XVII. cap. 18. & P. IV. Sect. III. n. XI. p. 623 ſq. Conf. Apologia illius Hiſt. eccl., ſub tit. *Hiſtoriſch-Theologiſche Betrachtungen* edita, p. 292 ſqq. & 577 ſqq. Aſſentitur *Arnoldo Buddeus* Diſp. de alchemia §. 16. & iterum in Iſagoge hiſt. theol. p. 1366. itemque *Chriſt. Thomaſius* in *Bibliotheca Thomaſiana* T. I. pag. 633. & *Bruckerus* Hiſt. philoſ. Germ. T. VI. p. 1235 & 1241.

(*m*) Memor. Theol. Würtemb. P. III. p. 202.

(α) Etiam Theologi Leidenſes in edito an. 1625. *Iudicio de ſecta Fratrum Roſeae Crucis* (quod exhibet in ſua Summa Controuerſ. p. 1001 ſqq. *Hornbeckius*,) ſub finem ita ſcribunt: *Hanc ſectam, ſi non potius commentum eſt capitis cuiusdam male feriati, Fraternitatem huiusmodi ementiti,* caetera.

fixa, *crucem* habent *Andreanam*, in cuius interuallis ſingulis *roſa* (*) iacet. Accedit, quod nemo alius a quoquam nominatus fuit huius fictionis auctor. Nam quod de *Ioach. Iungio* in *Vita Io. Lud. Fabricii* p. 11. & 12. refert *Heideggerus*, nemini fide dignum viſum eſt, nec immerito fictum videtur a quopiam ad detrahendam hanc *Valentino* noſtro infamiam. Ego quidem ex his & ex iis, quae alii (*n*) de hac quaeſtione in vtramque partem ſcripſerunt, ſatis intelligere mihi viſus ſum, veram eſſe *Arnoldi* ſententiam. Sed quid multa? Ipſam *Andreae* confeſſionem exhibeo in *Poeciles* meae Tomo ſecundo p. 246. Addo, *Io. Valentinum Andreae* puduiſſe (*o*) poſtea iu-

(*) Falſiſſima igitur eſt Gallorum quorundam, quae in *Moshemii* Inſtit. hiſt. Chriſt. recent. p. 398. profertur, etymologia nominis *Roſaecrucianorum*. Neque enim *die Thaukreuzer* ſe nominabant, ſed *die Roſenkreuzer*.

(*n*) Vid. *Iaegeri* Hiſt. ſaec. XVII. Dec. 6. lib. 4. cap. 3. p. 58; *Caroli* Memorab. eccl. lib. II. cap. 25 & 39; *Bierlingii* de Pyrrhoniſmo hiſt. cap. 5. §. 3. p. 255 ſqq. *Weismanni* Hiſt. eccl. T. II. p. 1133; *Miſcellanea Leibnitiana* p. 222. *Kazaueri* Diſp. de Roſaecrucianis, an. 1715 edita; *Bibliotheca Reimmanniana* p. 736 & ſq. Recens in diſceptationem vocata haec quaeſtio ab *I. G. Herdero* im *Deutſchen Mercur*, *Mart.* 1782, & in eius *praefatione ad* Io. Val. Andreae *Dichtungen, cet. a Car. Gottl. Sonntagio*, Lipſ. 1786. 8. editas. Herderus Andream agnoſcit auctorem. Sed conferenda ſunt ab aliis dicta im *Wirtenbergiſchen Repertorium* p. 274 ſqq. & p. 512 ſqq. - *Sonntagius* in *Nachr. von Andreae*, cet. p. LVII. alteri opinioni fauet.

(*o*) Simile habemus exemplum *Chriſtiani Thomaſii*. Nam & is iunior captus fuerat amore *theologiae myſticae*, annis & ſapientia prouectior in poſteriori ad *Poireti* *Eru-*

modo laudaui, agnoſcit, ad ſcriptores huius generis dici oportere: *In tenui labor, & tenuis quoque gloria vobis.*

§. 83.

Phyſiognomici & Iconographici.

Ad hoc obſeruationum genus referri etiam debet eorum notitia, qui vel doctorum virorum effigies, arte expreſſas, ſingulas collectasque publicarunt, vel ex corporis externo habitu ſingularumque capitis ac faciei partium, vt oris, oculorum, narium, frontis, lineamentorum conformatione ac proportione, animi indolem & dotes ariolando aſſequi atque edere conati ſunt. Quantum in hac diuinandi arte veri aut falſi inſit quamuis nos extricare haud ſuſtineamus, tamen rei commemoratio iniicienda & ſuper ea diſputandi locus in hac rei literariae deſcriptione deſignandus erat. Inter phyſiognomicos auctores locupletiſſimus eſt *Io. Caſp. Lauater*, cuius opus ſplendidiſſimum (*Phyſiognomiſche Fragmente, zur Beförderung der Menſchenkenntniſs cet. Leipz. und Winterthür*, 1775 - 1778. 4. 4 *Voll.*) pernoſcat, quicunque aliquam artis peritiam aut iudicandi facultatem parare cupit. De effigierum in lucem editarum incertitudine nonnulla ab Heumanno ſupra ad §. 38. recte monita ſunt, qui ipſe iam *Sigiſm. Iac. Apini* libellum (*Anleitung, wie man Bildniſſe gelehrter Männer*

ner

exhauſerit Baudius, *aut ſi ad vnguem edidicerint, qi annis eodem calamo vſus fuerit* Leo Allatius; *quot hac ictibus* Scioppius *iuſſu legati Anglici fuerit laceratus; quot pilos* Franc. Philelphus, *grammatica lite ſuperi a barba* Timothei, *aduerſarii, euulſerit.*

ner ſammlen ſoll. Nürnberg, 1728 8.) commemorauit. Collectiones eiusmodi effigierum nonnullas adnotatas reperies in *Bruckeri* praefatione ad Pinacothecam. Sed ad conſcribendam iſtam *bibliothecam iconographicam*, haud mediocri libro opus eſt; adeo larga extat effigierum copia. Ad tale opus ſuſcipiendum nemo facile doctrina, apparatu & iudicio inſtructior eſt *Ge. Wolfg. Panzero*. Is enim, praeter imagines libris inſertas, etiam effigierum ſeparatim editarum ampliſſimam poſſidet collectionem, eamque optime diſpoſitam & in diuerſi generis catalogos relatam.

CAPVT III.

DE NOTITIA LIBRORVM.

§. 84.

Vſus librorum; eorumque duplex notitia.

Libris, conſtat, omnium temporum populorumque ſapientiam rerumque geſtarum & inuentarum memoriam reconditam ſeruari. Sine hoc adiumento, a maioribus inuenta, geſta, tradita, quae tamen augeſcentis cognitionis ac ſollertiae humanae & nutrimenta & ſemina erant futura, nec conſeruari nec propagari potuiſſent. His contra adiuta mens humana, plurium ſaeculorum ſapientiam arripere eaque inſtructa multo facilius celeriusque ab inuentis antiquis ad noua inuenienda progredi potuit, adeo vt librorum ſubſidio paene ſoli, ſequentium temporum inſtitutionem & literarum incrementa de-

uenilis erroris, eoque non ſolum dimiſſo, ſed
tiam publice damnato, in orthodoxiae caſtra
ona fide ſe recepiſſe.

§. 82.

Micrologi literarii.

(VII. §. XLVII.) Antequam ad alia tranſire
ubeo calamum, & huic virorum doctorum no-
itiae finem impono, libet commemorare ſcri-
tores (p) *micrologiae literariae*. Eos dico, qui
uriosa magis, quam vtili opera, ſingularibus
ibellis propoſuerunt *doctos Principes*, *theologos* vel
ureconſultos natalibus nobiles, *ſacerdotes ſemiſaecula-*
es, *doctos coelibes*, *doctos pueros* ſiue *ingenia praecocia*,
loctos αὐτοδιδάκτους, *doctos ſpurios*, *doctos caecos*, *ru-*
ticos, *pauperes*, *ſutores*, *mercatores*, *milites*, *correctores*,
loctos magiae vel commercii cum ſpiritu familiari ſu-
ſpectos, *doctos pedantiſmi vel charlataneriae reos*, *do-*
ctos μισανθρώπους, *μισογύνεις*, *μισοκόσμους*, *malis*
praeditos moribus, *vxores habentes malas*; *doctores*
publicos ingenti auditorum numero ſtipatos; (q) *etc.*
pſe ſub titulo *caecorum videntium* illos deſcripſi
eruditos viros, qui inde a puero viſu caruerunt;
& ſub *macromicrorum* titulo eos, qui corpore
proxime a Pygmaeis, animo & ingenio proxi-
me

Eruditionem praefatione ipſe ſe refutauit, ſimulque gra-
uiſſimos Myſticorum errores indicauit atque proſtrauit.

(p) Hoc περὶ μικρῶν λέγειν vocat *Aelianus* Var. hiſt.
lib. XI. cap. 12.

(q) In *Theod. Cruſii* Deliciis literariis (*Vergnü-
gung müſſiger Stunden*) P. XVI. p. 291 ſqq. exſtat diſſer-
tatio de poëtis, qui iidem pictores fuerunt; & P. XIX.
p. 576. nominantur ſcriptores micrographici de Medicis.
Huc pertinet *Io. Henr. Ackeri Hiſtoria pennarum*, qui-
bus docti viri vſi ſunt, Altenburgi an. 1726 edita.

me a gigantibus abſuere. Nec *clari* mei *Diaboli*, quos in *Poecile* exhibui, alia merentur in claſſe locari. Nihilominus tenendum eſt, quod iam ſupra §. 45. obſeruauimus, ſub minutiarum ſpecie, praeſertim ſi crebra exempla obiiciantur & res ſpecie leuiores, in ſingulis obſeruatae, damna vel commoda inſigniora afferant, grauioris momenti res latere. Sed obſeruandi ſedulitas, iudicandi ſollertiam adiunctam habere debet.

Integrum corpus *Micrologiae literariae* an. 1718. Francofurti edidit *Io. Adamus Bernhardus*, recteque inſcripſit *Curieuſe Hiſtorie der Gelehrten*. Eodem anno *Io. Godofredus Büchnerus* Lipſiae emiſit librum *de vitiorum inter eruditos occurrentium ſcriptoribus*: at non eos ſolum exhibet, ſed ſimul *cap. I. §. 1-6. & cap. III. §. 2. & 3.* itemque *Supplem. §. 2. & 3.* caeteros nominat ſcriptores micrologiae literariae: vt adeo *Büchnerianus* iſte liber (*r*) appellandus videatur *Bibliotheca micrologico-literaria*. His adiungamus talium ſcriptorum indices copioſos, in *Bibl. H. L. Struu. Iugler II. p. 1518-1564.* & in *Catal. Biblioth. Bünau. To. I. pag. 528-542.* propoſitos. Caeterum non eſt diſſimulandum, quod & (*s*) *Büchnerus*, quem modo

(*r*) Vid. eius *Index v. Eruditi.*

(*s*) Supplem. p. 8 & 9. Non poſſum facere, quin hic repetam ſerium pariter ac feſtiuum monitum *Menckenii*, quod nuper legi in eius *Orationibus Academicis* pag. 321. *Frenandum* ſcilicet ducit *iuuenum in haec ſtudia pruritum, qui ita ſe horum dulcedine ineſcari patiantur, vt ſpretis atque inſuper habitis ſeuerioribus ſtudiis, ad ſummum ſe literarum culmen perueniſſe putent, ſi ſciuerint, quot vxores* Calouius *duxerit, vel quot pocula* ent-

duci & probabilibus argumentis confirmari, non lubrico fundamento ſuperſtrui debet. Ipſe pridem mentis aciem intendit Heumannus, ad veſtigandam literarum originem ſibique demonſtraſſe (*b*) viſus eſt, ſcribendi artem eo temporis

(*b*) In *Actis philoſ.* P. V. cap. 1. §. 23-34. Addatur *Io. Henr. Vrſinus* Lib. *de Zoroaſtre* Exercit. III. Sect. 3. p. 203 ſqq. Contendunt quidem *Vitringa Obſ. Sacr.* Lib. I. cap. 4. §. 3. & *Loeſcherus* Lib. II. *de cauſſis Ling. Hebr.* cap. 1. §. 17. vſum artis ſcriptoriae diluuio eſſe antiquiorem: ſed non ſatis validis vtuntur argumentis. [Attamen nec vana poteſt videri horum virorum opinio. Ante omnia vero conſtituendum erat, de quo ſcripturae genere diſputauerint. Nam rude aliquod depingendarum rerum ac proinde hieroglyphicarum figurarum genus iam tum inuentum & vſitatum fuiſſe, quis dubitabit, ſi tabularum genealogicarum totque nominum annorumque memoriam ſeruatam reputet, artiumque multarum ac commerciorum exercendorum, operum exſtructorum & in primis ingentis nauis aedificatae atque in nauigatione annotatarum rerum rationes conſideret? Conferenda ſunt, quae vltra admonuit *Gatterer* in *Weltgeſchichte* (*Götting.* 1785. 8.) Th. I. p. 23 & 81 ſqq.] Multum ſpeciei habet argumentum *Iac. Basnagii, Hiſt. Iud.* Lib. VI. cap. 5. §. 1. ſtatuentis, *Kiriath-Sepher*, quae vrbs Ioſ. 15, 15. memoratur, eſſe *vrbem librorum*, in qua regionis bibliotheca publica eſſet. Ac ſane LXX Interpretes id nominis reddiderunt *πόλις γραμμάτων*, & Latinus vetus interpres, *ciuitas literarum.* Verum ſi quis dicat, *Sepher* fuiſſe nomen conditoris, quo ſenſu & occurrat *Kiriath-Arba*, (vid. *Relandi Palaeſtina* lib. III. p. 725.) nihil habebit, quo eum refutet, Basnagius. Certe *Buddeus Hiſt. eccleſ. V. T.* Tom. I. p. 942. agnoſcit, *non ſatis euictum eſſe, quod vrbs* Kiriath-Sepher *a libris denominationem ſuam acceperit.* [Nihilominus tum etiam, ſi *Sepher* conditoris, non vrbis nomen fuiſſe putemus, in hoc verbo *ſcriptionis*

ris interuallo (c) inuentam eſſe, quo Iacobi, patriarchae, poſteri in Aegypto fuerint verſati; adeoque hiſtoriae literariae initium a Moſe demum eiusque libris capi debere. Quamquam ex allatis argumentis & rationibus, ſi praeclare

nis notio manet, quae artem ſcriptoriam tunc certe inuentam & in eo populo cognitam fuiſſe prodat. Nam quo tempore ſcribendi ars nondum extabat, nemo profecto *ſcriptoris* vel libri *nomen* ferre poterat.] Nec illud contemno, quod quidam vrgent, Moſen genealogias ſuas & antiquiſſimorum temporum hiſtorias, (quas eum aeque ac Lucam, non e ſola Dei reuelatione perſcripſiſſe, veriſimillimum eſt,) non potuiſſe aliunde haurire, quam e ſcriptis maiorum ſuorum. Vid. *Clericus* ad Geneſ. 41, 21. 40. itemque *Funccius* Lib. de pueritia ling. Lat. cap. 1. §. 9. Sed fieri potuit, vt veteres Hebraei, quod & priſcos Germanos feciſſe, docet Tacitus, hiſtorias verſibus comprehenſas mandarent memoriae, crebra concentione. Idque facilius credo, cum mecum reputo, Moſem, quae ſuo aeuo ſint propria, deſcripſiſſe copioſius, (vt Iacobi hiſtoriam a Geneſeos cap. 27 vsque ad cap. 50.) cum contra longinquiora partim omiſerit, partim pauciſſimis attigerit. Ne dicas, cantilenas illas rudis plebeculae carere fide hiſtorica. Credo enim, carmina illa Hebraea a viris ſapientia & pietate eminentibus, nec niſi exploratiſſima quaeque memoriae poſterorum prodentibus, condita fuiſſe.

(c) Non debemus mirari, tam ſero inuentam eſſe artem ſcribendi. Quam noua eſt ars typographica, quam inuenire longe facilius erat! Hic non debeo omittere egregiam meditationem *Io. Henr. Stuſſii*, Gymn. Gothani quondam Rectoris, qui in ſingulari Diſſert. an. 1740 edita & 1741 recuſa (de natalitiis artium), poſtquam obſeruauit, eo tempore, quo Ioſephus in Aegypto ad proximum regali faſtigium fuerit euectus, adhuc incognitam fuiſſe ſcribendi artem [inter Iſraelitas], ſtatim vero poſt Iſraelitarum emigrationem ex Aegypto vſitatam

fuiſſe,

agatur, id tantum poteſt effici: 1) per literas ſcribendi artem, certe in *populo Iſraelitico*, dicto temporis interuallo fuiſſe cognitam. Loca praecipua, quae id prodant, ſunt Hiob 13, 26. 14, 17. 19, 23. 24. 31, 35. 36. 2 Moſ. 17, 14. 24, 4. 28. 34, 27. 4 Moſ. 17, 18. 31, 9. 19. 26. 33, 1. 2) nec eandem alibi, multo ante Moſis tempora, libris fuiſſe diuulgatam. Nihilominus 3) veroſimile eſſe, eam aliquanto prius, apud alium aliquem populum, praeter Iſraelitas, vt Aegyptios, extitiſſe inuentam & fuiſſe vſitatam. Inſuper autem 4) expreſſe monendum, quae de tempore inuentae artis ſcribendi dicta ſint, ea de *ſolo literarum inuento* valere, nec dubitari poſſe, alia rudiora rerum deſignandarum genera multo eſſe antiquiora & primam adeo generis humani aetatem attingere. Caeterum auctores hiſtoriae artis ſcriptoriae recenſet *Fabricius* in *Bibliographia antiquaria Cap. XXI. §. X.* Praecipui ſunt: 1) Herm. Hugo *de prima ſcribendi origine & vniuerſa rei literariae antiquitate.* Antw. 1617. — *notas cet. adiecit* C. H. Trotz. *Traj. ad Rh.*

fuiſſe, indeque concluſit, eo temporis tractu, quo illi in Aegypto habitauerint, iſtam artem natam fuiſſe; hanc inuentionem Ioſepho, viro vtique ingenioſiſſimo, tribuere non dubitat. Confirmari id putat antiquiſſima traditione, quae literarum inuentorem exhibeat *Hermetem*; ſub quo nomine *Ioſephum* latere, doctiſſime docet. [Sed haec omnia ingenio magis exornata, quam hiſtoricis argumentis comprobata deprehendimus.] Eadem ſententia an. 1741 a *Carpouio* in *Diſſ. crit. de lingua eiusque perfectione* defenſa eſt. Iam *Spencerus* vero *Lib. III. de legibus Hebraeorum ritualibus Diſſ. V. cap.* 8. *Sect.* 3. *p.* 1176. docere ſuſtinuit, Ioſephum *literis inſtruxiſſe Aegyptios.*

Rh. 1738. 8. 2) Io. Nic. Funccius *de ſcriptura veterum. Marburg. & Rint.* 1743. 8. 3) (Io. Ge. Wachter) *Naturae & Scripturae Concordia. Lipſ. & Hafn.* 1752. 4. 4) *Conjectural Obſervations of the origin and progreſs of the letters. Lond.* 1771. 8. 5) *The origin and progreſs of Writing, as well hieroglyphic as elementary — By* Th. Aſtle. *Lond.* 1784. 4. 6) Ewald, *Verſuch einer Geſchichte der Kunſt, die Gedanken durch ſchriftliche Zeichen mitzutheilen.* In *Repertorio Gothano.* — 7) Chph. Meiners *Beiträge zur Geſchichte der Alphabetiſchen Schrift*, im *Götting. Hiſt. Magazin B. IV. p.* 720-736. 8) Ob Homer die Schreibkunſt gekannt u. ſ. w. in Fr. Aug. Wiedeburg's *Humaniſtiſchem Magazin*, 1788. Nr. 2. His adiungamus: 9) Ant. Yv. Goguet *Unterſuchungen über den Urſprung der Geſetze, Künſte etc. Th. I. Cap.* 6. *pag.* 171-192. 10) Hamberger, *Zuverläſſige Nachr.* — *2te Vorläufige Abhandlung*, p. 55-73. 11) Court de Gébelin *Monde primitif, To. III. Livre V. p.* 374-510. Difficultates inueniendae artis ſcriptoriae & impedimenta eidem diuulgandae obiecta exponuntur in Fr. Eb. R. *Allgemeinen Bemerkungen über die Hinderniſſe der Erfindung und erſten Verbreitung der Schreibkunſt*; quae commentatio ineſt in Cel. Archenholz *Neue Literatur und Völkerkunde* 1790. *Apr. p.* 315-329.

§ 87.

Obiter commemorantur antiqui orbis monumenta literaria falſo iactata.

(III. §. III.) Efficitur hinc, vniuerſa ſcripta, auctoribus, Moſe antiquioribus, tributa, ſuppoſititii generis eſſe, e. g. Oracula Sibyllina & Zoroaſtris, libros Henochi & Abrahami, Te-

ſtamenta XII patriarcharum; de quibus *Lambecius* libro ſupra commemorato (§. 19.) copioſe diſſerit, itemque *Fabricius* in *Codice pſeudepigrapho V. T.* & *Bibliothecae Graecae libro primo.* Valeant etiam *Maderi* bibliothecae antediluuianae, valeant *columnae Sethi*, de quibus actum *Heumanni Act. Philoſ.* To. I. p. 941 ſqq.

§. 88.

Artis ſcriptoriae periodus prima: *prima initia & facti ſenſim progreſſus, rerum ipſarum imagines & picturae genus erant.*

(III. §. IV.) Omnino autem ſcribendi ars, ſub qua nunc quidem quodcunque rerum conſignandarum genus comprehendamus, neque vno tempore, neque in vno populo neque ab vno homine eſt inuenta. Quam ob rem ne porro, vt vulgo fieri ſolet, de ſingulari aliquo homine cogitemus, cuius vnius ingenio ac ſollertia, literarum miraculum inuentum & publicatum fuerit. A ſimplicioribus, facilioribus rudioribusque ſcribendi modis, diuerſorum locorum temporumque homines plures, alter alterius inuentis ſubleuati, ad abſtruſiores impeditioresque, ſed eosdem perfectiores & ad communem vitam vtiliores modos progreſſi ſunt. Vt omittamus alios modos, a ſcriptionis ſimilitudine alienos, quibus prima & inculta populorum aetas rerum memoriam ſignare, conſeruare & excitare conata eſt, quo pertinent arbores inſignes, lapidum coaceruatorum monumenta, funes nodis diſtincti, ritus ſollemnes, cantiones cet., ſcripturae inuentae & excultae inprimis hi gradus ſunt obſeruandi. 1) Prima fuit

fuit *ſcriptura pingens* ſeu *pictura loquens*, h. e. rudior pictura rerum obiectarum integrarum, quae vſibus rudiorum hominum inſeruiit, cum prima rudimenta depoſuiſſent. Eam, Clemente Alexandrino auctore, (*Strom. Lib. V.* p. 657. ed. Pott.) κυριολογικην appellant. Occaſionem autem inueniendae arti ſcriptoriae dediſſe *picturam* (*d*), hancque proinde ſcribendi arte antiquiorem eſſe, vel potius picturam ipſam primum ſcribendi modum fuiſſe, iam propterea exiſtimari poteſt, quod multo facilius hominibus in mentem venit, repraeſentare imagines rerum, oculis ſubiectarum, quam rerum auditu vel etiam ſolo intellectu perceptarum. Sic homo *ſe in littore videns*, *cum placidum ventis ſtaret mare*, facile permotus eſt, vt naturam imitans, ſolis, lunae, hominum, animantium, arboris, domus &c. imagines exprimere conaretur. Sed id quod coniectando & ratiocinando intelleximus, ipſis incultorum populorum ſingulorumque hominum exemplis, tanquam argumentis hiſtoricis, facile confirmari poteſt (*e*). Deinde

 autem

(*d*) Scilicet *pictura* nihil aliud eſt, quam ſcriptura obiectorum in oculos incurrentium; & *ſcriptura* eſt pictura obiectorum (ſonorum) in aures incurrentium. Sic ars typographica fuit inuenta occaſione ſimilis artis, non quidem inciſoriae, *der Kupferſtecher-Kunſt*, quippe cui inueniendae occaſionem demum dediſſe typographiam, iam *Paſchius* docuit in *Nouis inuentis* cap. 7. §. 67. p. 793; ſed caelatoriae & ſculptoriae, de qua vid. *Plinius* Lib. XXXIII. cap. 12. & *Virgilius* ecl. III, 37 ſqq.

(*e*) Nam relatum legimus, homines omni literarum notitia vſuque carentes, repraeſentatas habere res, a maioribus ſuis geſtas, per ſigna & imagines. Teſtis eſt

autem haec ſcriptura pingens multis modis variata & vſibus pluribus magis magisque adaptata eſt. Mox enim ſecuta eſt 2) *pictura allegorica & ſymbolica*. Nam cum primo, depictae figurae id modo, quod referebant, ſignificaſſent, leonis imago leonem, ſolis ſolem cet., poſtea imaginibus tropica vis tributa eſt, vt ſolis imago ad ſignificandum calorem, leonis ad indicandam fortitudinem transferretur. Tum, quoniam imagines integrae, quamuis rudes, grandiores erant multumque ſpatii requirebant, 3) *abbreuiatae* ſunt *figurae*, vt pauciores lineae, & partes adeo, ad ſignificandam rem ſufficerent, velut linea curua, ſimilis literae *S*, ad denotandum ſerpentem, rude caput cornutum ad indicandum taurum vel arietem. Tandem, cum paſſim occurrerent ideae, imaginibus non exprimendae, addiderunt adeo 4) *ſigna arbitraria*, cum ſingularum rerum tum etiam ſingulorum ho-

eſt de Canadenſibus. *Lahontanus* Itinerarii Gallice ſcripti P. II. p. 193. edit. Germ. p. 560 ſqq. Eiusdem *ſcripturae pingentis* ſeu per picturas ſcribendi artis exempla clara ſunt Mexicanorum. Hi, cum primum Hiſpani ad ipſorum oram adnauigaſſent, Montezumae, regi, pannum miſerunt, in quo rudi pictura expreſſa erant, quaecunque accidiſſent actaque eſſent. Vid. *Acoſta* Hiſt. des Indes Occid. L. VII. cap. 24. Conq. du Mexique L. II. cap. 1. p. 162 ſq. Specimina archetypa Oxoniae in Bibliotheca Bodl. ſeruantur. Ex his transſcripta exempla *Purchaſſius* Collectioni peregrinationum Tom. III. p. 1066 ſqq. & *Theuenotius* Relationibus diuerſorum itinerum Par. 1696. To. II. inſeruit. Conf. *Aſtle* l. c. p. 4 ſqq. vbi plura commemorantur exempla. Memorabile quoque eſt ruſtici cuiusdam Anglicani exemplum, a *Sam. Shukfordo* (in *the ſacred and profane Hiſtory of the World connected*, L. IV. p. 159. *ed. Germ.*) exhibitum.

hominum, primo quidem rariora & inter ſingulos tantummodo adhibita, cum hac fortaſſe cautione, ſi reliquarum figurarum ſeries, vim, iſtis ſignis ex arbitrio tributam, quodammodo prodere poſſet, donec vulgo cognoſcerentur & adoptarentur. Atque hae primae ſcripturae ſpecies apud incultos quosuis fere populos, quamuis nulla inter ipſos eſſet notitia, in vſu fuere; quo ſatis apparet, non aliorum imitationem, ſed naturam, neceſſitate prouocatam, eandem vbique praebuiſſe ſcribendi rationem. (vid. *Goguet* To. I. p. 178 ſq. & *Aſtle* l. c. p. 8.) 5) Continuato vſu ac ſtudio haec *ſcripturae pingentis* genera ad ſummam perfectionem ſunt exculta & in artis formam redacta, praeſertim apud Aegyptios & Sinenſes, vnde non tam noua, quam potius diligentius elaborata & expolita ſpecies orta, ac *ſcripturae hieroglyphicae* nomen impoſitum eſt; quo quidem nomine Sinenſium etiam ſcripturam, quatenus picturis conſtat, nunc complectamur, quamuis bene intelligamus, inter ipſam & Aegyptiorum hieroglyphica ſigna, nihil eſſe ſimilitudinis vel cognationis (*). Ad Aegyptios vero hanc iconographicam ſcripturam ab Aethiopibus veniſſe, auctor eſt *Diodorus Sic.* (L. III. c. 3. p. 144. ed. Weſſ. 175.) Accuratiorem huius ſcripturae deſcriptionem exhibet *Clem. Alex.* Strom. V. 4. p. 657. Pott. (555. Sylb.) & ex eo *T. C. Tychſenius* in *Biblioth. der alten Literatur.* Part. VI. p. 10 ſqq. coll. p. 53.

§. 89.

(*) Conſulas *Frommannum* in Diſp. *de cauſſis nominum literar. Hebr.* §. *VIIII.* Opuſc. To. I. p. 120 ſqq.

§. 89.

Prima numerorum ſigna, etiam picturae genus, digitos ſingulos iunctosque referebant.

(III. §. V.) Iam quemadmodum ſcripturam quandam ante inuentas literas in vſu fuiſſe vidimus, ita ſimiliter, vrgente neceſſitate, mortales certa *numerorum ſigna* conſtituiſſe videntur, quae ad picturae magis, quam ſcripturae ſimilitudinem accederent. Namque illorum antiquiſſima ſigna, quae Latini retinuerunt ac poſtea adoptatis nonnullis nouis ſignis auxerunt, cum caeterae gentes, illis abiectis, pro numerorum ſignis, literas adhiberent, ſunt naturalia & a digitorum forma deſumta. Etiamſi enim vulgaris opinio ſit, notas numerales I. V. X. eſſe literas, & Priſcianus (*f*) eas e Graecorum literis deriuare conatus ſit, tamen ea explicatio omni idonea ratione deſtituitur planeque vana eſt; contra veri multo ſimilior eſt, quam Ehrenbergerus & Wachterus (*g*) in primis illuſtrauit, opinio, ſingulas virgulas, quibus Latini vnitates indicent, eſſe digitorum erectorum ſigna κυριολογικα, notam autem X, quae bis quinque ſignificet, duas decuſſatim iunctas manus, vel potius vnam ſurſum, alteram deorſum poſitam, velut pictura repraeſentare, notamque alteram U vel V, eſſe partem dimidiam, a dena-

(*f*) *Priſcianus* in *Grammat. Lat. Auctorib. antiq.* p. 1346.

(*g*) Vid. *Ehrenbergeri* elegans Diſp. *de Numeri denarii origine*, Ien. 1705 edita, §. XXIV.; praeſertim autem *Wachteri Naturae & Scripturae Concordia*, *Sect. V. cap. 2. p. 314 ſqq. Frommanni Opuſc. To. I. p. 116.*

nario X auulſam & vnam manum ſeu vnius manus digitos h. e. quinarium numerum indicare. Quo quidem vel ſymbolo vel compendio rudioris aetatis homines vſi fuiſſe videntur, ne lineolae iſtae numerales, decies repetitae, moram iniicerent viſumque confunderent. Numerus quoque horum ſignorum reſpondet digitorum numero (*h*), quibus in numerando vtebantur. Praeterea antiquiſſima numerationis vocabula, apud Hebraeos & Graecos a digitis eorumque numero deducta (*i*), & communes omnium paene populorum in numerando ad decem ac deinceps per decades progreſſiones, primam numerorum originem oblatumque a natura denarium & manus tanquam na-

(*h*) *Plutarchus* Libro I. *de placitis philoſophorum* cap. 3. ex Pythagorae obſeruatione ſcribit: *naturam numeri eſſe* denarium. *Nam ad decem vsque numerando progredi omnes & Graecos & Barbaros, & hinc ad vnitatem regredi.* Huic rei originem dediſſe numerum digitorum, docet etiam *Io. Clericus* annot. ad *Seldeni cap. III. de decimis* §. 1. p. 636. & *Wachterus* l. c. pag. 312. *Cauſa*, inquiens, *cur homines tam proni ſint, per DECADES potius, quam octoades aliasue progreſſiones numerandi, non eſt ab inſtitutione parentum, nec a propria electione, quod hanc progreſſionem omnibus aliis poſſibilibus praeferrent: ſed quod ante omnem inſtitutionem & deliberationem*, denarium a natura ſibi oblatum, *vltro acceptarent. Et mirum ſane fuerit, tot gentes, nullo inter ſe commercio, nec aliqua neceſſitudine iunctas, conſpirare in re, quae aliter fieri poterat, ſi nullae hic ſint naturae praeeuntis partes.*

(*i*) Vt Hebraeorum חֲמֻשִׁים *numero adſcripti*, q. *ad digitos numerati*, Graecorumque πεμπάζεσθαι pro ἀριθμῆσαι. Conf. *Plutarch.* de *oraculorum defectu*, p. 429. *Ideoque veteribus*, inquit, *in vſu fuit*, πεμπάζεσθαι dicere pro ἀριθμῆσαι, *numerare.*

naturale numerandi inſtrumentum arguunt. Certae adeo leges deinde inuentae ſunt, digitorum variato poſitu innumeros exprimendi numeros; quas leges ſingularibus opuſculis propoſuerunt *Nicolaus Smyrnaeus* & *Beda Venerab.* (in *Abaco digitorum*), illuſtrati a *Poſſino* in *Spicilegio euangelico* §. 75.

§. 96.

Artis ſcriptoriae periodus ſecunda: *ſcriptura per literas*.

(III. §. VI.) His ſcripturae & numerorum modis vel ſimplicioribus vel rudioribus vſa eſt prima minusque culta hominum aetas. Similibus nunc adeo vti videmus indoctos literarumque ignaros, vt, quoties alicuius rei memoriam velint ſeruare, eius ipſius rei ſeu imaginem, craſſiore Minerua adumbratam, ſeu notam ac ſymbolum, parieti tabulaeque vel inſculpant, vel creta carboneue aut ſinopide aliaque his ſimili materia (*k*) inſcribant. Cum vero ea res multa haberet incommoda, maximasque pareret difficultates; ſi tot ſigna memoriae eſſent imprimenda; tandem ſingulorum nonnullorum hominum, ingenio praeſtantium, ſollertia, prioris aetatis rudimentis adiuta, multumque mente agitando & experiundo, quae ſtilo poſſent effici, ſenſim ad inueniendum exquiſitius ſcripturae genus eſt adducta, quo non res, ſed verba, non oculis mentique obuiae rerum formae, ſed auribus percepti ſoni ſignis exprimerentur, quas deinde *literas* proprio nomine appellarunt. Quod inuentum quamuis ob vulgatum vſum nunc vile habeatur & ad puerorum ru-

(*k*) Vid. exempla ſupra §. 88. not. (*e*)

rudimenta referatur, tamen ingenii humani ſane ſummum & admirandum opus, quin ob elucentem ſingularem inuentoris ſollertiam innentique vtilitatem ingentem, miraculi (*l*) inſtar eſt exiſtimandum. Ac ſi eius praecipuum auctorem noſceremus, profecto dignus foret, quem inter principes viros ſingulari admiratione veneraremur. Sed neque inuentoris neque reliquarum rerum ad huius inuentionis hiſtoriam pertinentium notitia vlla ad nos peruenit. Quam ob rem in vero ſimili coniectura acquieſcere non poenitebit. Atque primum quidem exiſtimandum eſt, hoc poſterius ſcripturae genus, ſicut prius, neque ab vno homine, neque eodem tempore vel ſimul totum, ſed ſenſim ac per partes, plurium hominum ſtudiis conatibusque eſſe excogitatum & expolitum. Deinde vero in inuentionis ipſius initiis & progreſſibus animaduertamus hanc fere ſucceſſionis ſeriem: I. Quum in inopi & ambiguo picturarum vſu multa obiicerentur incommoda, ſagacioris animi homo aliquis facile in hanc cogitationem potuit incidere, vt crederet, quando res eaedem cum maxime diuerſo modo, aliis ſignis ſcribendo aliis loquendo exprimerentur, multa, quae nunc incommoda & ambigua eſſent, poſſe minui ac melius fieri, ſi ſigna inuenirentur, quibus non res, ſed rerum nomina, ore pronunciata, repraeſentarentur. II. Talia ſigna cum excogitare conaretur, procliue erat, ad obſeruandum pronunciandi modum mentem conuertere. Sed multum laboris temporisque opus fuiſſe videtur, vt ſermonem humanum diſſolue-

(*l*) Conf. *Liv. lib. I. cap.* 7.

uerent in minimas partes multumque pronunciando eadem verba dignoſcerent verborum inque his ſyllabarum & in his denique ſingulorum ſonorum diſcrimina (*m*). Neque cuiquam ab initio aut ſponte in mentem venire poterat, ſermonem humanum, qui infinitus eſſe videbatur, ſonis compoſitum eſſe tam paucis. III. Primo tamen conatu non ſtatim omnes ac ſingulae, in vulgari ſermone obuiae differentiae, obſeruatae aut literis expreſſae ſunt. Ab initio ſyllabas, ſyllabarum ſignis, ſiue ſcriptura ſyllabica, (Conf. *Goguet* To. I. p. 180. ed. Germ.); ſerius demum literis ſingulos ſonos, nec hos quidem omnes ſtatim diſtinxere & ſignauere. Quod patet ex hoc, quod alphabetum primum, ex Oriente exportatum (*n*), paucioribus conſtabat ſignis, quam quae id ipſum ſerius habuit. IV. Perſpecta ſermonis humani natura & cognitis eius velut elementis, reſtabat, vt certis ſignis ſeu notis, obſeruatos humanae vocis ſonos diſtinguerent ac definirent. V. Iam ſi quaeramus, vnde haec ſigna ſumta fuerint, viros doctos in duas ſententias diſcedere deprehendimus. Fuere, qui literarum notas ab oris (*o*) conformatione ſiue a figura, quam os in pronunciandis ſingulis ſonis exhibeat, putarent deriuatas & pro-

(*m*) Haec egregie illuſtrauit Wachterus in *Nat. & Script. Concordia* p. 47 ſqq.

(*n*) Conf. *Plin.* H. N. VII. 56. *Montfaucon Palaeogr. gr.* p. 117.

(*o*) Eius opinionis fuit *Franc. Merc. ab Helmont*, cuius extat *Alphabeti vere naturalis Hebraici Delineatio.* *Sulzbaci*, 1657. 12.; & ipſe adeo *Wachterus l. c. pag.* 51 *ſqq.*

proinde a natura ipſa dictatas eſſe. Sed quamquam hanc opinionem viri haud indocti tuiti ſint, tamen vanam & abſurdam eam vel ob hanc cauſſam pronunciamus, quod oris in pronunciando formae diſtinctae nullae apparent. Multo probabilior autem altera ratio eſt, quam Erh. Andr. Frommannus (p) primus propoſuit, confirmauit & illuſtrauit. Nempe cum in veteri per picturas ſcribendi ratione tanta ſignorum copia praeſto eſſet, quid factu facilius aptiusque eſſe poterat, quam vt ex hoc rudis picturae apparatu tot ſigna ſeligerentur & adoptarentur in primum alphabetum, quot ad ſignandas ſonorum differentias opus viderentur. Sumſerunt vero notas vel rudes adumbrationes eiusmodi rerum, quarum vulgares denominationes *inciperent ob eo ſono*, cui diſcernendo & ſignando certa nota erat conſtituenda VI. Inde autem ſponte intelligi poteſt, qui factum, vt antiquiſſimae orientalium literae *nomina* haberent, non quae nudum ſonum exprimerent, ſed certis rebus ſignificandis eſſent tributa. Quia e. g. figuram א, quae in prima ſcribendi ratione bouem adumbrauerat, pro litera adhibuerunt, eam literam *Aleph*, i. *bouem* appellarunt, ſimiliter, ob ſonum initialem, figuram ב, quae *domum* adhuc ſignificarat, ſonum *b*, figuram ד, quae *ianuam* indicauerat, ſonum *d*, &c. valere & ab antiqua ſignificatione, antiqua (q) nomina

(p) Diſp. *de cauſſis nominum literarum Hebraicarum, cet.* inſerta deinde eius *Opuſculis To. I.* p. 105-133.

(q) Vid. *Frommann l. c.*

Heumanni Conſp. R. L. Ed. 8. S

na ſeruare iuſſerunt. VII. Neque vocalium ſignis primigenia ſcriptura omnino caruiſſe videtur, quippe quae in antiquiſſimarum Phoenicio-Aegyptiacarum literarum monumentis deprehenſa ſunt. Pauciora vero ab initio habuerunt ſigna, nec tribus adeo plura; ac horum ipſorum vſus rarior fuit. Cuius rei cauſſas ſignorumque ipſorum hiſtoriam, aliquanto intricatiorem, in quantum explorari potuit, poſt I. D. Michaelis perſecutus eſt Eichhornius (r), quos adire debent, qui rem pernoſcere velint.

§. 91.

Alphabetum primigenium eiusque propagatio.

(III. §. VII.) Antiquiſſimas omnium literas adhuc ſupereſſe easque eſſe Hebraicas, multi non dubitant. Si enim vel maxime lingua Hebraica non ſit omnium prima, tamen literas Hebraicas omnium eſſe antiquiſſimas ideo credunt, quia perpaulo ante Moſis tempora literae fuerunt inuentae. Cum igitur Moſes haud dubie ſit vſus literis tum inuentis & vſitatis, ſequi, literas Moſaicas ſiue Hebraicas eſſe illas ipſas, quas primum mortalium ſollertia inuenerit. Quam-

(r) Vid. *Einleitung ins alte Teſtament*, Th. I. Cap. II. §. 68. 69. 70. Sed plura de his infra ad §. 98 tradentur. Haec ſubſtituamus in locum eorum, quae Heumannus ad explicandam vocalium hiſtoriam adiecerat. Earum ſigna prius, quam conſonantium, excogitata fuiſſe ſuſpicatus erat: „*Vnde*, inquiebat, *facile concedo, antiquiſſimos Hebraeos non caruiſſe vocalibus. At non eas habebant ſigna, quae, a grammaticis diu poſt inuenta hodie vſurpantur, ſed* א *erat a & e,* י *i,* ו *o & u.* Vid. *Vitringa* Obſ. ſacr. lib. I. Diſſ. III. cap. 2. §. 4 & 6."

Quamquam haud aegre concedunt, eas primo tempore rudiori ſcriptura s) expreſſas fuiſſe, quam hodie. In his ad vulgarem opinionem traditis vt vero ſimilia ineſſe concedimus, ita, re ab aliquo tempore denuo a viris doctis ſub examen vocata nouisque interea monumentis repertis, noſtrum ducimus, nonnulla accuratius explicare. Quo tantum tamen abeſt, vt rem ab omni ambiguitate & obſcuritate expedire ſuſtineamus, vt potius vereamur, ne tanto ſimus incertiores, quanto doctiores facti eſſe videamur. Hebraeos ante, quam in Aegyptum transmigraſſent, iam ſcribendi arte inſtructos fuiſſe, nullis idoneis argumentis affirmari poteſt (t). Admodum autem probabile eſt, Moſen,

 quem

(s) Ita iam cenſet *Deylingius* Obſ. ſacr. Tom. III. num. 25. §. 18 & 20. Aduerſam tamen ſententiam tuetur *Wolfius* Bibl. Hebr. To. II. p. 421 ſqq. Vulgo in duas partes abierunt, inter quos de archetypo V. T. charactere diſputatum eſt, quem vero primigenium etiam habuerunt. Alii pro characteris quadrati Hebraeorum, alii pro literarum Samaritanarum antiquitate pugnarunt. Notitiam virorum doctorum, qui ab alterutra parte ſteterunt, eum allatis cauſſis & argumentis, recenſet *Wolfius* in *Bibl. Hebr.* To. II. p. 419 ſqq. Quae vero poſt hos vlterius explorata & tertio loco pro Alphabeto Phoenicio-Aegyptiaco, tanquam Moſis archetypo & primigenio, dicta ſint, ea exhibuit atque explicuit *Goguet l. c. To. I. C. 2. p. 184. ed. Germ. Io. Godofr. Eichhornius* in *Einleitung ins Alte Teſtament*, Th. I. Cap. II. §. 64-67. Sed quae haec rurſus ambigua reddant, perſecutus eſt *Th. Chr. Tychſen* in Comment. Germ. *Ueber die Buchſtabenſchrift der alten Aegyptier*, quae inſerta eſt der *Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt, Stück VI*, p. 1-63.

(t) Vid. *Eichhorn* l. c. Th. I. Cap. II. §. 65.

quem a prima pueritia inter Aegyptios & ab Aegyptiis, in ipſaque adeo aula regia ſcimus educatum omnique Aegyptiorum doctrina imbutum, ſcribendi artem primum ab Aegyptiis accepiſſe & deinde popularibus tradidiſſe. Si tamen Thom. Chr. Tychſenius, collega & amicus noſter coniunctiſſimus, nihilominus in contrariam nuper opinionem diſputauit & nonnulla deprehendiſſe ſibi viſus eſt, quae iam ante Iſraelitarum migrationem in Aegyptum, inter ipſos ſcribendi artem cognitam proderent (a), nos haec ipſa, quae dubium mouere videntur, ad rudiorem picturam, qua primae aetatis homines pro ſcriptura vſos eſſe vidimus, referenda eſſe putamus. In hoc ergo conueniunt viri docti; quo ſacros Hebraeorum libros nunc exaratos habeamus, eum charactera neutiquam eſſe primigenium illum a Moſe vſurpatum, ſed extitiſſe aliud literarum genus, vnde hoc deriuatum fuerit, inter Aegyptios Phoenicesque (ſub quo nomine Aſſyrios, Babylonios, Syros etiam veteres comprehenſos volunt) commune & a Phoenicibus fortaſſis per commercia ad Aegyptios translatum; quo Moſen caeteroſque deinceps Hebraeorum ſcriptores vſos eſſe putant. Quo alphabeto ſi Moſis reliquorumque ſcriptorum libri fuerunt ſcripti, priſcas Hebraeorum literas, quamuis ab ipſis haud inuentas, ſed ab Aegyptiis acceptas, omnium antiquiſſimas & primigenias fuiſſe, recte exiſtimari poteſt. Atque huius alphabeti primigenii, aut ab Aegyptiis aut a Phoenicibus inuenti, (*Aegyptio-Phoenicium* ideo appel-

(a) In *Bibl. der alten Lit. und K. St. VI.* p. 61.

pellant) reliquias adeo iactam eas literarum formas, quas e Mumiarum inuolucris & aliunde propoſuerunt *Caylus*, *Büttner* & *Dutens* (x); quamuis haud leuia ſunt, quae contra earum antiquitatem & vniuerſam iſtam opinionem nuper admonuit Cl. Tychſenius, Profeſſor Gottingenſis (y). Illud primigenium itaque literarum genus, ſeu omnino extinctum ſeu in commemoratis monumentis ſuperſtes, mox inter omnes orientis populos diuulgatum, per tot ſaecula & in tot populis multas ſubiit mutationes, pepetitque nouas literarum ſpecies, omnes quidem eiusdem originis, cognatas atque ſimiles, nihilominus diuerſas multisque modis variatas. Hebraei vero, illo primigenio alphabeto diu vſi, tandem poſt mutatas deinde ſedes, in Chaldaea & Aſſyria cum alia dialecto aliud etiam ſcripturae genus, Chaldaicum, receperunt. Tunc itaque, ob populum priſcarum literarum plane ignarum, credibile eſt, eorum libros ſacros, qui priſco & primigenio literarum genere erant ſcripti, Eſrae miniſterio indutos eſſe nouo literarum charactere (z). Quae cum ita ſint; ſta-

 ruen-

(x) Vid. Caylus *Recueil d'Antiq. Egypt.* To. I p. 65 ſqq. 74. To. V. p 78. Büttner's *Vergleichungstafeln der Schriftarten verſchiedener Völker*, *cet.* *Göttingen*, 1771. *Tab. II. num.* 2. *Explication de quelques Medailles de peuples. de Villes & de Rois Grecques & Phéniciennes. Par Mr.* L. Dutens, *à Londres*. 1773. coll. I. D. Michaelis *Orient. & Exeget. Biblioth. Th. VIII. p.* 16. Plura exempla affert Tychſenius *l. c. p.* 17. 19 *ſq.*

(y) In *Bibl. der alten Lit. und K.* l. c. p. 25 ſqq. 50 ſqq. 52 ſq.

(z) Vid. *Eichhorn* l. c. Th. I. Cap. II. §. 67.

tuendum quidem eſt, priſcas Hebraeorum literas fuiſſe primigenias, earumque fortaſſis ſupereſſe reliquias, quibus autem eorum libri ſacri nunc ſint exarati, eas non eſſe priſcas, at eiusdem tamen ſtirpis progeniem iuniorem, in qua ipſa primigenii alphabeti deprehendantur veſtigia. Caeterum primigenia ſtirps, mater plurimorum alphabetorum facta eſt (*). Quae numeroſa ſoboles, vt altera ab altera prouenerit & in miras varietates abierit, ob ipſam varietatem, multiplicem contemplanti voluptatem afferre poteſt. Facile enim intelligitur, ab Aegyptiis literas accepiſſe per commercia Phoenices, vel inuerſo potius ordine ab his illos, a Phoenicibus deinde Graecos, a Graecis (**) Latinos, a Latinis Germanos (***) reliquosque Europae

(*) Hanc literariam proſapiam in primis illuſtrant, ac velut tabulis genealogicis exhibent: Ed. Bernardi *orbis erudita literatura, a charactere Samaritano deducta; reſtaurata & aucta a* Car. Morton. *Lond.* 1759. *fol. max.* Chriſt. Wilh. Büttner's *Vergleichungstafeln der Schriftarten*, cet. Götting. St. I. 1771. St. II. 1781. 4. Benedictinorum *Nouveau Traité de Diplomatique. Par.* 1750-1765. 6 *Voll.* 4.

(**) *Cadmum* literas e Phoenice detuliſſe ad Graecos, conſtans apud veteres fama fuit. *Herodot.* L. V. cap. 58. *Diog. Laert.* VII. 30. Vid. *Bouhierii* Diſſ. *de ortu literarum Graecar. & Latinar.*, quae ſubnexa eſt *Montefalconii Palaeographiae Gr.* Adde tabulam literarum harmonicam in *Loeſcheri* Opere *de cauſſis Ling. Hebr.* extantem p. 224.

(***) Germani ſero ſcribendi artem didicerunt & exercuerunt, ſimiles priſcis Thracibus, de quorum *ἀγραμματίᾳ*, h. e. ſcribendi imperitia, *Aelianus Var. Hiſt.* L. VII. cap. 6. De Germanis vid. *Conringius* Lib. *de Orig.*

ropae populos. Idque confirmat quodammodo horum vocabulum *ſchreiben*, quod eſt factum e Latinorum *ſcribo*, vti hoc e Graecorum γράφω. Caeterum ſcriptura antiqua, cum graeca tum latina, fuit *maiuſculis literis*, vel quadratis vel ad earum ſimilitudinem factis. Quae maioris moduli eſſent, *vnciales* (*initiales*) appellatae. Hoc ſcripturae genus populi barbari, latinam linguam docti, modo quisque ſuo, imitati ſunt. *Minutior* ſcriptura labentibus demum ſaeculis per barbaros inducta putatur, cuius per omnia ſaecula in Graecis *Monteſalconius*, in Latinis *Papebrochius* & *Mabillonius*, denique Auctores noui operis diplomatici, exempla dedere. Conf. *Erneſti* Archaeol. liter. p. 6 ſq. *Denis* Bücherkunde I. p. 212-223.

§. 92.

De ſcriptura in diuerſas partes ducta.

(III. §. VIII.) Qua re inducti initio a dextra ſcripſerint homines verſus ſiniſtram, difficile dictu eſt. Plurimum caſui tribuendum eſſe putauerim. Ab initio vagari & incerti fuiſſe videntur, vtrum ſiniſtrorſum, an dextrorſum, an deorſum aliasue in partes ſcriberent. Nonnulli autem collocandarum literarum modi non

Orig. iur. Germ. cap. 1. p. 1. & cap. 2. p. 3. itemque *Heumanni Poecile* To. I. p. 637. Contrarium quidem ſibi probare videtur *Wachterus* in *Gloſſario Germ.* p. 260. ex literis duorum principum Germanorum ad Imp. Tiberium miſſis. Sed vt taceam, eos vel ſacerdotis alicuius ſui vel Romanorum hominum miniſterio ea in re vti potuiſſe, facile concedo, illo ipſo tempore a Romanis ad maiores noſtros tranſiiſſe ſcribendi artem.

ad vulgarem ſcribendi morem referendi, ſed vel ſingularibus occaſionibus adſcribendi ſunt, vt ſi in moneris & alibi materiae ipſius forma ſcripturam in orbem ductam requirebat; vel ludendi libidini. Siniſtrorſum ſcripſere Aegyptii, Phoenices, Hebraei. Graeci etiam antiquitus ſcribebant ſiniſtrorſum. Vid. *Marshamus Can. Chron.* Saec. IX. p. 124. Idem fecerunt Etruſci. Vid. *Acta erud* 1739, p. 3. Huc pertinet vetuſtiſſimorum Graecorum ſcriptura βȣςϱοφηδὸν dicta, de qua vid. Acta erud. 1722, p. 58. & *Fabricius* Bibl. Gr lib. I. cap. 27. §. 3 & 4. Huic opponuntur duo illa ſcribendi genera, quae πυϱγηδὸν & σπειϱηδὸν fieri dicebantur; de quibus vid. *Croius* Obſ. ſacr. cap. IX. p. 70 ſq. & *Fabricius* B. G. l. c. vbi de ſingulis agitur. Adde *Denis* Bücherkunde Th. I. §. VIII. Deorſum, ſiue κιονηδὸν Sinenſes, Japanenſes aliique populi ſcribunt. Quem vero morem in ſcribendo adoptarunt, eundem in numerando plerumque ſecuti ſunt, vt, vnde inciperent, eo loco maioris numeri notam collocarent. Hanc numeros ſcribendi rationem certe Hebraei habuere, e. g. אי, *undecim.* Cum vero expeditius eſſet, a ſiniſtra literas ducere verſus dextram, Graeci, gens peracuta, hanc ſcribendi rationem veteri praetulerunt: quos ſecutae ſunt vniuerſae Occidentis nationes, ad quas quippe a Graecis ſcribendi ars peruenerat. (III § X.) De variis veterum modis ſcribendi ſcriptores laudat *Holmium* & *Salzmannum* Fabricius in Bibliographia antiq. Cap. XXI. §. 10.; quibus adde *Voſſium* lib. IV. de idol. c. 91. *Struuium* Act. lit. faſc. I. c. 1. ipſumque *Fabricium* B. G. lib. I. c. 27. §. 3 & 4.

§. 93.

§. 93.

De materiis, in quibus, diuerſis temporibus, literae exaratae.

(III. §. IX.). Inuentas iam literas vetuſtiſſimi mortalium inſcripſere: 1) ſaxis & lapidibus, coctisque lapidibus ſiue lateribus; 2) caudicibus truncisque arborum. Quo rudior erat aetas, rudior etiam ſcripturae materia inſeruiit. Mandarunt deinde literas 3) plumbo, aeri, eboreis tabulis. Monumenta plumbea antiquiſſima; crebra plumbeae chartae, plumbearum laminarum, plumbeorum adeo librorum mentio. Plumbo autem aes anteferebant, praeſertim in publicis monumentis; vnde *aerarii* nomen iis locis datum, vbi monumenta publica, ſeu tabulae aeneae, aſſeruarentur. Vſi ſunt quoque: 4) foliis arborum, praeſertim palmarum, maluarum, oliuarum; item 5) corticibus arborum, tum exterioribus, qui ſunt craſſiores, tum interioribus iisque tenuioribus, qui arborum libri appellantur. Adhibuere porro 6) ligneas tabulas ſiue ſchedulas, primo nudas, deinde ceratas, i. cera obductas. Tabulae iſtae, inſtar librorum, compactae & a numero foliorum duplices, triplices, quincuplices dictae. E tabulis pluribus iunctis codices & codicilli oriebantur. Scripturae inſeruierunt etiam 7) texta linea & bombycina. Haec materia ſcripturae in primis apta, praeſertim rigidior facta, ſeu confirmatā aqua glutinoſa & gumminoſa; eademque ob complicandi facilitatem, quam praebet, ad vſus priuatos peridonea. Neque ipſis vetuſtiſſimis temporibus, cum texendi ars ſit antiquiſſima,

eius materiae opportunitas deeſſe poterat. Atque hae quidem materiae vel a natura oblatae, vel ab aliis vſibus, ad quos primum factae erant, ad ſcribendum obiter ſunt adhibitae. Poſtea autem arte confecerunt materiem flexibiliorem, ad complicandum magis idoneam & ad ſcripturae vſum arte & ſtudio adaptatam, quam (*) *chartam* peculiari nomine appellarunt. Eius diuerſas ſpecies ſub ſequentibus numeris complectemur. Scilicet vſi ſunt: 8) papyro, ſiue charta Nilotica; poſt 9) charta corticea, vnde codices corticei confecti. Huc referre licet chartam e varii generis vegetabilibus paratam, cuius ſpecimina haud pauca propoſuit *Iac. Chriſt. Schaefferus.* Simul 10) pellibus & coriis variorum animalium, piſciumque exuuiis, arte ad recipiendam ſcripturam adaptatis. Species praeſtantiſſima Pergamena charta erat. In piſcium exuuiis praeſertim Islandorum ſcripta exarata. Secuta eſt 11) charta bombycina, bombacina, cotonea, cottunea vel cuttunea, quae & xylina, Damaſcena, Serica appellatur. Recentioris inuentionis eſt 12) charta linea, e pannis lineis detritis confecta. Caeterum materiam ad vſus vel publicos vel priuatos adhibitam, tum etiam *ordinariam* & *extraordinariam* diſtinguamus. Poſterior infinita eſt. Nam auro, argento, aereis eboreisque tabulis, teſtis nonnunquam etiam inſcriptum eſt. (vid. *Schwarz* de Ornam. Codd. §. V.) Sed vulgo extantes *codices ordinarios* in *membraneos* & *chartaceos* diuidere ſolent. Reperti etiam ſunt codices ex varia materia compoſiti, ex membranis & ex charta vel Aegyptiaca vel corticea. Vid. *Schwarz* de Ornam. Codd. §. XI. *Wehrs* l. c. p. 142 ſqq.

1) Id

1) Id teſtantur Piramydes & Obeliſci, ſummae antiquitatis opera, eaque hieroglyphicis figuris, quae primae ſcripturae ſpecies fuit, inſcripta. Notatu dignum, ipſum decalogum Moſaicum inſcriptum fuiſſe *tabulis lapideis*. Ex. 31, 18. conf. Iob. 19, 24. Huc pertinent priſcis memoratae columnae, literis inſcriptae, e. g. Beli apud *Aelian*. XIII. 3. In *Plin*. H. N. XIII. cap. 11. relatum legimus, Babylonios & Phoenices leges ac inſtituta ſua coctis lateribus inſcripſiſſe. Exemplorum congeriem praebet Ge. Fr. *Wehrs* vom Papier p. 3 - 18.

2) Conf. I. N. *Funccius* de ſcriptura vett. p. 50. Sicut arboribus ipſis rudior aetas tanquam rerum geſtarum & euentuum monumentis vſa eſt, ita earundem *caudicibus* & *ſtipitibus* rerum conſeruandarum ſigna ac titulos inſculpere ſolebant. Eum ſimplicioris aetatis morem reſpicere & imitari videtur *Virg*. Ecl. 5. v. 13.

3) Iam Iob. 19, 24. ſermones ſtilo ferreo in *plumbo* inciſi commemorantur. *Pauſanias* L. IX. cap. 31. de Boeotis circa Heliconem refert: και μοι μολιβδον ἐδεικνυσαν. — γεγραπται γαρ αυτῳ τα ἐργα. *Publica monumenta plumbeis voluminibus confici coepta* praedicat *Plin*. H. N. lib XIII. cap. 11. Plura exempla ſuppeditat *Funccius* l. c. pag. 44 ſqq. *Wehrs* l. c. p. 18 ſq. Sed cum primum aeris naturam & vſum cognouiſſent, plumbo id antetulerunt & incidendis maioris momenti rebus adhibuerunt. Sic Romani leges XII tabb. in aes inciſas in publico propoſuerunt. *Liu*. lib. III. cap. 57. *Dion*. *Hal*. Archaeol. Rom. lib. X. cap. 13. Monumenta alia vel apud veteres commemorata vel extantia adhuc recenſet *Schwarz* de Ornam. codd. §. V. *Funccius* l. c. p. 47 ſqq. *Nouv. Tr. de Dipl*. To. I. P. II. Sect. I. c. 1. *Wehrs* l. c. p. 19 ſqq.

4) Sibyllae oracula *foliis* inſcripta dicuntur, *Virg*. Aen. III. 444. conf. *Liu*. VI. 74. *Iuuen*. *Satyr*. VIII. 126. Vid. *Fabricius* B. G. lib. I. cap. 30. §. 1. & *Ioſ. Scaliger* Var. Opuſc. p. 13. Palmarum folia *Plinius* praedicat lib. XIII. c. 11. in iisque primo ſcriptitatum eſſe affirmat, deinde in quarundam arborum libris; oliuarum *Diod. Sic*. XI. c. 86. Plura exempla dabit *Funccius* l. c. p. 50 ſqq. *Goguet* Th. I. B. 2. p. 190. *Wehrs* p. 36 - 42.

Noſtri quoque aeui Indos orientales e palma petere materiem librorum, teſtis eſt *Turſellinus* in Vita Xauerii lib. II. cap. 1. & *Bericht der Däniſchen Miſſionarien* T. I. p. 126 ſq. *Nouv. Tr. de Dipl.* T. I. p. 455. In eiusmodi foliis exarata biblia ſacra, Telugice verſa, & Gottingae & Halae & Hafniae extant. Conf. *Baumgarten* Nachr. von merkw. Büchern Th. III. p. 288.

5) *Corticis exterioris* & *craſſioris* rarior vſus fuiſſe videtur; ſcripturae aptiores erant *libri*, ſiue tunicae interiores corticis, ligno adhaerentes. *Plin.* H. N. XIII. 11. *Symmachi* Epiſt. 34. lib. IV. *Iſidor.* Orig. VI. 13. XVII. 6. In primis φιλυρα ſ. tilia, molliſſimi ligni arbor, in vſu erat; vnde *tiliae*, *philyrae*, *libri* nomen, pro *charta* vſurpatum. Manſit deinde *librorum* nomen. Vid. *Hieronymus* Epiſt. 42. *Curtius* VIII. 9. 15. *Caſſiodorus* lib. XI. Ep. 38. Simili modo ſunt, qui Germanica lingua *Buch.*, librum, ab arbore fago, germ. *Buche* vel a cortice fagi (*Buchrinde*) vocatum putent, (vt *Ol. Rudbeck* in *Atlant.*) cuius quippe cortex ad inſcribendum aptiſſimus ſit. Vid. & *Lahontanus* Itin. p. 399. Quamquam contra eos pugnare nolimus, qui hanc vocem potius a *beugen*, complicare, deriuent. Vid. Friſch *Wörterbuch* & Denis *Bücherk.* p. 223. Plura exempla exhibet *Funccius* l. c. p. 56-60. *Wehrs* p. 43 ſqq.

6) *Tabularum lignearum* ſiue ſchedarum vſus & antiquiſſimus fuit & diutiſſime durauit. Eas e quercu, fago, abiete, buxo cet. factas, ad primas ſcribendi materias refert *Calmet* Diſſ. ſur la forme des Livres p. 24. Athenis leges Solonis *axibus ligneis* inſcriptae erant, quas ἄξονας vel κυρβεις appellarunt. *Gell.* Noct. Att. L. II. cap. 12. Leges XII. tabb. Romae populo *roboreae* propoſitae commemorantur. Hunc tabularum lignearum vſum reſpicit Horat. A. P. verſ. 399. *Martial.* lib. XIV. Epigr. 3. Eaedem poſtea *cera obductae* ſunt. Harum quidem *Liuius* lib. I. c. 25. iam ſub Tullo Hoſtilio mentionem facit, cum foedus a Romanis cum Albanis ictum recitaretur *e tabulis ceraue* i. tabulis ceratis, vel potius ex aere & cera, ita vt *aeneas*, peculiari nomine tabulas appellet & a cera diſtinguat. (Vid. *Ern.* Clav. Cic. ſub V. Tabula.) Plura in hanc rem collecta habet *Schwarz*

de

de Ornam. codd. §. V. *Funccius* l. c. p. 60 ſq. 62 ſqq. *Wehrs* p. 28 ſqq. 34. in primis *N. Tr. de Dipl.* To. I. P. II. Sect. I. c. 3. vbi plures tabularum ſpecies, tabulas etiam *ceruſſa obductas* cognoſcas. E tabulis *codices* & *codicilli* ſunt compoſiti.

7) *Textis linteis* vel potius *bombycinis* iam Aegyptii, antiquiſſimis temporibus & fortaſſis ante papyri vſum, rerum monumenta inſcripſere; argumento ſunt Mumiarum tegumenta. De Babyloniis, qui texendi arte erant clari, id ipſum poteſt probabile videri. *Symmachus* (lib. IV. Ep. 34.) Sibyllinos libros, *linteos* fuiſſe affirmat. *Liuius* paſſim *linteos libros* commemorat inter antiquiſſimos Romanorum annales, vt IV. 7. 20. XIII. 23. X. 38. Quanquam *Plinius* H. N. XIII. 11. *publica*, inquit, *monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici coepta aut ceris.* Vid. *Funccius* l. c. p. 99 ſq. *Wehrs* p. 46 ſqq. *Mabillon* de re diplom. P. I. II. *N. Tr. de Dipl.* To. I. p. 457.

(*) De vetuſtis chartae generibus *Plinius* agit lib. XIII. c. 12. De antiquitate hodiernae chartae, ex detritis pannis confectae vid. *Montefalconius* Palaeogr. lib. I. c. 2. p. 17. 18 ſq. & lib. IV. c. 3. p. 278. Docet, iam decimo poſt Chriſtum natum ſaeculo eam in vſu fuiſſe; an & antea? ignorari. Sed de hoc infra n. 12 accuratius. Conf. *Acta erud.* 1724. p. 102. *Fabri* Lexicon v. *charta*; *Valeſius* ad Euſebii Hiſt. eccl. lib. VIII. cap. 5. De *Sinenſium* papyro vid. *Iournal de Sçavans*, Berol. an. 1697. p. 15. His addendus *Prideaux* Hiſt. V. T. To. I. lib. VII. p. 489 ſqq. ed. Germ. qui breuis eſt ſed accuratus; docens etiam, Pergamenas membranas dudum ante in vſu fuiſſe, quam ita appellarentur.

8) De chartae *papyraceae* prima origine nihil omnino conſtat. Si eius vſus tantae eſſet antiquitatis, quantam ei nonnulli tribuerunt, credere par eſſet, ipſum Moſen ſuum pentateuchum papyro Aegyptiacae inſcripſiſſe. Ipſe enim ſcribere didicerat puer in Aegypto, vſus illius regionis charta. Conf. *Bioernſtohl's* Briefe 1777. Th. I. p. 28. Certe ſummae antiquitatis ſunt libri papyracei. — De papyro *Plinius* agit lib. XIII. cap.

cap. 11 ſqq.; quem locum emendauit & illuſtrauit Ioſ. *Scaliger* in *Variis Opuſc.* p. 1-52. Vid. & *Acta erud.* 1727. p. 534. Inprimis autem conſuli debet *Melch. Guilandini* Papyrus, hoc eſt, *Commentarius in tria C. Plinii maioris de papyro capita*, *Venet.* 1574. 8. *Ambergae*, 1613. *Monteſalconius* accurate diſputat de ſingulis papyri generibus in *Palaeogr. gr. p.* 13. & in *To. VI. Commentarior. Acad. Pariſ. inſcript. & bonar. literar. p.* 592 *ſqq.* Reliquos ſcriptores de papyro recenſuit *Wehrs* l. c. p. 57 ſqq. qui ipſe de eius conficiendae ratione, diuerſis ſpeciebus & vniuerſa hiſtoria diligenter commentatus eſt. E magna ſcriptorum copia commemorandi videntur in primis *Caylus Diſſ. ſur le Papyrus* dans les *Mémoires de l'Acad. des Inſcr.* To. XXVI. p. 267. *Nouv. Traité de Dipl. To. I. p.* 484 *ſqq. Funccius* l. c. p. 68 ſqq. *Winkelmann* Sendſchr. von *den Herculan. Entdeck.* p. 64 ſqq. *Eiusd. Nachrichten von den neueſten Herculan. Entdeck. p.* 47 *ſqq.* Adde *Chartam papyraceam graece ſcriptam muſei Borgiani Velitris* — *editam a* Nic. Schow, *cum annotatione critica & palaeographica. Romae*, 1788. 4. Doctam quoque *de papyro frutice* Diſſertationem Lipſiae edidit *Io. Godofr. Vngerus.* Obſeruatu dignum, apud Graecos βιβλος, *libri* nomen, proprie & primitiue *papyrum Aegyptiam* ſignificare. Teſtis *Lucanus* lib. III. 222. Nomen Aegyptiacum eſt *Berd*; obſeruante autem *Wachtero* (in *Concord.* Nat. & Script. p. 76.) verbum *Pierbin* in *Scala Coptica* p. 198. *biblus, iuncus, papyrus* ſignificat. *Chr. Scholz* in *Expoſit. vocab. copticorum* (extat in *Repertor. für Bibl. und Morgenl. Lit.* Vol. XIII. p. 1-31.) a *bir*, texere, deriuat. Modum fabricandae huius chartae breuiter etiam deſcripſit *Hamberger* in *Vorläuf. Abhandl.* zu den *Zuverläſſ. Nachr.* p. 80 ſq. & *Chriſt* in *Archaeologie* p. 930. Io. Henr. *Bartels Vorleſung über die Zubereitung des Papyrus nach der Erfindung des Hrn.* Landolina; vid. *Götting. Anz. von Gel. Sachen* 1787. S. 1265. Vſus, poſt vetitam eius exportationem inuentasque membranas pergamenas, extra Aegyptum imminutus eſt; in Italia diutius obtinuit; ſed circa ſaec. XII poſt Chr. nat. plane deſiit; vid. *Mabillonius* de re diplom. lib. I. c. 8. Teſtem etiam adhibent *Euſtath.* ad Odyſſ. φ. To. III. p. 1913.

1913. Conf. *Muratori* Antiqq. Ital. med. aeui T. III. Diſſ. 43. p. 831. Monumenta in charta papyracea ſcripta, quae paſſim ſuperſint, recenſuit ex *N. Tr. de Dipl. To. I. p.* 496. & aliis *Wehrs* l. c. p. 73-90.

9) A cortice crudo, quo veteres ad ſcribendum vſos eſſe accepimus, diuerſa eſt *charta corticea*, e tenuioribus membranulis, quae inter lignum & extimum corticem latitant, ad eundem modum, quo charta papyracea, fabricata. Huius conficiendae modum ſeu artificium deſcribit Chr. G. *Schwarzius* de codd. ſ. libris quadratis §. 8. *Funccius* l. c. p. 77 ſqq. Veri nominis chartam e membrana arborum tenuiori, arte factam eſſe plane negauit *Maffei* Iſtor. diplom. p. 69. Sed quae *Montfauc.* in *Palaeogr. gr.* p. 15. & in *Supplem.* ad *Antiquité expliquée* To. III. p. 213. item *Mabillonius de re diplom.* p. 33. attulerunt, eam opinionem facile confutant. Id autem iidem admonent, multae eſſe difficultatis, chartam corticeam a papyracea diſcernere. Quae ſuper ea re diſputata ſint, cognoſcas e *N. Tr. de Dipl.* To. I. p. 503-515. In laudatis libris monumenta etiam eius chartae extantia commemorantur. — De Sinenſium charta, ex membranulis arundinis *Bambu* parata, adeundus *du Halde* in Hiſt. de la Chine To. II. p. 289 ſqq. & *Wehrs* l. c. p. 321 ſqq. qui poſterior ſimiles chartae ſpecies, vt Iaponenſium, e moro papyrifera ſatiua confectae, Perſarum aliorumque populorum vberius deſcripſit. — *Schaefferi* ſpecimina edita ſunt ſub titulo: 1) *Verſuche und Muſter, ohne Lumpen Papier zu machen.* 1765. 4. (15 Specimina.) 2) *Zweiter Band.* eod. (19 Specimina.) 3) *Neue Verſuche.* eod. (21 Specimina.) 4) *Zweiter Band*, 1766. 4. (13 Specimina.) 5) *Dritter und letzter Band*, 1767. (9 Specimina & 5 tabulae aere expreſſae.) 6) *Wiederholte Verſuche*, 1771. 4. (10 Specimina cum textu 2½ pl.) Conf. *Allgem. Deutſche Biblioth. Vol. XI. p.* 283.

10) *Pelles & coria*, rudiori arte praeparata, iam Cadmi aeuo, igitur antiquiſſimis temporibus, ad ſcribendum adhibuere, quod quidem ex *Herodoto* lib. V. c. 58. patet. Vid. & *Voſſius* lib. III. de idol. c. 70. p. 1107. Libros tum vulgo διφθέρας h. e. *pelles* appellarunt. Conf. *Diod.*

Sic.

Sic. lib. II. c. 32. *Ioſeph.* Antiq. Iud. lib. XII. cap. 2. *Weſſeling.* & *Hemſterh.* ad Poll. X. 57. Eumenes vero, Pergamenorum rex, cum Aegyptiorum reges papyrum exportari vetuiſſent, membranas parari curauit, arte & elegantia multis modis praeſtantiores, ad ſcribendum aptiores, firmiores, nitidiores, quas ab vrbe Pergamo, vbi & frequentius & elegantius conficiebantur, *pergamenas* appellarunt. Teſtis eſt Varro apud *Plin.* H. N. lib. XIII. cap. 11. & *Hieronymus* lib. I. Ep. 37. 43. Sidonii Apollinaris & Symmachi aeuo inſcriptum fuiſſe *membranae*, diſces ex illius lib. VIII. epiſt. 16. & lib. 9. epiſt. 11., huius vero ex lib. IV. epiſt. 28 & 33 & 34. Aetas inuentae chartae pergamenae incidit in ſaeculum ante aeram chriſtianam tertium. Caeterum membranae pergamenae vel craſſiores vel tenniores, vel candidae vel luteae, vel purpureae ſunt, ſecundum quam differentiam ipſi codices ſolent diſtingui. De his aliisque pergamenarum diſcriminibus vid. *Funccius* l. c. p. 90 ſqq. *Herm. Hugo* de prima ſcribendi orig. p. 89 ſqq. *Wehrs* p. 95 ſqq. inprimis *N. Tr. de Dipl.* To. I. p. 475-484.

11) Charta *bombycina*, cuius reliquas appellationes exhibui, primum e bombyce ſiue goſſypio ipſo, tum etiam e tela bombycina & pannis bombycinis detritis confecta eſſe videtur; ſiquidem *Petrus Venerabilis*, Abb. Cluniac. († 1157) in *Tr. contra Iudaeos* libros memorat ſuo tempore lectos, *qui e raſuris veterum pannorum confecti eſſent.* Eam primo *parcamenam Graecam* cognominarunt, quia per Graecos ad reliquos Europae populos aduecta eſt. Inuentionis laudem multi fuere qui Arabibus, & quidem *Ioſepho Amru* cuidam (vix. circa an. Chr. 706) tribuerent eamque ad ſaec. VIII. poſt Chr. nat. referrent, (vid. *Caſiri* Bibl. Arab. Hiſp. To. II. p. 9.); ſed vero ſimilius eſt, Arabes, factis in Buchariam incurſionibus & expugnata vrbe Samarcanda, circa an. 704, chartae bombycinae notitiam eiusque fabricandae artem inde reportaſſe & diuulgaſſe. Aliquanto ſerius Graeci eiusdem chartae notitiam & faciendae peritiam ex eadem regione accepiſſe, & in Italiam transportaſſe videntur. Ipſum nomen chartae *Sericae* h. e. e Bucharia ſiue e Seribus allatae, vbi goſſypii cultura praecipua erat, id prodit. Saeculo decimo vel nono adeo in bombacinis

pri-

primum ſcribi coeptum eſt; vndecimo & duodecimo ſaeculo multi codices in charta bombacina ſcripti deprehenduntur, multo plures tamen ſunt membranacei: at ſaeculo XIII & XIV vſus ſcribendi in charta bombycina vulgatior factus eſt, ita vt eius aetatis plures bombycini, quam membranacei libri occurrant. Interea charta Aegyptiaca & corticea ſenſim exoleuit. Exinde enim nulla alia librorum genera, quam membranaceorum & bombycinorum memorantur. Argumenta harum rerum earundemque vberiorem expoſitionem tradit *Montfauc.* in *Palaeogr. gr.* p. 17-19. *N. Traité de Dipl.* To. I. p. 516 ſqq. *Wehrs* p. 119-172.

12) Poſt inuentam artem, conficiendi chartas e telis pannisque bombycinis, in promtu erat, in iisdem officinis, quae chartam bombycinam pararent, eandem artem in lineis pannis experiri. Ob hanc rei opportunitatem exiſtimare poſſemus, eiusmodi praecipue regionum homines, vbi goſſypii frutices non prouenirent, lini vero cultura viguiſſet, eius generis experimenta breui facturos fuiſſe. Sed hac probabili opinione multo ſerius eiusmodi experimenta facta eſſe conſtat. Nam codicibus aliisque monumentis chartaceis diligenter excuſſis, iisque chartis, quae ex detritis pannis lineis factae eſſe viderentur, ad annorum ſeriem ordinatis, compertum eſt, antiquiſſima monumenta chartae, quam aſſeuerarent e contritis linteolis factam eſſe, vix ſaeculi decimi tertii initia attingere. Antiquiſſima documenta Germania obtulit, (Conf. *Wehrs*, praeſertim p. 279 ſq.) annis 1319, 1318, 1315, 1308, 1239 aſſignata, quae quidem *Wehrſius* l. c. p. 233-245. recenſuit. Ad haec nuper demum nouum acceſſit ſpecimen, probabili coniectura ad an. 1223 vel 1228 relatum, quod I. G. *Schwandner* in Diſſ. *de charta linea antiquiſſima, omnia hactenus producta ſpecimina aetate ſua ſuperante* (Viennae, 1788. 4.) diligenter deſcripſit. Sed quemadmodum huius documenti authentia grauiſſimis argumentis in dubium vocata eſt, (in *Diurn. liter. Gotting.* 1789, p. 836.); ita de reliquis etiam ſpeciminibus pronunciandum eſt, vel ipſam documentorum fidem dubiam eſſe, vel parum de materia conſtare, & in controuerſia verſari, vtrum e bombycinis an

lineis pannis ſit confecta charta. Certiora ſpecimina cadunt in ſaeculi XIV initia ſiue partem dimidiam priorem; a ſaeculo XV chartae lineae vſus vulgatior factus. Caeterum de inueſtigandae chartae lineae origine in primis Regia Societas Sc. Gottingenſis & Ger. Meermannus, propoſito praemio & inito cum viris doctis literarum commercio, bene meruerunt. Quae per hos aliosque quaeſita & inuenta ſint, tradunt: 1) *Diurna liter. Gotting.* 1755, p. 1302. 1361. 1756, p. 49 ſq. 225 ſq. 1762, p. 375. 1763, p. 401 ſq. 521. 1764, p. 345. 1768, p. 50 ſq. 89 ſq. 1784, p. 2108 ſq. 1788, p. 355. 1789, p. 835. 2) (Ger. Meermanni) Admonitio de chartae noſtratis ſ. lineae origine. Roterod. 1762. 8. (Vid. Das *Neueſte aus der anmuthigen Gelehrſamkeit*, *Iahr* 1762.) 3) *Io. Phil. Murray* Epiſt... ad Meermannum. Gottingae, 13 Oct. 1763. 4) *Ger. Meermanni & doctorum virorum ad eum epiſtolae atque obſeruationes de chartae vulgaris ſeu lineae origine. Edidit ac praefatione inſtruxit* Iac. van Vaaſſen. *Hagae Com.* 1767. 8. 5) Io. Gottl. Imm. Breitkopf's *Verſuch, den Vrſprung der Spielkart.., die Einführung des Leinenpapiers, u. ſ. w. zu erforſchen. Leipz.* 1784. 8. Reliqua ad chartae lineae hiſtoriam pentinentia perſecuti ſunt Benedictini in *Nouv. Traité de Diplom.* To. I. p. 521 ſqq. & *Wehrs* l. c. p. 173 - 320.

§. 94.

De aliis rebus, ad libros manu ſcriptos & antiquitatem ſcriptoriam pertinentibus.

(III. §. IX. & X.) Iam reliqua ad rem ſcriptoriam librorumque manu ſcriptorum externam rationem ſpectantia quam breuiſſime deſcribamus. Vberius omnem antiquitatem ſcriptoriam cum ſcriptores nonnulli ſingulares, tum omnino ii perſecuti ſunt, qui artis diplomaticae hiſtoriam & diſciplinam tradiderunt: Io. *Mabillonius* in Opere *de re diplomatica. Lutet.* 1681. *f.* & poſt hunc breui libello *Struuius* in *Act. liter.*

[illegible] *Faſc.*

Faſc. I. c. 1. porro *Chronicon Gotwicenſe cet. typ. monaſt. Tegernſeenſis.* 1732. *f.* ac praecipue *Nouveau Traité de Diplomatique. Par.* 1750-1765. 4. 6 *Voll.* Breuiores inſtitutiones exhibuere: Scip. Maffei *Iſtoria diplomatica. Mant.* 1727. 4. Io. Chph. Gatterer *Elementa artis diplom. Gottingae,* 1765. 4. Io. Gruber *Lehrſyſtem einer allgemeinen Diplomatik. Wien,* 1783. 8. Ier. Iac. Oberlin *Artis diplom. primae lineae. Argent.* 1788. 8. Mart. Schwartner *Introd. in artem diplom.* 1790. 8. His accenſendi: Montfaucon in *Palaeogr. gr. Par.* 1708. f. Io. Fr. Chriſt *Abhandlungen über die Literatur und Kunſtwerke, vornehmlich des Alterthums, durchgeſehen von* Io. Car. Zeune. *Leipz.* 1776. 8. Io. Aug. Erneſti *Archaeologia literaria. Lipſ.* 1768. 8. Io. Ioach. Eſchenburg *Archaeologie der Literatur und Kunſt. Berl. und Stettin,* 1787. 8; quae eſt pars maioris operis: *Handbuch der claſſiſchen Literatur* cet. Adde item Io. *Clerkii,* Angli, libellum *de veterum ſtilo & pennis & papyro,* qui recenſetur in *Journ. des Sçav.* To. 125. p. 130 ſqq.; Calmeti *diſſertationem de antiquitatibus ſcriptoriis a* Moshemio *illuſtratam;* Chr. Ge. Schwarzii *de ornamentis librorum vett. & varia rei librariae veterum ſupellectile diſſertationum hexas, — collegit* Io. Chr. Leuſchner. *Lipſ.* 1756. 4.; (Primum ſingulatim editae Diſpp. VI. Altorfi, 1705-1725. 4.) Io. Nic. Funccii *librum de ſcriptura veterum,* 1743. 8. editum. Hunc & *Trozii* annotationes ad *Hugonis* de ſcribendi origine librum an. 1738 recuſum iam ſupra §. 86. commemorauimus. *Trozii* annotationes in *Biblioth. raiſ.* To. XXI. p. 71 ſqq. valde contemnuntur. Plures alii a *Fabricio* producti *Bibliogr. antiquar.* cap. XXI. §. 8 & 9.

De *atramentis* agunt *Dioſcorides* de Mat. med. lib. V. cap. vlt. *Vitruuius* de Archit. lib. VII. cap. 10. *Plin.* H. N. lib. XXXV. cap. 6. Iſidor. Origg. lib. XIX. cap. 17. aliique quos Fabric. l. c. nominat. *Caneparii* lib. de atramentis (Venet. 1619. *Lond.* 1660 4.) ad phyſicas potius, quam antiquarias rationes pertinet (*a*). Ad titulos librorum & capitum, ad maiuſculas literas etc. cinnabaris & minium ſiue varii coloris liquor, vt caeruleus, ruber, purpureusque adhibitus. Vnde *rubricarum* & *rubricatorum* nomen. Maiori ſplendori inſeruiebat *chryſographōrum ars* ſ. χρυσογραφια, cuius exempla Montfauc. *Palaeogr.* lib. I. *cap* 1. *p.* 4 *ſqq.* Hamberger *Vorläuf. Abh.* §. 11. Denis *Bücherkunde p.* 50. celebrant, Sanftl autem *in aureum SS. Euangelior. Cod. p.* 34. *not. a.* vsque *ad p.* 39. vniuerſam artem eiusque aetates describit. Adde, qui de *encausto* imperatorum (vnde l'inchioſtro & l'encre Ital. & Gallor. deriuant) agunt, *Pancirollum* lib. I. *de reb. deperd.* c. 2. *Borremanſium Var. lect.* cap. 4. Sam. *Stryckium* & Io. *Behmium*, quorum ille 1680, hic 1715 ſingularem edidit de imperatorio encauſto diſputationem. Agit de eo etiam Adr. *Stegerus* in libello *de purpura p.* 57 *ſqq.*

Quod attinet ad *graphia* ſeu inſtrumenta literis faciendis adhibita, nonnulli quidem *penicillo* primum vſi videntur, cuius ope Sinenſes aliique populi characteres hodie dum effingere ſolent (v. Goguet *Vrſprung der Geſetze, Künſte etc.* *I, p.* 190. *ed. Germ.* Sanftl *in aur. SS. Euang. Cod.* *p.* 4

(*a*) De atramento quodam ſympathetico & eius conficiendi modo, vid. *Fellerus* in *Vita Leibnizii*, p. 7 ſqq.

l. 49. not. q. ſqq.); ſed maxime memoratu digna eſt Romanorum ſcribendi ratio, qui in cera literas fingebant *ſtilo* (*b*) ferreo, oſſeo, vel eburneo, eoque inuerſo ſcripta rurſus delebant. Vid. *Plautus* Bachid. IV. 4. 64 ſqq. & qui hunc Plauti locum diligenter explanat, *Janus Douſa* in *Centurionatu* lib. II. cap. 24. Iidem tamen, ſicut Graeci aliique populi, ad pingendas literas in linteo, papyro, aliisque chartae generibus membranisque, vulgo *calamos arundineos*, ad modum pennarum, quae nunc ſcripturis inſeruiunt, cultro, ſcalpro, ſicila adaptatos & ſciſſos, adhibuerunt. Aegyptii calami celebrabantur maxime; probatiores tamen Gnidii erant & qui in Aſia circa Anaiticum lacum naſcebantur; in Italia obuiis fungoſior ſuberat natura; teſte *Plinio* H. N. XVI. 36. Species ipſa arundinis ſcriptoriae incertae: his aſſeruandis *καλαμίδες* ſiue *graphiaria* deſtinata erant. Teſtes vide apud *Funccium* l. c. p. 114 ſqq. *Denis* Bücherk. p. 46 ſqq. Si ſcriptum fuerit in membrana, ſcripturam delebant *ſpongia* (*c*). Sed *pumice* etiam ad depurgandas poliendasque membranas vtebantur, quemadmodum *dente* vel *concha* ad laeuigandas chartas, quas eam ob cauſam *dentatas* cognominarunt. Conf. *Funccium* l. c. p. 219 ſq. Prior modus locum habuit in *palimpſeſtis*. Deleta priore ſcriptura, facti ſunt *codices reſcripti*, in quibus antiquior ſcriptura haud raro ſubtus apparet. Conf. *Montfauc. Palaeogr.* p. 19. 318.

(*b*) Vid. *Schefferus* de ſtilo cap. 1. §. 1. *Lipſius* Inſtit. epiſt. cap. 1. & 4.; *Lactantius* Sympoſii ſui aenigmate primo & ab *Heumanno* ibi annotata. Adde *Nouv. Tr. de Dipl. To. I. P. II. Sect. I. cap.* 10.

(*c*) *Sueton.* in Aug. cap. 85.

De *atramentis* agunt *Dioſcorides* de Mat. med. lib. V. cap. vlt. *Vitruuius* de Archit. lib. VII. cap. 10. *Plin.* H. N. lib. XXXV. cap. 6. *Iſidor.* Origg. lib. XIX. cap. 17. aliique quos *Fabric.* l. c. nominat. *Caneparii* lib. de atramentis (*Venet.* 1619. *Lond.* 1660 4.) ad phyſicas potius, quam antiquarias rationes pertinet (*a*). Ad titulos librorum & capitum, ad maiuſculas literas cet. cinnabaris & minium ſiue varii coloris liquor, vt caeruleus, ruber, purpureusque adhibitus. Vnde *rubricarum* & *rubricatorum* nomen. Maiori ſplendori inſeruiebat *chryſographorum ars* ſ. χρυσογραφία, cuius exempla Montfauc. *Palaeogr. lib. I. cap* 1. *p.* 4 *ſqq.* Hamberger *Vorläuf. Abh.* §. 11. Denis *Bücherkunde p.* 50. celebrant, Sanftl autem *in aureum SS. Euangelior. Cod. p.* 34. *not. a. vsque ad p.* 39. vniuerſam artem eiusque aetates deſcribit. Adde, qui de *encauſto* imperatorum (vnde l'inchioſtro & l'encre Ital. & Gallor. deriuant) agunt, *Pancirollum* lib. I. *de reb. deperd.* c. 2. *Borremanſium Var. lect.* cap. 4. Sam. *Stryckium* & Io. *Behmium*, quorum ille 1680, hic 1715 ſingularem edidit de imperatorio encauſto diſputationem. Agit de eo etiam Adr. *Stegerus* in libello *de purpura p.* 57 *ſqq.*

Quod attinet ad *graphia* ſeu inſtrumenta literis faciendis adhibita, nonnulli quidem *penicillo* primum vſi videntur, cuius ope Sinenſes aliique populi characteres hodie dum effingere ſolent (v. Goguet *Vrſprung der Geſetze, Künſte etc. I. p.* 190. *ed. Germ.* Sanftl *in aur. SS. Euang. Cod. p.* 49.

(*a*) De atramento quodam ſympathetico & eius conficiendi modo, vid. *Fellerus in Vita Leibnizii*, p. 7 ſqq.

p. 49. *not. q.* *ſqq.*); ſed maxime memoratu digna eſt Romanorum ſcribendi ratio, qui in cera literas fingebant *ſtilo* (*b*) ferreo, oſſeo, vel eburneo, eoque inuerſo ſcripta rurſus delebant. Vid. *Plautus* Bachid. IV. 4. 64 ſqq. & qui hunc Plauti locum diligenter explanat, *Janus Douſa* in *Centurionatu* lib. II. cap. 24. Iidem tamen, ſicut Graeci aliique populi, ad pingendas literas in linteo, papyro, aliisque chartae generibus membranisque, vulgo *calamos arundineos*, ad modum pennarum, quae nunc ſcripturis inſeruiunt, cultro, ſcalpro, ſicila adaptatos & ſciſſos, adhibuerunt. Aegyptii calami celebrabantur maxime; probatiores tamen Gnidii erant & qui in Aſia circa Anaiticum lacum naſcebantur; in Italia obuiis fungoſior ſuberat natura; teſte *Plinio* H. N. XVI. 36. Species ipſa arundinis ſcriptoriae incertae lis aſſeruandis κάλαμοθῆκαι ſiue *graphiaria* deſtinata erant. Teſtes vide apud *Funccium* l. c. p. 214 ſqq. *Denis* Bücherk. p. 46 ſqq. Si ſcriptum fuerit in membrana, ſcripturam delebant *ſpongia* (*c*). Sed *pumice* etiam ad depurgandas poliendasque membranas vtebantur, quemadmodum *dente* vel *concha* ad laeuigandas chartas, quas eam ob cauſam *dentatas* cognominarunt. Conf. *Funccium* l. c. p. 219 ſq. Prior modus locum habuit in *palimpſeſtis*. Deleta priore ſcriptura, facti ſunt *codices reſcripti*, in quibus antiquior ſcriptura haud raro ſubtus apparet. Conf. *Montfauc. Palaeogr.* p. 19.

(*b*) Vid. *Schefferus* de ſtilo cap. 1. §. 1. *Lipſius* Inſtit. epiſt. cap. 1. & 4.; *Lactantius* Sympoſii ſui aenigmate primo & ab *Heumanno* ibi annotata. Adde *Nouv. Tr. de Dipl. To. I. P. II. Sect. I. cap.* 10.

(*c*) *Sueton.* in Aug. cap. 85.

318. it. p. 37. *Erneſti* in *Archaeol. liter.* p. 38 ſq., qui eorum plura exempla commemorant (*). Neque vero *pennarum anſerinarum* mentio hic omittenda eſt, quibus nunc vtimur ſcribentes: cuius artis auctor tam bene meritus eſt de humano genere, vt *anſer* videatur pro *noctua* appingendus eſſe Mineruae. Elegans eſt hoc de re meditatio *Bierlingii* in *Pyrrhoniſmo* ſuo *hiſtorico* cap. III. §. 9. p. 189. *Pennarum ſcriptoriarum* primus mentionem fecit saec. VII. *Iſidorus* Origg. lib. VI. c. 13. Earum hiſtoriam ipſam ne quaeras in I. H. *Ackeri* hiſtoria pennarum, *Altenb.* 1726. 8. edita, qui liber ineptus, planeque inutilis eſt; ſed conſulas & de calamis & de pennis ſcriptoriis *Schwarzii* Exercit. de varia ſupellect. rei libr. §. 7. *N. Tr. de Diplom.* To. I. P. II. Sect. 1. c. 10. *Denis* Bücherk. p. 46 ſq. & *Io. Beckmanni* Beiträge zur Geſch. der Erfindungen, B. III. St. 1. p. 47-59.

Scribarum duplex genus innotuit, calligraphorum & tachygraphorum. Apud Romanos pars ſeruorum rei librariae inſeruiebat. V. *Laur. Pignorius* de ſeruis p. 218. *Funccius* de Scr. Vett. p. 239 ſqq. *Calligraphorum* varios ritus, nomina notasque recenſet *Montfaucon* in *Palaeogr. gr.* Lib. I. c. 5. 6. 7 & 8. De *tachygraphis* (d) eo-

rum-

(*) Nouum exemplum propoſuit *Franc. Ant. Knittel*, qui Vlphilae verſionem Gothicam nonnullorum capitum epiſtolae Pauli ad Romanos *e litura codicis cuiusdam manuſcripti reſcripti*, in Bibliotheca Guelpherbytana aſſeruati, eruit. Id ſpecimen ed. 1763. 4.

(d) Singulare recentioris aetatis exemplum tachygraphi eſt *Caſp. Cruciger*, Vittebergenſis Theologus.

Is

rumque notis (e), vnde *notarii* (f) dicti, agit *Lipſius Cent. I.* ad Belgas epiſt. 27; *Sixtus Senenſis* Bibliothecae ſanctae lib. III. p. 171 ſqq. *Func-*

Is tantum valebat ſcribendi velocitate, vt ne vnum quidem concionatoris verbulum, rapidam ac rapacem eius manum effugeret. Teſtis huius rei *Myconius* eſt, *Hiſt. Reform.* cap. 12. p. 47. Ad hoc ſcripturae miraculum illud adiungo, quod *Henr. Stephanus* potuit in tenebris ſcribere adeoque absque omni oculorum vſu. Teſtis eſt ipſemet in *Apologia pro Herodoto* illa, quae praefixa eſt ipſius Herodoto, an. 1584 edito, p. 61.

(e) De *notis* Tironis & Senecae vid. *Morhofius* Polyhiſt. lit. lib. IV. c. 2. §. 4. & *Fabricius* Bibl. Lat. lib. II. cap. 9. §. 7. p. 363 ſq. Editae ſunt ſub titulo: *Alphabetum Tironianum ſ. notas* Tironis *explicandi methodus, cum pluribus* Ludouici Pii *chartis, quae notis iisdem exaratae ſunt* — *ſtudio* D. P. Carpentier, *Par.* 1747. *f.* M. Tullius Tiro, Ciceronis libertus, primus notas quasdam ad celeritatem ſcribendi inueniſſe dicitur, *Euſeb. Chronic. Olymp.* 191. *an.* 4. Nouam earum collectionem *Senecae* tribuunt; incertum cui? Nam neque Marcum neque Lucium iſtarum notarum auctores eſſe, poſterior nos docere videtur Epiſt. 90: *Quid verborum notas*, inquiens, *quibus quamuis citata excipitur oratio? Viliſſimorum mancipiorum iſta commenta ſunt.* Conf. *Iſidor.* Orig. lib. I. cap. 21. *Funcc.* de Scr. Vett. p. 176 ſqq. & de virili aet. L. L. Part. II. c. 5. §. 5. a. 8. §. 8. & *Senecae* Opp. ex ed. *Commelin.* 1604. f. it. *Gruteri* Corp. Inſcr. nou. 1707. To. II. Addo e *Diogene Laertio* lib. II. 48., iam ante Socratis tempora Athenis harum notarum tachygraphicarum ſiue huius ὑποσημειώσεως vſum fuiſſe. De ſimili Anglorum arte, ſcribendi *ſhort - hand* q. d. *breuem manum* vid. *Fabric.* B. L. lib. II. c. 9. p. 364 not.

(f) Teſte *Auguſtino* lib. II. *de doctr. Chriſt.* cap. 26. De *notariis* veteris eccleſiae agit *Quenſtedius* Antiquit. Bibl. & eccleſ. cap. 2. num. 8. §. 6. p. 129 ſqq. & *Suicerus* Theſ. eccl. To. I. p. 431. & Io. Chph. *Colerus* Anthol. p. 87 ſq.

cius de Scriptura Vett. p. 175 ſqq. *Tabularii* erant ſcribae publici. Qui deſcribendis libris nauabant operam, quique eos vendebant, communi nomine (g) *librarii*, *ſcribae librarii*, *bibliopolae* vocabantur, de quibus *Monteſalconius* Palaeogr. gr. lib. I. c. 5 ſqq. Lectu quoque digna eſt *Schoettgenii* Diſſ. (h) *de librariis & bibliopolis veterum*, *Eſchenbachii* (i) Diſp. *de ſcribis Romanorum* & Io. Fr. *Eckhardi* Exercit. *de editione librorum apud veteres*. *Iſenaci*, 1777. 4. In *tabernis librariis* libri pretio proſtabant. Conf. *Plin.* lib. IX. Ep. 11. *Gell.* N. A. lib. V. c. 4. Hebraicorum librariorum catalogum exhibet *Wolſius* in *Biblioth. Hebr.* To. II. lib. 3. c. 3. §. 2. Librariorum quoddam genus erant *Antiquarii*, qui antiquos deſcribebant codices in bibliothecis, de quibus vide *Striuium* Diſſ. de *iure bibliothecae* c. I. §. 22. 23. 24.

Li-

(g) Medio aeuo etiam qui monachorum ſui monaſterii bibliothecae praeerat, vocabatur *librarius*. Eodem tempore bibliothecam appellabant *librariam*, Germanice *die Liberei*. Vid. *Dufreſnii* Gloſſarium V. *libraria*.

(h) Lipſ. 1710. 4. Idem eam auctiorem edidit ſermone patrio an. 1722. quae editio recenſetur in *Actis erud.* Suppl. To. VIII. p. 508. Adiicio de librariorum veterum diligentia locum *Sidonii Apollinaris*, lib. V. Epiſt. 15., memoriae prodentis, libros nouiter deſcriptos conſueſſe ab erudito quodam relegi & retractari, & quidem altero contra legente illum codicem, e quo nouus erat deſcriptus. Mirus error, quo librarius quidam, *Aemilius Probus*, diu pro auctore *Vitarum excellentium imperatorum* habitus. Scilicet exemplaribus ſuis librarii ſolebant nomina ſua modo praeſcribere, modo ſubſcribere, quod maxime ſollemne erat. Conf. *Montſ.* Palaeogr. p. 4. 35 ſqq.

(i) Extat in *Faſciculo Diſſertationum Roterodamenſi* P. II. p. 253 ſqq.

Librariorum vices medio aeuo ſuſtinuerunt monachi, quorum merita de conſeruandis libris diuerſasque operas librarias deſcriptas vide apud *Hambergerum* in *Vorläuf. Abhandl.* II. p. 49 ſq. Ea pars aedium, quae deſcribendis libris erat deſtinata, *ſcriptorium* appellatum eſt. Adde, fuiſſe etiam *Librarias*, hoc eſt, mulieres libris deſcribendis operam nauantes. Certe *Euſebius* earum meminit *lib. VI. Hiſt. Eccl.* c. 23. Ac *Demudis*, monialis Germanica ſaeculi vndecimi, ob plurimos eleganti ſua manu deſcriptos libros maiorem in modum laudatur a *Bern. Bezio* in Praef. ad Tomum primum ſui *Theſauri Anecdotorum* §. 37. p. 20 ſq.

Vltimo loco nonnulla de *librorum forma*, eos *complicandi modo* eorumque *ornamentis* externis dicenda ſunt. Ipſa materia, in qua ſcriptum erat, vel flexibilior vel rigidior, haud eundem complicandi modum admittebat. Pro diuerſa autem formae ratione, ornamenta etiam diuerſa erant. Celebrantur vero hae ſpecies: 1.) Volumina. (κυλινδροι. ειλήματα.) Chartarum plagulas vel membranas plures, conglutinatas & in longum porrectas, circa bacillum vel cylindrum vnum, ligneum, oſſeum eburneumue conuoluebant. Ornamenta erant vmbilici, cornua, frons circumſecta & polita. Totum contextum continebant lora. Primum folium, cui operis titulus erat inſcriptus, πρωτοκολλον appellabant. Extrinſecus etiam membranulas adglutinari curabant, quibus libri auctor & titulus erat inſcriptus. Indices, συλλαβυς, πιττακια, ἐκθεσιν cet. vocabant. Vltimo voluminis folio (ἐσχατοκολλω) *coronis*, velut finiti operis nota, appo-

 ſita

ſta erat; ſollenne etiam fuiſſe videtur, verbum *explicit*, tanquam formulam finalem addere. Caeterum in chartae membranaeve aduerſa tantum parte ſcribebant, auerſam autem puram relinquebant. Neque erant ὀπισθόγραφα, niſi quae in priuatum vſum & in charta deletitia ſcriberentur. *Aduerſaria* inde appellata. Conf. *Funccius* de Scr. vett. p. 215. 221 ſq. 229 ſqq. De Hebraeorum voluminibus ſingulatim vid. Eichhorn in *Einleitung in das A. T. Th. II. p. 12 ſqq.* *Io. Ge. Chr.* Adleri *Iudaeorum codicis ſacri rite ſcribendi leges*. *Hamb.* 1779. 4. 2) Libri quadrati, ſ. τετράδες, noſtrae aetatis librorum formam quadrangulam referentes. Erant vero: a) Tabulae; vel *ſingulares*, quarum exempla recenſet *Funccius* l. c. p. 199 ſqq.; vel *pauciores tabulae* compactae. Hae quidem generali nomine *codicilli*, gr. πινακίδια, δελτάρια, item *pugillares* vocabantur; a numero foliorum etiam δίπτυχοι, τρίπτυχοι cet. Conf. *Funccius* l. c. p. 204 ſqq. *Diplomata* quoque i. literae cum ſigno, tabularum duplicium modum referebant. b) Corpora grandiora ſtructarum & compactarum aliarum ſuper alias tabularum i. *codices*. Libri quadrati erant ὀπισθόγραφοι ſiue vtraque pagina, aduerſa & auerſa, ſcripti. Rarius e papyro facti, quia non omnis illa charta in facie auerſa admittebat ſcripturam. His faciendis chartae vel caritas & penuria, vel parſimonia occaſionem praebuiſſe videtur. Ac ſunt, qui Attalo primum eorum vſum adſcribant. Ratio autem ipſorum, nouum concinnandi modum poſtulauit & *bibliopegi artem* peperit. De codicum conſtructione, campactione & ornatu externo vniuerſo lege

Schwar-

Schwarzium de Orn. Codd. §. XVI ſqq. *Semler* Sammł. zur Geſchichte der Formſchneidekunſt, §. 5 ſqq. Plumbeae tabulae a tergo habuere annulum plumbeum, per quem virgula plumbea inſerta erat, ad continendas tabellas. Eboreorum ceratorumque codicum tabulae taeniolis membraneis iunctae erant. Sed compingendorum librorum ars magis magisque exculta eſt in codicibus chartaceis & membranaceis. Primo quidem chartae & membranae non niſi taeniola membranea colligatae, conſutae & conglutinatae ſunt, nullo addito velamento; his vero deinde vel ex eadem materia pura vel e fragmentis aliorum codicum membranaceorum & antehac perſcriptorum aptata & circumdata ſunt tegumenta, vt haec ipſa nonnunquam graniora argumenta, quam codices ipſi continerent (*k*). Lignea operimenta poſtea ſaec. XI. XII. XIII. acceſſere, alia nuda, alia corio ſericoque varii coloris, nonnunquam, praeſertim in libris ſacris, auro argentoque obducta multiplicique alio artificio gemmisque pretioſis exornata. Exemplo eſſe poſſunt Codex Euangeliorum Emmeramus a *Colomanno Sanftl* (*l*) deſcriptus, imaginesque tegumentorum a *Semlero* (*m*) obſeruatae. Bullae etiam lamellaeque ex orichalco cupro-

(*k*) Eius rei exempla propoſuit Io. Sal. *Semler* in *Admonitione de obſeruandis hebraicorum MStorum membranis, quae tegendis aliis libris ſeruiunt. Halae*, 1764. 4.

(*l*) *Diſſertatio in aureum ac peruetuſtum SS. Euangeliorum codicem MS. Monaſterii S. Emmerami Ratisbonae. Auctore* P. Colomanno Sanftl. 1786. 4.

(*m*) *Sammlungen zur Formſchneidekunſt in Deutſchland — von* D. Ioh. Sal. Semler. *Leipzig*, 1782. 8.

proque externas codicum tabulas harumque angulos exteriores muniuerunt ornaueruntque. Addita ſunt lora, vel ligulae fibulaeque (Clauſuren, Geſperre) ad claudendos conſtringendosque libros; communi nomine *Offendices*, *σφραγίδας*, *ſigilla* eiusmodi vincula appellarunt. Caeterum vetuſto tempore codices in bibliothecis ſcriniisque non ſemper more hodierno collocati ſunt, vt tergum conſpectui offerrent, ſed paſſim ita, vt altera tabula libri reponeretur, altera vero obuerteretur oculis, quae quidem eam ob cauſſam ſola exornata erat. (vid. Auctor *Chronici Gottuicenſis p.* 33. Sanftl *in aureum SS. Euangelior. Cod. p.* 33. *not. z.*) Ornandis libris inſeruiebant *Glutinatores*, *Pumicatores*, *Malleatores*, *Miniculatores*, *Ornatores*.

§. 95.

Abbreuiaturae & ſigna critica.

(III, §. XI.) Vtebantur priſci compendiis quibusdam ſcripturae. Ac de Hebraeorum quidem abbreuiaturis, quae tamen in antiquiſſima tempora non cadunt, *Buxtorfii* liber extat, (*Baſ.* 1613. 1640. *Franeq.* 1696. *Herbornae*, 1708. 8. acc. *Suppl. Halae*, 1748. 8.) cui ſupplementa adiecit *Wolfius* in *Bibliotheca* (*ll*) *Hebraea*. De Graecorum librariorum abbreuiaturis & ſiglis exponit *Montefalconius* in *Palaeogr. Gr.* libro quinto toto; *Scipio Maffeus* in *Graecorum ſiglis lapidariis collectis & explicatis. Veronae*, 1746. 8. & *Ed. Corſinus* in *notis Graecorum ſ. vocum & numerorum compen-*

(*ll*) Tomo II. lib. III. cap. 3. §. 8. p. 575 ſqq.

pendiis —. *Florent*, 1749 *f*. De Romanorum (*mm*) notis egit praeter *Valer. Probum* aliosque (vid. Fabr. B. L. lib. IV. c 6.) *Sertorius Vrſatus* de notis Romanor., cuius opus *Patauii* an. 1672 in forma folii prodiit, repetitum in Tom. XI. *Theſ. Graeu. p.* 766. Singularis harum notarum index, vna cum earum interpretatione adiectus eſt Gruteriano *Corpori Inſcriptionum*. Adde P. D. Carpentier *Alphabetum Tironianum*, iam ante commemoratum. De explicandis latinis medii aeui abbreuiaturis optime meriti ſunt *Mabillonius* in Op. *de re Dipl.*, Dan. Eberh. *Baringius* in *Claui diplomat. Hannov.* 1737. 4. & Io. Ludolf. *Walthe-rus* in *Lexico diplomat. Gottingae*, 1745. *f*. *Vlmae*, 1756. *f*. Extat etiam Io. *Nicolai* liber de *ſiglis veterum*, an. 1703 *Lugduni in Batauia* editus.

De *veterum criticorum notis* ſingularis *Eſchenbachii* Diſſertatio inſerta eſt eius *diſſertationibus Academicis* & *Faſciculo Roterodamenſi*, P. II. p. 283 ſqq. Addatur *Rich. Simonius* Bibl. Crit. To. I. c. 13. *Fabricius* Bibl. Gr. lib. II. c. 2. §. 18. p. 274. not. *Act. erud.* Suppl. To. V p. 154 ſq. *Chr. Dan. Beckii* Commentarii de literis & auctoribus Graecis & Lat. P. I. p. 61. *Eichhorn* Einleitung in das A. T. Th. II. p. 52 ſqq. Th. I. p. 311 ſqq. Quibus libris notas in critica profana ſacraque obuias cognoſcere licet.

§. 96.

(*mm*) Conf. *Struuii* Biblioth. numism. cap. V. p. 217 ſqq. Huc pertinet nummariae rei ſtudioſorum concertatio de CONOB. cuius de abbreuiaturae ſenſu Heumanno quoque placuit, ſuam publice exponere ſententiam.

§. 96.

Diſtinctionis ſigna ſiue interpunctio.

(III. §. XII.) De verborum ſententiarumque diſtinctionibus ſiue interpunctionibus veterum docte diſputat Clericus, artis *criticae* P. III. Sect. I. cap. 10.; Stollbergius in *Exercitationibus de diſtinctionibus, cumprimis N. T.* & Montefalconius lib. I. *Palaeogr.* cap. 4. p. 30 ſqq. P. Eckermann *de fatis interpunctionis. Vpſal.* 1745. 4. Adde Trotzium *ad* Herm. Hugonis *librum de prima ſcribendi origine p.* 244 *ſqq.* & Io. Matth. Geſnerum in *Appendice* ad *Diſp. de Graecorum genuina pronuntiatione* ex ed. Niclaſii, V. Cl. in Geſneri *Iſagoge ad erudit. vniuerſ. ed.* 2. *To. I. p.* 558 *ſqq.* Obſeruatum eſt, interpunctionem, antiquioribus memoratam, lectionis fuiſſe & vocis, non ſcripturae; nec ante ſaeculum quartum eam in libris reperiri, ac tum quidem inconſtantem & vagam, a ſaeculo demum ſeptimo perpetuam eſſe coepiſſe. Vid. *Erneſti* Archaeol. p. 7 ſq. Sed ita non omnia ſunt expedita. Mos antiquiſſimus fuit, periodos periodique maiores minoresue partes, quas κωλα & κομματα appellabant, nullis ſignis diſtinguere, ſed ſententiarum diſcrimina, continuatis ſine interuallo verbis, nullisque interpoſitis ſignis, legentium acumini & interpretandi ſollertiae permittere. Deinde, e Montefalconii obſeruatis, ſcripturam Grammatici magis perſpicuam reddere primum conati ſunt ita, vt nonnunquam periodos earumque ſingula membra, cola & commata per ςιχȣς ſeu verſus (ςιχηρως) ſcribi curarent. Quod vnum diſtinctionis genus Montefalconius vsque ad Ariſto-

ſtophanem Byzantinum, Grammaticum ſub Ptolemaeo Epiphane florentem, Ariſtarchi praeceptorem, locum habuiſſe putat; quamquam multo ſerius id ipſum in vſu fuiſſe & ab Hieronymo ad deſcribendos codices Hebraeos translatum deprehendimus in huius praefatione ad Ieſaiam. Ariſtophanem igitur, quamuis incertis argumentis, pronunciat, noua diſtinctionis ſigna commentum eſſe, ſcilicet τελείαν ςιγμὴν, ὑποςιγμὴν, μέσην ςιγμὴν, h. e puncta vel ad ſummam, vel ad mediam vel ad imam literam appoſita. Certe probabile eſt, aliquod interpungendi genus ad eius aeui Grammaticorum ſtudia pertinuiſſe. Apud Latinos quoque aliqua interpunctionis ſigna, prius ignorata, Ciceronis tempore a Grammaticis inuenta & ad docendi vſum adhibita eſſe, apparere videtur e Cic. de Orat. 3, 44. Ita M. Valer. Probus etiam, Suetonio in *libro de Gramm. illuſtr. cap.* 24 auctore, multa exempla contracta emendare ac *diſtinguere* & adnotare curauit. Interea in antiquis tabulis atque in vetuſtis codicibus, vnciali charactere ſcriptis, verba aut coniunctim deſcribuntur, vt interſtitium nullum inter verba deprehendatur, aut ſingulis punctis diſcernuntur. Serius inuentae ſunt virgulae, hodiernae formae omnino ſimiles, ad minimas quasuis periodi partes diſtinguendas, quae iam in codicibus graecis ſaeculi VII obuiae ſunt. Nouam interpunctionis curam, Caroli M. iuſſu, adhibuerunt Alcuinus & Warnefridus. Vid. Struuius *de Crit. MStor.* §. 16. Perfectior autem interpungendi ratio & in eam rem inuenta ſigna plura, quae nunc in vſu ſunt, quo interrogationis, admirationis no-

tae pertinent, poſt excultam artem typographicam demum innotuerunt. Id ipſum patet primis monumentis typographicis, ad libros manuſcriptos accurate exſcriptos, in quibus praeter punctum & virgulam, alia interpunctionis ſigna haud apparent. Cf. quae Michaelis in *Einleit. in das N. T. Th. I. p.* 832 ſqq. vlterius attulit. — Eſt vero magnopere dolendum, veteres grammaticos non etiam excogitaſſe *notam pronuntiationis emphaticae*, vt cognoſceret lector, cui verbo accentus imponi debeat. Saepe enim fit, vt oratio ſit obſcura, quando pronunciatur perperam; ſimulac vero verbo emphatico ſuus impreſſus fuerit accentus, euadat lucidiſſima (*n*). Poſt excultam artem typographicam id quidem diuerſo literarum genere, tanquam ſigno, prodere ſolent ſcriptores.

§. 97.

(*n*) E. g. horum Chriſti verborum Io. 10, 11. Εγω ειμι ὁ ποιμην ὁ καλος falſa pronuntiatio hanc peperit verſionem: *Ich bin ein guter Hirte.* Debebat vero τῷ *ich* imponi accentus: *ICH — ich bin der von den Propheten verkündigte groſse Hirte Iſraels: ICH bins, und kein anderer.* Similis locus eſt 2 Paralip. 33, 4. *zu Ieruſalem ſoll Mein (und keines andern Gottes) Name ſeyn ewiglich.* In verbo *mein* enim debet acui pronuntiatio; quod idem in v. 7. *meinen Namen* fieri oportet. Faciendum idem 2 Regg. 21, 4 & 7. Ita ſi Matth. 26, 10. accentum in verbo *patrauit* colloces, quod vulgo fit, a vero ſenſu aberres neceſſe eſt. Sic igitur legito: *Nam opus bonum patrauit erga ME.* Senſus enim hic eſt: Si opus bonum erga pauperes patratum cenſetis laude dignum, quanto laudabilius erit opus in *ME*, in ipſum Dei filium, patratum! Etiam Luc. 9, 55. *Wiſſet ihr nicht, was für eines Geiſtes Kinder IHR ſeid?* & Io. 18, 21. *Quid interrogas ME? Interroga eos, caetera.* Pari modo

§. 97.

De accentibus Graecorum.

(III. §. XIII.) Vti olim nullis vtebantur in ſcribendo diſtinctionibus, ita nec accentibus: cuius vtriusque moris ſpecimen videre licet in *Actis Apoſtolorum* ex mille annorum codice, in Bibliotheca Bodleiana aſſeruato, an. 1715 Oxonii a *Tho. Hearnio* editis. Aliud ſpecimen *Mareſchallus* exhibuit ad *verſionem N. T. Anglo-Saxenicam*, p. 497. De Graecorum accentuum origine & vſu extant *Henninii* ac *Maioris* diſſertationes para-

modo in tertia Ciceronis contra Catilinam oratione eiusque capite primo, haec verba: *laboribus, conſiliis, periculis meis*, accentum debent nanciſci in verbo vltimo. Eſt enim hic Cicero orator glorioſus, exultatque & triumphat ob inſidias Catilinae patefactas. Si igitur non intendatur & veluti acuatur pronuntiatio in verbo *meis*, oratio fit languida ſimul & obſcura. Intelligere hinc licet cauſam, cur interdum ea oratio, quam admirabundi accepimus noſtris auribus, non habeat parem in alterius animo vim, qui eandem legit. Verbis ſcilicet ſuus accentus deeſt & ſua quaſi vita. Aliud pronuntiationis emphaticae exemplum eſt in *Orat. Ciceronis pro Archia cap.* 3. Si enim haec verba: *non negligebantur*, ita fuerunt ab oratore pronuntiata, vt τὸ *non* proferretur voce elatiori grauiorique, fuit litotes, ſignificauitque Cicero, Romae tum vehementiſſime culta fuiſſe literarum ſtudia. Sin ea verba ſimplici pronuntiatione effudit, contrarium ſignificauit, Romae videlicet non aeque acriter, ac in caeteris Latii oppidis, tum cultas fuiſſe literas. Poſterior haec interpretatio placet Manutio, prior illa mihi. Neutra tamen eſt ſatis certa, adeoque certiſſima Ciceronis ſententia ignoratur ab eius poſteritate. Sic certant Critici, vtrum Liuius, Polybium lib. XXX. c. 45. appellans *auctorem haudquaquam ſpernendum*, laude eum an contemtu affectum voluerit. Mihi quidem videtur

paradoxae: quarum argumentum exhibetur in *Actis* (*) *eruditorum.* Extat item C. G. *Hofmanni* Commentatio de genuina Graecae linguae modulatione ſ. accentibus, iterum edita Lipſ. an. 1733; & *Io. Matthiae Geſneri* de accentuum veterum Graecorum genuina pronuntiatione diſputatio, primum a Io. Mich. Kervio, Gottingae 1755 edita & ſub Gesneri praeſidio defenſa, deinde a Niclaſio, cum additamento, Tomo priori Iſagoges Geſneri ad eruditionem vniuerſalem, in *altera* editione adiecta. Probatior quidem de iis ſententia haec eſt. Quamquam accentuum notae primum ab Ariſtophane Byzantino excogitatae eſſe dicantur, tamen ante ſac-

honoris cauſſa eum ita nominaſſe. Nam & alibi (lib. X. cap. 30 & 40.) honorifico ſenſu dixit: *haudquaquam ſpernendus*; & lib. XXXIII. cap. 10. haud dubie laudat Polybium, cum eum *non incertum auctorem cum omnium Romanarum rerum, tum praecipue in Graecia geſtarum* vocat. Aequum igitur eſt credere, eandem fuiſſe Liuio mentem, quae Ciceroni fuit, lib. III. de officiis cap. 32. appellanti Polybium *bonum auctorem inprimis.* Caeterum laetatus ſum, cum nuper vidi, *Zeltnerum* in editione ſua Bibliorum Germanicorum primam literam verborum *der* & *ein*, vbi accentus in ea incidere debet, maiuſcula forma ſcriptam voluiſſe, atque ita initium quoddam feciſſe, ſignandi veram & non cuiuis lectori obuiam pronuntiationem emphaticam.

(*) An. 1685. p. 147. & an. 1686. p. 331. Vid. ibidem an. 1730. p. 431. Vtriusque ſcripta hos titulos praeferunt: 1. Henr. Chr. Henninii Ελληνισμος ορθωδος *ſ. Diſſ. de Graecae linguae pronuntiatione cet. Trai. ad Rh.* 1684. 8. 2. Io. Dan. Maioris *Epiſtola de nummis graece inſcriptis — qua praecipue paradoxon* Henr. Chr. Henninii, *linguam graecam non eſſe ſecundum accentus pronunciandum, orbi literato vlterius conſiderandum committitur. Kilon.* 1685. 4.

ſaeculum VII in codicibus omnino nullis depre-
henduntur. (*Montfauc.* Palaeogr. p. 33.) Eſt
autem accentus, (*προσῳδία*), e Gesneri praeceptio-
ne, modulationis ſignum, qua, ſalua ſyllabarum
quantitate, ſyllabae aliae tolluntur aliquantum
& acutiori intentiorique voce pronuntiantur,
aliae deprimuntur grauiorique ſono efferuntur,
aliae inflectuntur. Itaque ad ſyllabarum quan-
titatem nequaquam pertinent haec grammatico-
rum ſigna, ſed ad *μελος* potius referri debent.
Diſtinguamus enim in pronuntiatione *tonum* ſyl-
labae a *tempore*, & accentus toni, non tempo-
ris ſ. quantitatis notas eſſe putemus. Vulgaris
error autem ex accentibus ſyllabarum quantita-
tem aeſtimauit, quo ipſo graecarum literarum
ſtudia maximopere turbata & corrupta ſunt.
Veteres Graeci, ſiue ligata ſiue proſa oratione
vſi, ſcripſerunt & pronuntiarunt e. g. *ἄνθρωπος*,
Ομηρος, media ſyllaba longa, tertiam quamuis
intentiore voce attollentes; ſed recentiorum
hominum vulgus, accentibus decepti, in pluri-
mis vocibus pronuntiationem vitiarunt, dicen-
tes e. g. *ἄνθρωπος*, *Ὅμηρος*, media breui.

§. 98.

De Hebraeorum punctis vocalibus & accentibus.

(III. §. XIV.) Ad Hebraeorum puncta & ac-
centus quod attinet, vulgatior ſententia olim
pro eorum vltima antiquitate propugnabat acer-
rime. Sed cordatiores ſententiam hanc inter
Rabbinorum referunt mendacia, atque cum *Lu-*

thero (*o*) ſtatuunt, *puncta recens inuenta eſſe, quibus non vbique poſſimus tuto niti.* Etſi igitur *Buxtorfius* & *Wasmuthius* vulgarem opinionem ſummis viribus defenderunt, hodie tamen doctiſſimus (*p*) quis-

(*o*) Comment. in Geneſ. cap. 36. fol. 450. b. Atque hac de cauſa *Zeltnerus* in Diſſ. ad. 2 *Sam. V.* 8. a. 1729. edita, §. vlt. iudicat, *Lutheranos decere, ita ſentire*, hoc eſt, punctorum iuniorem aetatem agnoſcere. *Loeſcherus*, qui lib. II. *de cauſ. ling. Hebr.* cap. 3. & 5. recentiſſimus eſt vulgaris opinionis patronus, p. 279. ſcribit, *Lutherum, cum a criticis quibusdam exacerbatus paulo durius contra antiquitatem vocalium punctorum pugnaſſet, in poſterioribus curis, praeſertim Commentario in Geneſin, rectius diſputaſſe.* Sed falſam commentitiamque eſſe hanc narrationem, non ſolum is, quem modo memoraui, locus manifeſtum facit, ſed & alius eiusdem Commentarii f. 700. b. & f. 701. a. vbi vltimum Capitis XLVII. verſum illuſtrans Lutherus acriter punctorum nouitatem propugnat. Non igitur *Loeſchero* fidem habere debebat *Wolfius* Bibl. Hebr. T. II. p. 483.

(*p*) *Tanta enim rationum euidentia id adſtructum eſt a praeſtantiſſimis ſaeculi noſtri viris, vt vel ignorantiam vel contumaciam prodat, quisquis contrarium opinatur*, inquit *Vitringa* Obſ. ſacr. lib. I. Diſſ. III. cap. 2. § 4. p. 185. Addo verba *Ioſ. Scaligeri*, aſperius ita pronuntiantis in *Opuſculis* p. 3**: *Delirant, qui puncta vocalia ſimul cum lingua nata eſſe putant, quos ratio, vetuſtas, & ὀφθαλμοφανεια ipſa inſanire vincit.* Cum quo concinit *Cunaeus*, lib. I. de Rep. Hebr. cap. 19. iudicans, *nugaciſſimis uti argumentis, qui negent, eſſe hoc Maſoritarum inuentum.* Eundem in modum *Schickardus* in libri *de iure regio* Theor. V. p. 109. *Valde miror, ſupereſſe, qui vocalium Hebraicarum antiquitatem ſerio credant.* Nec aliter *Hacſpanius* cenſet in *Sylloge Diſp.* p. 176. 180. 182. 191. 192. *Zeltnerus* quoque in *Diſp. de nomine Iehoua* an. 1712. emiſſa §. 4. ait, puncta literis in S. codice adiecta, eſſe *peregrina, tanta argumentorum vi atque*

quisque *Cappello*, victo tandem errore, aſſentitur. Signis quidem nonnullis vocalibus lingua Hebraica iam ab antiquiſſimis temporibus inſtructa fuiſſe videtur, quae quippe in antiquiſſimis alphabeti Phoenico-Aegyptii monumentis obuia ſunt, (Conf. *Eichhorn* Einleit. in das A. T. I. p. 126 ſqq. 150.); ſed & pauciora aliusque generis erant, & rarior eorum vſus erat, in verbis tantummodo ambiguis. At ea vocalium accentuumque ſigna, quibus nunc codicem ſacrum, eumque integrum & in ſingulis verbis ad certas regulas notatum habemus, ad recentiora grammaticorum commenta ſunt referenda. Eorum origo & prima aetas vel in ſaec. 3 ad 6 vel in ſaec. 7 ad 10 incidit, quo duplici temporis ſpatio Maſoretharum ſtudia viguere & praeſentem ſcripturae modum conſtituere. Duas (*q*) tantummodo laudare libet hanc

 in

que robore demonſtratum eſſe, ut, caetera. Eadem eſt *Relandi* ſententia in praef. ad *Diſſert. de pronuntiatione nominis Iehoua*. Ac nuper in ipſa Wittebergenſium Academia id profiteri ſuſtinuit *M. E. F. Kobius* in Diſp. *de mingente in parietem*, an. 1725 edita, p. 4. Conf. *Weigmannus* Sched. Acad. p. 441 ſq.

(*q*) Pleniſſimam hac de controuerſia tractationem reperies in *Wolfii* Biblioth. Hebr. T. II. lib. III. cap. 2. §. 4 ſqq. p. 476 ſqq. Adde *Acta erud.* Suppl. T. VII. p. 72. & an. 1725. p. 345 ſq. & in Nouis Suppl. T. III. p. 284 ſqq. & *Carpzouii* Crit. S. cap. V. Sect. 7. Lucidiſſimis etiam argumentis nouitatem punctorum vocalium demonſtrat in epiſtola ad Buxtorfium *Ioannes Morinus*, inter huius *Epiſtolas* Londini 1682 editas p. 368-395. His addamus: 1) Alb. Schultens *Inſtitut. L. H.* p. 48 *ſqq.* 2) Io. Dau. Michaelis *Diſſ. inaug. de punctorum Hebr. antiquitate, ſub examen vocatis argumentis aduerſariorum*

[illegible]) non-

in rem Diſſertationes. Altera, *Andream Sennertum* habens auctorem, inſcripta eſt *de punctorum vocalium Hebraeorum neque cum literis, neque cum verbo DEI ſcripto coaeuitate*, Wittebergae an. 1680 recuſa. Altera (*) *Io. Brunsmannus* oſtendit, *accentuationem Hebraicam eſſe rem ineptam, & nulla auctoritate dignam.* Addatur *Iablonskii* praefatio ad Biblia Hebraica, itemque *Prideauxii Hiſtoria Vet. Teſt.* T. I. p. 438-458. & *Io. Frid. Cottae* an. 1726 editus & *Clerico* in poſtremo *Bibliothecae* ſuae *antiquae & nouae* tomo valde laudatus liber *de origine Maſorae punctorumque Hebraicorum.* Vid. & *Waehneri Antiq. Hebr.* T. I. p. 121 ſqq. Illud denique obſeruatu dignum, primum e *Iudaeis* nouitatem punctorum vocalium & accentuum Hebrai- [illegible]

contra punctorum antiquitatem. Halae, 1739. 4. 3) Eiusd. *Critiſches Collegium über die 9 wichtigſten Pſalmen von Chr. p. 51 ſqq.* 4) Eiusd. *Praelect. in Soc. Sc. Gotting. per annos* 1758-1762. *Bremae,* 1784. *p.* 167 *ſqq.* 5) Eiusd. *Vermiſchte Schriften. Frankf.* 1766. 8. *Th. II. p.* 1-143. 6) Dupuy *Diſſ. philol. & crit. ſur les Voyelles de la langue Hebraique* cet. quae extat in *Hiſt. de l'Ac. des Inſcr. To.* 36. 7) I. G. Eichhorn *Einleitung in das Alte Teſtament, Th. I. p.* 126-143. praeſertim *p.* 137. In hoc libro Io. Buxtorfi & Lud. Cappelli ſcripta, huc pertinentia, indicata reperies. 8) Ol. Gerh. Tychſen *über das Alter der Hebr. Punkte*, in Eichhorn's *Repertor. für bibl. und morgenl. Lit. Vol. III. p.* 102-166. 9) Io. Ge. Trendelenburg *Einige aus dem Hebräiſchen ſelbſt hergenommene Gründe für das ehemalige Daſeyn dreyer Vocale.* In Eichhorn's *Repertorium cet. Vol. XVIII. p.* 78-117. Hic quidem rationes cum e linguae genio tum aliunde deriuatas affert, quae coniecturam probabilem reddant, Hebraeorum ſcripturam, vel antiquiſſimis temporibus, tria habuiſſe ſigna vocalia, punctum ſuperius, inferius & lineolam Patach.

(*) Hafniae 1708.

braicorum agnouiſſe & propugnaſſe *Eliam Leuitam*; primum e *Chriſtianis*, *Iac. Perez, de Valentia* (vid. Eichhorn l. c. l. p. 137.) & *Ludouicum Cappellum*, Profeſſorem Sedanenſem; primum e *Lutheranis Io. Chriſtoph. Kohlhanſium*, Profeſſorem Gymnaſii Gottingenſis: qui quam acriter contra aduerſarios tuitus ſit hanc ſententiam, Heumannus docuit in *Hiſtoria Gymnaſii Gottingenſis* cap. III. §. 24.

§. 99.

De diuiſione librorum in capita, verſus, paragraphos.

(III. §. XV.) Olim quoque codices vna ſerie contexebantur, donec vtilitati communi melius conſultum eſt diſtinctione librorum in capita, capitum in verſus: quem morem inconſulto, antiquitatis amore victus, damnat *Salmaſius*. Diuiſio librorum Moſaicorum in *Paraſchas* ad tempora Eſrae, Prophetarum in *Haphtharas* ad Antiochi Epiphanis aetatem pertinet. De aliis antiquioribus partitionibus vid. I. D. *Michaelis* Einleit. in das N. T. Vol. I. p. 847 ſq. ed. 2. Totum ſacrum codicem primus omnium *Stephanus Langtonus*, Anglus, ſaeculo XIII in hodierna *capita* diuiſiſſe dicitur *Pitſeo* apud (r) *Bluntium*. Habet tamen (s) *Heideggerus*, cur diuiſionem

(r) Cenſ. aut. p. 403. *Stephanus, Cantuarienſis Archiepiſcopus, totam Bibliam in capitula, quibus nunc vtuntur moderni, diſtinxit*: inquit *Nicolaus Triuetus* in Chronico ſuo ad annum 1228. Vid. & *Lelandi* Collectanea de rebus Britannicis T. II. p. 327.

(s) Enchir. Bibl. lib. I. c. 1. §. 6. & lib. III. c. 1. §. 7. Vid. etiam *Pritius* Introd. in lectionem N. T. c. 26. §. 1.

nem illam contendat eſſe antiquiorem. Alii primum eius diuiſionis vſum ad concordantiarum auctores & inprimis ad *Hugonem de S. Caro* († 1260) referunt, qui ſaec. XIII med. *biblia cum poſtilla* edidit, primum diuiſa in capita, quae deinde in vulgarem vſum abiere. Ita Gilb. Genebrardus in *Chronol. lib. IV. p.* 644. Conf. Carpzouii *Critica Sacra* P. I. cap. 4. p. 152 ſq. Michaelis *Einleit. in das N. T. I. p.* 849 ſqq. *ed.* 2. praeſertim autem Rumpaei *Comm. crit. in libros N. T.* §. 35 & 36. Erat tamen antiquius aliquod capitum genus, idque duplex, alterum *maiorum*, alterum *minorum* capitum. Illa τιτλοι, lat. *breues*; haec κεφαλαια, lat. *capitula* appellata. Vid. R. Simon *Hiſt. crit. du Texte du N. T. Ch.* 33. *Capita* illa in Vet. Teſt. primus in (*t*) *verſiculos* diuiſit *Santes Pagninus*, teſtibus *Sixto Senenſi* & *Scaligero* apud (*v*) eundem *Bluntium*. Quamquam haec di-

(*t*) *Aliam* Codicis V. T. in *verſus* diuiſionem fecerant iam olim Origenes & Hieronymus. Vid. *Valeſius* ad Euſebii Hiſt. eccl. lib. VI. cap. 16. & *Rich. Simonius* in Hiſt. crit. V. T. lib. 2. cap. 28. itemque *Io. Croius* in Obſ. ſacr. cap. 2. 3. 6. 7. & 8. Etiam *Carolus M.* lib. I. *de imaginibus* cap. 30. & lib. II. cap. 1. 2. 3. & 11. memorat *verſiculos* Pſalmorum, quos & *commata* vocat itemque *capitula*. Imo ipſi Hebraei ſuam habent ſacri codicis in verſus diuiſionem, de qua vid. *Wolfius* Bibl. Hebr. T. II. p. 44. De alia librorum Biblicorum in verſus diſtinctione verſionis Graecae veteris Teſtamenti, ſaeculo XIII. facta, vid. *Montefalconius* Palaeogr. lib. IV. cap. 8. p. 316 ſq. Hodiernam vero verſuum numerationem debemus *Pagnino*.

(*v*) Lib. cit. p. 536. & 538. Dolendum vero, verſus Veteris Teſtamenti haud raro male diuiſos eſſe, malamque illam diuiſionem tenebras offundere interpretibus, con-

diuiſio ex ipſa *accentuum* potius *ratione* deriuanda hisque aetate aequalis habenda eſt. Praeterea veteres duplex verſuum genus habuere: *ῥήματα* & *στίχους*. V. Michaelis *Einleit. in das N. T. Th. I. p.* 850 ſqq. *ed.* 2. Sic etiam *Paulus Fagius* in verſus diuiſit *Paraphraſin Pentateuchi Chaldaicam*: id quod quo conſilio fecerit, ipſe docet in Praefatione. Noui Teſtamenti in verſiculos partitionem debemus (*x*) *Roberto Stephano*, inter *equitandum* factam, teſte ipſius filio *Henrico* in praefatione ad *Concordantias N. T.* & hinc *Heideggero Enchir. Bibl.* lib. III. cap. 1. §. 9. itemque *Pritio*

U 5 *In-*

connectentibus cum priori oratione, quae cum poſteriori erant coniungenda. Statim ſecundus ac tertius *Geneſeos* verſus ita diuidendi erant: 2. *Et terra -- abyſſi.* 3. *Et Spiritus Dei motum faciebat ſuper aquis; dixitque Deus Fiat lux: Et Facta eſt lux.* Rurſus cap. II. verſus 20. haec deberet continere verba: *Et vocauit homo -- beſtiae agri*; verſus autem 21. iſta: *Cum vero homini non inueniretur adiutorium, immiſit Deus homini ſoporem*, caetera. Ita & cap. XXXII. haec verba: *Et remanſit Iacob ſolus*, deberent eſſe finis verſus 23. non initium verſus 24. Inſignis etiam error diuiſionis occurrit *Ierem.* XIV. 17. Nam verſus prior concludendus erat his verbis DEI: *Quae modo tibi dixi, loquaris ad populum.* Sequuntur nunc non DEI, ſed prophetae verba: *Lacrymor dies noctesque.* Nec *Nouum Teſtamentum* caret malis verſuum diuiſionibus, iisque impedientibus, quo minus cognoſcatur verus verborum ſenſus. Non ita pridem id accidiſſe docui 1 *Cor. IX*, 9. 10. & 2 *Petri III*, 11. 12. Perbene nuper hoc nomine meritus eſt de N. T. lectoribus *Schoetgenius* ſua eius editione laude digniſſima. Vid. & *Gatackeri* Aduerſ. poſthum. cap. 17.

(*x*) De alia *Euthalii* diſtinctione N. T. in capita & verſus vid. *Fabricius* Bibl. Graec. lib. V. cap. 24. p. 367. Addatur eiusdem lib. IV. cap. 5. §. 21. p. 225 ſqq. itemque eius editio *Hippolyti Operum* T. II. p. 205 ſqq.

Introd. in lectionem N. T. cap. 26. §. 2. Pluribus haec perſequitur *Rud. Wetſtein* & *Chr. Fr. Sinner* in Differtt. peculiaribus *de diſtinctionibus textus N. T. in capita, verſus* cet. *Rumpaeus* in *Comm. crit. in N. T.* & *I. D. Michaelis* Einleit. in das N. T. I. p. 853 ſqq. Hanc *Henrici Stephani* narrationem inſpicientes, non ſine ſumma admiratione legere poſſumus, quae ſcripta reliquit in *Chronographia* (*y*) ſua *Genebrardus: Auguſtinus Iuſtinianus*, inquit, *Epiſcopus Nebienſis*, an. 1516. *Nouum Teſtamentum per verſiculos diſtinguit; numerorumque notis diuidit: quam verſuum diſtinctionem deinceps noſtri ſecuti ſunt.* Hinc cum manifeſtum ſit, aut *Stephanum* mentiri aut *Genebrardum*, iuſtius huic tribuerim mendacium, quippe qui pro acerrimo ſuo in haereticos odio ea narratione cauere ſtuduiſſe videtur, ne vel leuiſſimum quippiam eſſet in Catholicorum ſacris codicibus, quod auctorem haberet hominem haereticum.

(III. §. XVI.) Ad caeteros auctores ſiue profanos ſiue eccleſiaſticos quod adtinet, docemur a (*z*) *Tritbemio*, primo *Ioanni de Lapide*, ſaecu-

(*y*) Lib. IV. p. 713.

(*z*) De ſcriptor. Eccleſ. cap. 894. Scias tamen, lector, non omnino olim incognitam fuiſſe librorum in capita diuiſionem. Tractabantur enim quibusdam in libris diuerſa argumenta: vnde per ſe naſcebatur eorum librorum in certa capita partitio. Exemplo eſt *Theophraſti* liber *de characteribus morum.* Huius generis ſunt *Gellii Noctes Atticae*, qui & ipſe vltimis earum verbis fatetur, ſe ipſum libros ſuos in capita diuiſiſſe. Sic & *Ouidii* libros *Triſtium* in capita ſiue Elegias diuidi res ipſa iubebat. Alios vero libros e. g. *Ciceronis Orationes* & *Officia*, *Liuii Hiſtoriam*, veteres habebant indiuiſos.

ſaeculi XV. Scholaſtico, in mentem veniſſe, ad facilius indicanda & inuenienda eorum loca, facere illam nonnullorum librorum diuiſionem in *capita*; ſine qua vix vllus veterum ſcriptorum hodie typis exſcribitur. Alii deinceps reliquorum ſcriptorum antiquorum libros ſimili modo in capita deſcripſerunt. Ea vero verſuum dinumeratio, qua non pauci claſſici auctores hodie gaudent, recentiſſimae aetatis eſt, primumque auctorem habet *Matthiam* (*a*) *Berneggerum*, quem ſecutus eſt gener ipſius, *Ioannes* (*b*) *Freinshemius*, vir non minus praeclare de literis promeritus.

§. 100.

De adiurationibus librariorum.

(III. §. XVII.) Notandus quoque mos veterum eſt, ad comprimendam impoſtorum librariorum audaciam, librorum concluſionibus adiiciendi adiurationes. Qua de re ſingulares exſtant diſſertationes *Fabricii* & *Lilienthalii*, illius in *Bibl. Graeca* lib. V. cap. 1. p. 74 ſqq., huius in *Selectis hiſtorico-literariis*, loco primo ſub titulo: *de exorciſmo literario*. Inſigne exemplum *Ioannis*, Apo-

(*a*) Freinshemius in Praef. *ad Florum*: *Berneggerus omnes auctores commodioris vſus gratia in verſiculos diſtribuit.* Ipſe quidem Berneggerus Praef. in *Florum* ſcribit, *Robertinum* quendam, diſcipulum ſuum, quem Boruſſum natione fuiſſe, aliunde cognitum habeo, *Florum diſſecuiſſe in tmematia ſeu verſiculos.* Sed a *Robertino* id factum iuſſu & auſpiciis Berneggeri, vix eſt, quod dubitemus.

(*b*) Ita enim ſcribit in Dedicatione ſui *Taciti*: *Indicis neceſſitas hanc quoque curam ſecum traxit, vt ſingula capita in verſus partienda, verſuumque numerus in margine paginarum adſcribendus eſſet.*

Apoſtoli, in exitu *Apocalypſeos*, & *Irenaei*, apud *Hieronymum* in *Catal. ſcript. eccl.* cap. 35. Plura talium adiurationum exempla *Palaeographia Graeca Montefalconii* exhibet p. 58. 63. 69. 75. 76. 89. 230. 292. 385. Mihi vnam adiicere libet, quae nuper occurrit legenti duorum Benedictinorum *Iter literarium* an. 1724. Lutetiae editum. Ibi enim p. 45. librarius ita finit ſuam ſubſcriptionem:

Quem (librum) *ſi quis tollat, tellus huic ima dehiſcat,*
Viuus & infernum petat, amplis ignibus atrum. Fiat, Fiat.

(III. §. XVIII.) Caeterum cum hodie quoque tot tantaeque occurrant eruditorum querelae de vitioſa librorum ſuorum deſcriptione typographica, non male facturi videntur auctores, ſi adiurent bibliopolas, vt edendis ſuis libris adhibeant correctorem quam religioſiſſimum. Nec iniuſte fecerint iidem, ſi tali adiuratione arceant poſteros ab editione ſcriptorum ſuorum, publicae luci non deſtinatorum. Idque iam fecit *Lipſius*, teſtamenti tabulis (*c*) vetans quicquam ſuorum ſcriptorum a morte euulgari, adiecta hac formula: *Si quis aliter, ſacer atque inteſtabilis eſto, & Deus vindicato in ipſo poſterisque.*

§. 101.

(*c*) Teſtis *Miraeus* in Vita *Lipſii* p. 129. Quid igitur fiet *Burmanno*, qui nuper non ſibi duxit religioni, publicare plurimas nondum antea editas *Lipſii* epiſtolas? An forte vir optimus credidit, vanam hanc fuiſſe *Lipſii* iram, maluitque commoda augere reip. literatae, quam parere edicto praetoris vitio creati? Scilicet hac vna in re voluntati illi vltimae eruditorum morem geri non debere arbitror, ſi ſcriptis eorum poſtumis inſint, quae hiſtoriam partim emendent, partim confirment, partim augeant. Talia enim perire pati, piaculum eſſe videtur.

§. 101.

De arcana ſcriptura.

(III. §. XIX.) Excogitata quoque fuit arcana ſcribendi (*d*) ratio, quam *ſteganographiam* ſ. *cryptographiam* vocant, cui opponitur ars *decifratoria*, quam noſtris temporibus excellentiſſime (*e*) calluit *Ioannes Walliſius*, mathematicus Oxonienſis. Commendandi hic mihi ſequentes (*f*) libri ſunt: Crellii Diſp. *de Scytala Laconica*, Lipſ. 1697. *Lud. Henr.* Hilleri *Myſterium artis ſteganographicae nouiſſimum*, Vlmae, 1682. 8. *Io. Bapt.* Portae *de furtiuis literarum notis libri V.* Neapoli, 1602. fol. *Io.* Seſtri *Methodus breuiſſima, in omni lingua occulte ſcribendi*, Romae, 1711. 4. Recentiſſima eſt Chr. Breithaupti *Ars decifratoria. Helmſt.* 1737. 8 & Dau. Arn. Conradi *Cryptographia denudata. Lugd. Bat.* 1739. 8. qui prioris inſtitit veſtigiis. Adhibenda etiam eſt Iuſti Fr. Engelbrechti

(*d*) Libet hic proferre, quod ad me ſcripſit doctiſſimus vir, *M. Io. Andreas Fabricius*, Ienae an. 1733. *Memini arcani ſteganographici imperſcrutabilis, quod paucis tecum communicabo. Conueniant duo amici inter ſe de libelli cuiusdam editione. Scribant deinde ita, ut loco literae ſcribendae paginam & lineam, in qua litera illa prima eſt, ponant. Sic nemo ſcriptionem hanc detegere poterit. E. g.* 85. 7; 14. 8; 15. 1; 15. 13; 16. 1; 17. 9; 17. 5; 8. 2; 9. 4; 5. 2; 6. 2; 54. 2; 40. 1; 64. 1; 71. 3; 16. 2; 3. 8; 6. 6; *id eſt:* Hic eſt eruditiſſimus, *euolutis ſcilicet paginis* Conſpectus *tui* reip. lit. *editionis an.* 1733.

(*e*) Vid. *Acta erud.* 1713. p. 398. & 1729. p. 38. & 255.

(*f*) Alii etiam huius generis libri commemorantur in *Io. Alb. Fabricii* Opuſculis p. 12. & 13. & in Eiusd. *Bibliogr. antiquar.* ex ed. *Schaffshauſ. pag.* 964. item in Herm. Hugo *de prima ſcrib. orig. ed.* Trotzii *p.* 151-188. Legi in primis meretur *Thuanus* lib. CXXIX. p. 1004. de decifrandi arte *Franciſci Vietae*, mathematici Galli.

ti *Commentatio de arte deciſratoria, eius origine, fatis, cultoribus, fundamento & hodierno vſu.* Helmſt. 1747. 4. Addatur. *Verulamius* lib. VI. *de augm. ſcient.* cap. 1. p. 279. ſqq. Nec omittenda, quae de Hebraeorum cryptographia tradit *Buxtorfius* lib. *de abbreuiat.* Herb. 1708. p. 28 ſq. & 31. deque Graecorum cryptographia librariorum *Montefalconius* Palaeogr. lib. IV. cap. 4.

§. 102.

Quantum Dei beneficium ſupellex literaria!

(III. §. XX.) Perfecta ita ſcribendi arte, ab antiquiſſimis inde temporibus praeſtantiſſima quaeque ingenia libris conſcribendis dederunt operam. Agnoſcamus, quaeſo, ingens DEI beneficium, quo libros dedit humano generi. Quam ſuauem hi reddunt vitam noſtram! Quam foret ea iniucunda, ſi careremus libris! Quid magis mentem hominis delectat, quam verſari inter homines doctos, & ab iis aliquid iucundae ſcientiae accipere? Atqui ea felicitate fruitur, qui libros legit. In his enim alloquitur te modo hiſtoricus aliquis, modo orator, modo poeta, modo philoſophus, etc. mentemque tuam paſcit epulo dulciſſimo. Dici nos itaque poſſumus exercere artem necromanticam non modo ſine crimine, ſed etiam cum laude, dum iubemus, quoties licet, ad nos venire mortuos & verba facere ſalis mellisque plena. Alius enim Ciceronem euocat, alius Liuium, alius Platonem, alius Lutherum, alius Thuanum, alius Carteſium, alius alium. Veni huc, inquiens, & tuo me ſermone oblecta, quamdiu mihi libuerit audire vocem tuam. Quanta vero illa felicitas

citas noſtra, cum nos, quotiescunque codicem legimus ſacrum, alloquitur propheta aliquis vel apoſtolus, imo per prophetas & apoſtolos ipſe DEVS! Quanto infeliciores erant maiores noſtri, qui libris carentes *multum venatibus, plus per otium tranſigebant, dediti ſomno ciboque:* cuius rei Tacitus teſtis eſt *Germ. Cap. 15.* Nobis vero nullum tempus taedioſum, imo nullum non iucundiſſimum. Nunquam enim minus ſumus ſoli, quam cum in bibliotheca credimur eſſe maxime ſoli. Nec viri ſolum, ſed & feminae multae, neque ſolum docti, verum etiam aliis vitae generibus addicti, tempus ſuum hac voluptate ſolent fallere, magis ac magis cognoſcentes, & prodeſſe libros & delectare.

§. 103.

Prius ligato ſermone compoſiti libri, quam ſoluto.

(III. §. XXI.) Ac initio quidem, quicquid librorum componeretur, verſibus contextum fuiſſe, *Strabo* tradit libro primo, isque eſt vniuerſae conſenſus Graeciae. Vnde etiam (g) *Lactantius: Poëtae, ſunt multo antiquiores*, inquit, *quam hiſtorici & oratores, & caetera genera ſcriptorum.* Tametſi ſcilicet ſimplicius ac facilius multis videri poſſit, oratione vti ſoluta, quam ligata, i. e. certis metri legibus adſtricta, quae ad artis regulas ſit diſcenda & exercenda; tamen res aliam cauſſam habet, e qua aeſtimari & intelligi debet. Primo conſtat mentis humanae eam eſſe indolem, vt, cum ratio diuturno demum

(g) Lib. VII. cap. 22. n. 2. Adeatur & *Vauaſſor* lib. de epigr. cap. 9; *Ioan. Strauchius* Diſſ. I. in Taciti Germ. cap. 2. §. 3; *Menagius* in Laërtii I. 119.

mum ſtudio excludatur & matureſcat, primis initiis ipſa ſenſibus magis & imaginatione agitetur, quam rationis deliberatione, rerum indagatione ac meditatione. Quare vſu venit, rudioris aetatis homines omnes ac ſingulos potius ſentire ſenſibusque impelli, quam cogitare & ratiocinari, rerumque potius ſpecies externasque imagines arripere, quam tacita conſideratione naturam indagare; certe obſeruatis & cogitatis quibuslibet induere formas externas, ſenſibus obuerſantes. Iam qualis animi idearumque indoles eſt, talis neceſſario linguae ratio eſſe debet, nempe plane poetica, quamuis artis regulis nullis adſtricta. Omnia ſenſibus, phantaſiae imaginibus & vehementioribus animi commotionibus accommodantur, ſenſusque & imaginationis vis interna, quae animum occupat, dum foras prodire geſtit, corporis geſtus in ſaltationem orisque voces in rhythmum & cantionem vertit. Deinde eius rei aliam cauſſam praebebat lingua, ſcripturae adminiculo nondum ſuſtentata. Denique accedebant res externae, ſollennia feſtorum, ſacrificia, ludi, qui, cum ſaltatione & cantione celebrarentur, ad vocum modulationem & rhythmum inuitabant; vnde lingua nata, quae tota eſſet ſymbolica, metaphorica, rhythmica, talisque, quae poeſi propria eſt (*h*). Conf. Ieruſalem *Briefe über die Moſaiſche Schriften*, Epiſt. IVta & Leſs *vom hiſtoriſchen Stil der Vrwelt*, in *Eiusd. Vermiſchten Schriften*, Th. I. p. 81 - 181. Et haec cauſſa

(*h*) Ante quidem, hanc rem ita explicatam legimus: *vti placuiſſe ligata oratione, ne nimis vulgare videretur ſcri-*

cauſſa eſt, cur nomen (*i*) ποιητȣ, quod proprie ſignificat *auctorem factoremque libri cuiuslibet, reique adeo cuiuslibet*, ſolis carminum ſcriptoribus aetate ſecuta adhaeſerit. Tandem primus *Pherecydes proſam orationem condidiſſe* dicitur. Teſtis eius rei his ipſis verbis eſt *Plinius* libro (*k*) ſeptimo. Audiamus & *Apuleium*. Is in (*l*) *Floridis* Pherecydem ſcribit *primum, verſuum nexu repudiato, conſcribere auſum eſſe paſſiuis verbis, ſoluto locutu, libera oratione*. At alio (*m*) loco *Cadmum* Mileſium huius rei auctorem facit *Plinius*, vt adeo a ſemetipſo diſſentire contrariaque tradere videatur. Quae res ſollicitauit (*n*) Criticos, parum perſpicientes, quo pacto in concordiam redigi queant diuerſae *Plinii* narrationes. Mihi vero ex voto res videtur ſuccedere, ſi dicas, *Cadmum* hiſtorici, *Pherecydem* philoſophici argumenti libros

ſcriptum. *Sic Ioannis Saxonis, Norimbergenſis, libros Germanicos a vulgo auide fuiſſe lectos, quia numeris & rhythmis conſtarent; eosdemque neminem typographum vendere potuiſſe, ſi profluxiſſent verbis ſolutis.* Sed ex iis, quae nos attulimus, apparet, nec rationem nec exemplum ei rei aetatique conuenire, de qua nunc maxime ſermo erat.

(*i*) Conf. *Fabricius* Bibl. Graec. lib. I. cap. 1. §. 1. & 2. Generali hoc ſenſu *poëta* dicitur a *Plauto Aſin.* IV. 1. 3. E contrario ποιητης *librum* reſtrictiore ſenſu a *Diogene Laërtio* II. 111. dicitur, qui totius operis ſui ſermonem metri lege coërcet.

(*k*) Cap. 56.

(*l*) P. m. 351. ſq.

(*m*) Lib. V. cap. 29.

(*n*) Vnum nomino *Ptolemaeum Flauium*, eiusque *Centuriae criticae* caput vltimum, quod in *Gruteri Theſauro critico* exſtat T. I. p. 994 ſq.

bros compoſuiſſe primum oratione libere profluenti, eamque ipſam eſſe *Plinii* ſententiam. Memoratu nec hoc indignum, quod, qui primus omnium Germanica lingua ſcriptum librum edidit, Ottfridus, ligato ſermone vſus eſt.

§. 104.

Orationis proſae & ligatae ſcriptores antiquiſſimi.

(III. §. XXII.) Etſi vero cum ligato, tum ſoluto ſermone ſcripta fuerant (o) volumina quamplurima, tamen partim temporis, hominum bellorumque iniuria, partim vilitatis ſuae culpa, librorum maxima pars periit, ac, ſi ab Hebraeis diſceſſerimus, vetuſtiſſimus ſcriptor ligati ſermonis, quem habemus, *Homerus* (p) eſt;

(o) Scriptores, qui ante Homerum libros ediderunt, dudum deperditos, *Fabricius* recenſet in primo *Bibliothecae Graecae* libro, itemque *Ionſius* lib. I. cap. 3. Horum ſcripta cur interierint, duae potiſſimum cauſae ſunt. Primo, qui verſibus ſcripſerant, eorum libri ideo facile peribant, quia nemo eorum non erat longo interuallo inferior Homero: cuius poëticum opus cum tantae eſſet molis, omnem legentium operam abſumebat. Qui vero proſa vſi erant, eorum ſcripta tum negligebantur, cum, quae ſcripſerant, ſuos congeſſiſſent in libros longeque & accuratius & ornatius expoſuiſſent Herodotus & ſecuti eum ſcriptores. Deinde mortem tot libris attulit vaſtatio Athenarum ac totius Graeciae a Xerxe facta, quam ipſe Herodotus libro octauo deſcribit: cui ſucceſſit altera duce Mardonio, a Xerxe relicto: quam idem in libro nono commemorat.

(p) Hinc *princeps literarum* recte appellatur a *Plinio* lib. II. cap. 6. qui & *primum doctrinarum & antiquitatis parentem* eum vocat lib. XXV. cap. 2. *Herodotus* vero, antiquiſſimus hiſtoricorum Graecorum, qui ſuperſunt, a *Cicerone* vocatus eſt *hiſtoriae parens*, Leg. I, 1.

eſt; ſoluti, *Herodotus*. Nam quae *Homero* antiquiora iactantur poëmata, conſentientibus eruditis, ſpuria ſunt. Pari modo quae ſcripta ſoluta oratione feruntur ante *Herodotum*, qui CCCCL. annis ante natum Chriſtum floruit, ab eruditiſſimo quoque agnoſcuntur ſuppoſititia, *e. g. Aeſopi fabulae*, *Phalaridis* ac *Themiſtoclis Epiſtolae*, *etc.*

§. 105.

De veterum bibliothecis.

(III. §. XXIII.) Librorum multitudo iam olim (*q*) occaſionem dedit colligendis bibliothecis, quarum hodie non niſi fama ſupereſt. De his nunc quidem priſtina obſeruata exhibemus; infra autem plurium notitiam accuratius trademus. De celebrioribus antiqui orbis bibliothecis ſingulari ſyntagmate egit *Lipſius*, in quo potiſſimum fata deſcribit bibliothecae Alexandrinae, Piſiſtrateae, Ariſtoteleae, Attalicae, Octauiae, Capitolinae. Quem librum dolendum eſt non prodiiſſe denuo annotationibus *Georgii Hieronymi Welſchii* auctum, qui & adiunxerat catalogum bibliothecarum ac pinacothecarum praeſtantiorum. Teſtis enim eſt in eius *Vita Lucas Schroeckius*, laborem illum iam perfectum reliquiſſe publicaeque editioni maturum *Welſchium*. Adeatur & *Struuius Introd. in rem lit.* cap. 2. & *Hottingerus*, qui alphabeticum exhibet catalogum bibliothecarum tum veterum, tum hodieque exſtantium in *Bibliothecario* ſuo (*r*) *quadripartito*.

(*q*) De *Euthydemi* cuiusdam copioſa bibliotheca tempore *Socratis* vid. *Xenophon* Memorab. Socr. lib. IV. p. 791 & 793. (cap. 2. p. 178 & 181. ed. Ern.)

(*r*) Cap. II. §. 5. p. 12-33.

Ars typographica.

§. 106.

1) *De ortu artis typographicae.*

(III. §. XXIV.) Tandem ars typographica inuenta eſt, cuius beneficio literarum ſubſidia multo facilius, quam ante, diuulgari, minorique pretio comparari potuere, adeo vt librorum bibliothecarumque hodie plena ſint omnia vixque vlla praeclare eruditi viri bibliotheca reperiatur, quae non ab aliqua parte praeferri mereatur ditiſſimis veterum. Ad comparandam huius plaeclarae artis notitiam pertinet: 1. inuentionis hiſtoria; 2. primorum artis monumentorum recenſus; 3. eorundem notae characteriſticae; 4. artis diuulgatio & augmenta.

Inuenta eſt ars typographica ſaeculo XV medio, intra annos 1436-1456. De auctore eius certant Harlemum, Moguntia & Argentina, primaeque inuentionis gloriam alii Io. Guttenbergio, alii Laur. Ianſoni Coſtero vindicant. Moguntia & Argentina pro eodem Guttenbergio, Harlemum pro Coſtero pugnant; quanquam Io. Mentelium quoque iactant Argentinenſes. Artem inuentam perfecere Io. Fauſt & Pet. Schoeffer (*).

Id

(*) Io. Guttenberg de Sorgenloch, dictus Gänsfleiſch, e familia equeſtri Moguntiae oriundus, ibique, incertum quo anno, natus, poſt annum 1430, qui patris, Friele (Frid.) Gänsfleiſch, emortualis fuit, Argentoratum conceſſit, ſedeque ibi fixa, cum aſſumtis ſociis Andr. Drizehen, Io. Riffe & Andr. Heilmann, artium arcanarum exercendarum nouarumque inueniendarum mo-

Id nemo dubitat, patriae noſtrae deberi
X 3 vti-

molimina & experimenta fecit. In ſuperſtitibus eius ſocietatis pactionisque documentis (Schoepflini *Vind. typogr.* in *Docum.* p. 6. 8. 12.) preli cuiusdam aliarumque rerum mentio fit, quae artis typographicae, tum primum tentatae, indicia haud obſura continent. Quae documenta cum in an. 1438 & 1439 incidant, ipſaque ad tres proximo praecedentes annos referantur, iis autem alia deinde teſtimonia, vt *Wimpfelingii* (Epit. rer. Germ. cap. 65.), *Chronici Colonienſis*, (*Colon.* 1499. f. p. 312.) *Chronicorum duorum MStorum* aliorum, a Schoepflino in *Vind. typogr.* & Ìuglero in *Bibl. H. L. III*, p. 2104. ſqq. exhibitorum, addita ſint, his omnibus effectum eſt, vt vulgaris opinio artis typographicae primas origines & rudia initia *Argentinae* attribueret annisque 1436-1439 aſſignaret, annum autem 1440 eiusdem artis *ſaecularem* faceret.

Rei typographicae, *Argentorati* primum tentatae, plura & certiora indicia haud produntur. Interea Guttenbergi nomen in publicis vrbis Argentinae tabulis porro vsque ad an. 1444 apparet; ſequentibus autem annis haud amplius occurrit, vnde vero ſimile fit, eum Argentorato an. 1445 diſceſſiſſe. Quo ſtatim abierit quidue rei geſſerit, in obſcuro eſt; nec tamen abſonum, ſi qui ſtatuant, eum in patriam rediiſſe ibique animum ad artem perficiendam ſtrenue adplicuiſſe. (Vid. Iugleri *Bibl. H. L. III. p.* 2122. Denis *Büsherk. I. p.* 100 *ſq.*) In documentis hiſtoricis anno demum 1449 Moguntiae rurſus apparet, quibus certe conſtat, eum, facultatibus deſtitutum, cum Io. Fauſto, ciue Moguntino, eoque opulento, *ſocietatem typographicam* iniiſſe, & huic, ob collatam pecuniam, totum inſtrumentum typographicum pignori oppoſuiſſe. Vnde colligendum, ipſum diutius iam Moguntiae in excolenda arte occupatum fuiſſe. An. 1450 tertius in ſocietatem adoptatus *Petr. Schoeffer* de Gernsheim, quo demum ſocio aſſumto, literae fuſiles excogitatae multaque alia ad archetypos adfabre ſculpendos, prelum ſcite adornandum, reliquaque inſtrumen-

ta

vtiliſſimae artis inuentionem, *Beroaldo* (s) ita canente:

O Germania, muneris repertrix,
Quo nil vtilius dedit vetuſtas,
Libros ſcribere quae doces premendo.

Caeterum Moguntiae, artis conſummatae incunabula tribuere non dubito, permotus auctoritate ſcriptorum coaeuorum fideque dignorum: a) *Hartmanni Schedelii*, qui in *Chronico ſuo* (t) teſtis eſt, *artem imprimendi libros apud Moguntiam, Rheni vrbem, an. 1440 inuentam eſſe.* b) *Werneri Roleſinkii*, qui in *Faſciculo temporum* pagina vltima ſcribit, *impreſſiones librorum ortum ſuae artis habuiſſe in*

ta commode fabricanda, inuenta eſſe videntur. Quo facto opera typographica maiora, deinceps recenſenda, aggreſſi ſunt. Mox vero orta, ob non ſolutas vſuras, lite, Guttenbergius an. 1455 inſtrumento typographico priuatus & a ſocietate excluſus eſt. Documentum literarium, quo id patet, in Bibliotheca Acad. Gotting. aſſeruatur. In lucem edidere Senkenberg in *Selecſ. Iuris & Hiſt.* To. I. p. 5. Koeler in *Ehrenrettung Guttenbergs* p. 21. Schwarz *Docum. de Orig. typogr. Diſſ. I.* p. 5. Sed tamen Guttenbergius Moguntiae manſit, (Koeler's *Ehrenrettung* p. 83.) & Conradi Homery, Syndici Moguntini, pecunia ſubleuatus, nouum inſtrumentum typographicum parauit, artemque exercuit. Adolphus, Princeps Elector Mog. an. 1465 ſtipendio etiam eum adiuuit & inter aulicos recepit. (Schwarz *Docum. de Orig. typ. I.* p. 20.) Sed incertum, qui libri ex eius officina prodierint, quia nullus typographi nomen adſcriptum habet. An. 1468 d. 24 Febr. Homerio redditum Guttenbergii inſtrumentum typographicum, (Schwarz *Docum. I.* p. 26.), quod argumento eſt, paullo ante mortuum eſſe Guttenbergium.

(s) *Opuſc.* f. 123. a.

(t) f. 252. b.

in Maguntia. c) *Io. Tritbemii* partim in *Annalibus Hirſaugienſibus*, vbi ad an. 1450 ita loquitur: *His temporibus in ciuitate Moguntia Germaniae prope Rhenum, & non in Italia, vt quidam falſo ſcripſerunt, inuenta & excogitata eſt ars illa mirabilis & prius inaudita, imprimendi & characterizandi libros per Ioannem Guttenberger, ciuem Moguntinum, qui, cum omnem paene ſubſtantiam ſuam pro inuentione huius artis expoſuiſſet & nimia difficultate laborans iam in iſto, iam in alio deficeret, iamque prope eſſet, vt deſperatus negotium intermitteret, conſilio tandem & impenſis Ioannis Fuſt, aeque ciuis Moguntini, rem perfecit inceptam*, etc. Partim in *Chronico Spanhemenſi ad an. 1450*; iisdem fere verbis vſus. Idem in Epiſtola quadam, teſte Rich. (*u*) Simonio: *Impreſſoria*, inquit, *arte noſtris diebus apud Moguntiacum inuenta*, cetera. Simillimum locum alium Trithemii exhibet *Schelbornius* Amoen. To. VII. p. 283. qui & videatur p. 285 in nota. In *Epiſtolis* quoque *familiaribus* Hagenoae 1536 excuſis p. 305. *Tritbemius* ita ſcribit: *Ars, quam impreſſoriam vocant, tempore infantiae meae apud Moguntiam, metropolim Francorum, inuenta*, cet. d) Addo *Chronicon Colonienſe*, (Die Cronica van der hilligen Stat van Coellen. 1499. f.). Locum huc ſpectantem exhibuit Maſchius in *Bibliotb. ſacra P. II. Vol. III. p. 54.* (*x*) — Harlemi tamen verius

X 4

(*u*) *Bibl. crit. To. IV. Epiſt. 20. p.* 159.

(*x*) Alia certae fidei teſtimonia de inuentione artis typographicae Moguntina pete ſis ex *Appendice* Tomi ſecundi *Bibliothecae Vffenbachianae vniuerſalis* p. 12. 16. 24. 51. 80. 84. 90. 116. 111. 112. Vid. *Iugler* in *Biblioth. H. L. III. p.* 2095 *ſqq.* 2122 *ſqq.* Conf. inprimis Heineckii *Nachrichten von Künſtlern*, Th. II. p. 95-97. in notis. *N. Nachr.* p. 217-247.

rius, quam Moguntiae, natam eſſe hanc artem, innuit, ni fallor, *Io. Badius Aſcenſius*, in Praefatione ad *Occami Dialogum* an. 1494 editum, haec ſcribens: *Ex quo diuina imprimendi facultas inuenta, aut, vt verius dicam*, in meliorem formam *reuocata eſt*, cet. Quamquam argumentum praecipuum pro Harlemo & Coſtero illud eſt, quod ex Hadr. Iunii *Batauia*, *Cap. XVII. p. 429.* (ed. anni 1652. 12.) peti ſolet. Id ipſum e teſtimoniis incertorum hominum, ſero congeſtis, compoſitum eſt. Vt igitur vera a falſis accurate diſcerni & quae in controuerſiam deducta ſint, diiudicari poſſint, argumenta, quibus alii pro Argentina (y), alii pro Harlemo & Coſtero (z) pugnarunt, in ſcholis literariis ſingulatim proponenda & expendenda videntur. Nos quidem, breuitatis cauſſa, ea conſulto hic omiſimus.

§. 107.

a) *Recenſus primorum artis typographicae monumentorum.*

Ars haec a rudibus profecta initiis non vno conatu tota inuenta, ſed ſenſim ac per gradus quae-

(y) Eam ob cauſſam cognoſcenda, quae *Schoepflinus*, praeſertim in *Vindiciis typographicis*, (Argent. 1760. 4.) in medium protulit. In compendium redacta eadem exhibuit *Juglerus* in *Bibl. H. L. III.* p. 2118 ſqq. coll. p. 2104 ſqq.

(z) Adeundae Ger. Meermanni *Origines typographicae*. Hagae Com. 1765. 4. Quo opere congeſta & exornata reperies, omnia, quae Coſteri cauſſam poſſint adiuuare. Sed haud negligendi ſunt aduerſarii grauiſſimi, *Heinecke* in binis libris: *Nachrichten von Künſtlern* p. 241 ſqq. Coll. p. 96 ſq. & *Neue Nachr.* p. 218 ſqq.; item *Aem. Reiſ* in *Progr. altero de Originibus typographicis*. Ingolſt. 1785. 4.

quaeſita, exculta & ad perfectionem perducta eſt. Obſeruare autem licet hos artis progreſſus:

I) *Artis proludia;* quo nomine varii generis opera intelligimus, quae ſimilitudine aliqua ad typographiae inuentionem inuitare & adducere potuerunt, ipſa tamen artem eiusque mechanicam diſciplinam fabricatione nondum attigerunt. Quanquam autem multa alia opera in comparationem cadunt, praeſertim quibus molliori materiae literae & figurae impreſſae exhibentur, adeo vt ſint, quibus *annulus in digitis geſtus* & *ſigillum* eo expreſſum Guttenbergio primae inueniendae artis typographicae occaſio (*) extitiſſe videatur; tamen propiora ſunt haec, quae vulgo *monumenta xylographica* vel *impreſſionis tabellaris opera* appellantur. Talia ſunt: 1) *Chartulae luſoriae.* His fabricandis inſeruiebant formarum lignearum ſculptores & pictorum genus, qui colores obducerent, (Formſchneider & Briefmaler), iam ſaeculo XIV per Germaniam vulgares & ob operis ſimilitudinem, typographorum velut praecurſores. Earum rationem hiſtoriamque tradit & monumenta recenſet Heinecke in *Nachrichten von Künſtlern*, Th. II. p. 85 ſqq. & *Idée générale d'une Collection complette d'Eſtampes* p. 217 ſq. 230. inprimis I. G. Imm. Breitkopf in *Verſuch über den Vrſprung der Spielkarten*, Th. I. Denis *Bücherkunde I. p. 89.* 2) *Imagines & Hiſtoriae vel Biblicae vel Sanctorum, ligneis tabulis inſculptae*

(*) Ita rem narrat *Io. Arn. Bergellanus* in Poemate *de chalcographiae inuentione* an. 1541 compoſito, verſ. 57 ſqq. Vid. Koeler's *Ehrenrettung* cet. p. 51. Wolfii *Monumenta typogr. P. I. p. 17.* *Biblioth. H. L. Struu. Jugler. Vol. III. p. 216 ſq.*

ptae & ab his expreſſae, additis ſingulis pluribusue verbis, nominibus ac ſententiis. Inſculpta tabulis ſcriptura ab initio parcior, in dies largior facta, magis magisque ad typographicam rationem acceſſit huiusque inueniendae maiorem facilitatem parauit. Horum operum xylographicorum extantia monumenta praecipua indicare iuuat:

S. Chriſtophorus cum Ieſu infante, in ſingulari folio, ſubiuncta inſcriptione: *Chriſtoferi faciem die quacunque tueris, Illa nempe die morte mala non morieris. 1423.* Vid. *Idée générale* cet. p. 250.

Donatus. Vid. *Idée gén.* p. 257.

Biblia pauperum ſ. Figurae V. & N. T. per icones. 40 folia.

Hiſtoria Sancti Ioannis Euangeliſtae eiusque viſiones Apocalypticae. 48 folia.

Hiſtoria ſiue Prouidentia virginis Mariae ex Cantico canticorum. 16 folia.

Der Enndkriſt. 34 folia.

Ars memorandi notabilis per figuras Euangeliſtarum. 13 folia: 15 continent imagines, 15 vero deſcriptionem.

Ars moriendi ſ. de Tentationibus morientium ſeu Tentationes Daemonis. 24 folia, vel figuras vel ſcripturam continentia.

Speculum humanae ſaluationis ſ. Speculum figuratum. 63 folia.

Doctor Hartliebs Chiromantie. 24 folia.

De arte xylographica operibusque xylographicis pluribus egit Schöpflinus in *Vindic. typogr. p. 3 ſqq.* coll. Iugleri *Bibl. H. L.* III. p. 2109 ſqq. & p. 2090 ſqq. Eorundem deſcriptionem accura-

ratam & ſimul ſpecimina exhibuit ſaepe laudatus Heineckius cum in *Nachrichten von Künſtlern* Th. II. p. 117-240. tum in *Idée gén.* p. 384 ſqq. itemque Cel. Ge. Wolfg. Panzer in *Annalen der aelteren Deutſchen Literatur*-p. 1-9. Quo auctore quoue anno locoque facta ſint, plerumque latet, quum monumenta ipſa, tantum non omnia, auctoris, anni locique indicio ſint deſtituta. Sunt, qui ad prima Guttenbergii pericula referant, (vid. Heinecke *l. c. p. 115 ſqq.*): ſunt, qui antiquiora putent; ſunt quoque, qui pleraque Coſteri inuenta eſſe affirment. Coſtero vindicanda eſſe contendit inprimis Meermannus in *Origg. typogr. Cap. IX.*, qui commemorata impreſſionis tabellaris monumenta vberrime deſcripſit iisque *Figuras typicas V. T. & antitypicas N. T. ſ. Hiſtoriam Ieſu Chriſti in figuris*, aliaque nonnulla addidit. Sed quam temere, cognoſci poteſt ex Heineckii libris, tum *germanico* l. c. p. 114 ſqq. tum *gallico*, p. 292. Tanto autem incertior horum monumentorum aetas, quanto magis conſtat, multo poſt inuentam artem typographicam, impreſſionis tabellaris vſum haud deſiiſſe. Vid. Heinecke *Nachr. Th. II. p. 106.* coll. Iugleri *Bibl. H. L.* lib. III. p. 2141.

II). *Artis typographicae rudimenta.* Quum ad artis typographicae naturam, notionemque vulgo receptam hoc requiratur, vt ſingulae literae ſingulatim apte collocari eaedemque diſſolui & ad alios vſus adhiberi poſſint, (v. Schoepflini *Vindic. typogr.* C. I. §. 11. & Behr *Lettre ſur l'origine de l'Imprimerie p. 26.*), ſub rudimentorum nomine artem intelligimus, literarum typis *mobilibus*, quamuis *ſculptis* ac *rudibus*, inſtructam,

ſed

ſed reliquo inſtrumento typographico, magnam partem, deſtitutam. Typi primo *lignei*, deinde e *plumbo*, *ſtanno*, *aere* cet. facti dicuntur. Conf. Meermann *l. c. Cap. I. p. 24-28.* Ita quidem artis progreſſus in ipſa prima aetate diſcernunt. Sed artis gnari ligneorum typorum vſum, ad iuſtos libros translatum, omnino in dubium vocant. Vid. Denis *Bücherk. Th. I. p. 93. not. d.* Heinecke *N. Nachr. p. 223.* Haec itaque naſcentis typographiae aetas eſt, quam Meermannus *impreſſionem anteriorem* ſiue *originariam* appellauit eiusque Coſterum parentem fecit. Incunabulorum nomen adhibuiſſem, niſi apud harum rerum deſcriptores latius id patere animaduertiſſem. Huius aetatis monumenta, quae certae ſint auctoritatis, extant nulla. Namque ne vnum quidem documentum, typis expreſſum, exhiberi poteſt, vel Guttenbergii vel Coſteri nominibus ſignatum. (Heinecke *N. Nachr. p. 237.*). Probabili coniectura Guttenbergio adſcribuntur, vel Argentorati vel Moguntiae facta; nonnulla vero Coſtero Harlemenſi vindicat Meermannus. Adiungamus certe eorum recenſum:

1) Guttenbergii & ſociorum *prima monumenta typographica vel Argentoratenſia vel Moguntina:*

Geſta Chriſti. 11 folia, 4.

Soliloquium Hugonis. 10 folia, 4.

De Iudaeorum & Chriſtianorum communione. fol. min.

Conſuetudines feudorum. f.

Pſalterium latinum. 12.

Henrici de Haſſia Expoſitio ſuper dominicam orationem. 15 folia, 4.

De Miſſa. 28 folia, 4.

Liber

Liber de miſeria humane condicionis. 1448 fol. min. vel 4.

Literae indulgentiarum Nicolai V. Pont. Max. pro regno Cypri, 1454. forma pat. Vid. *Idée gén.* p. 261. Denis *Bücherk.* I. p. 103. *not. t.* Zapf *Aelteſte Buchdruckergeſchichte, Annalen. p.* 1 *ſqq.*

De ſingulis his rudioris typographiae monumentis Schoepflinus in *Vindiciis typograph: p. 38 ſqq.* copioſius egit. Conf. etiam Denis *Bücherkunde I. p. 93 ſq.* Iugleri *Biblioth. H. L. III. p. 2125 ſqq.*

2) Coſteri *prima* iuſtae typographiae *monumenta*, a *Meerm.* in *Origg. typogr.* cap. IV & V. iactata:

Alphabetum, Oratio Dominica, Symbolum Apoſtolicum Tresque preculae ſ. Horarium. Vid. *Meerm.* Cap. IV. p. 76 ſqq. vbi haec typis mobilibus iisque ſculptis expreſſa aſſerit, coll. Tab I.

Speculum hum. ſaluationis. *Meerm.* l. c. p. 98 ſqq. coll. Tab. III. V & VI. Nempe duplicis generis exempla extare dictitat, quorum vnum verſatiſi tantum, alterum partim mobili partim fixo typi genere deſcriptum ſit. Sed ſuper hoc in conſilium adhibendus Heineckius.

Donatus ſ. Grammatica latina per interrogationes & reſponſiones. Vid. *Meerm.* l. c. p. 126 ſqq. Tab. II & IV, qui pro vero ponit, duas Donati editiones ex officina Laurentiana, cuius patrocinium ſuſcepit, prodiiſſe, vtrasque typis ſculptis & mobilibus.

IIII)

III) *Artis typographicae perfectae prima monumenta.* Quamquam ſcripturae impreſſio per ſingularum literarum typos mobiles, ſola ac per ſe, vera & iuſta typographia habenda ſit, eaque iure Guttenbergii agnoſci debeat inuentum; tamen ad eius artis perfectionem, vſum faciliorem amplioremque & ad comparandam maiorem elegantiam requirebantur porro haec: 1) typi literarum e metallo ſuſi, non ſculpti, itaque 2) formarum archetypi ſ. matrices, e quibus characteres aequales, iique maiore copia & breuiori tempore poſſent fundi; 3) metallorum iuſta mixtio; 4) atramenti genus glutinoſius tenaciusque (Meerm *Origg. typogr. Cap. I. p. 11. not. ac.*); 5) prelum impreſſorium aptius. (Meerm. *l. c. p. 12. not. ad.*) Haec aliaque adiumenta & commoda, deinceps magis magisque aucta & exculta, adinuenit iisque typographiae artem conſummauit *Io. Fauſti* & *Petri Schoefferi* ſollertia. (Vid. Schwarzius *l. c.* Diſſ. III. p. 26 ſqq. Koelers *Ehrenrettung* p. 90.) Huius periodi prima opera typographica plerumque temporis, loci & typographi certa indicia addita habent, quibus artis rudioris exemplaria deſtituta fuiſſe cognouimus. Prima eaque certa artis conſummatae monumenta ſunt haec:

Biblia latina, charactere Miſſalium impreſſa. ſ. l. & a. fol. max. 3 Voll. Haec quidem a viris ſummae auctoritatis prima & antiquiſſima cenſentur ac Guttenbergio Fauſtoque tribuuntur. Sed cognoſce, quae in vtramque partem ſuper hoc codice diſputata ſint, apud Maſchium in *Bibliotheca ſacra*, P. II. Vol. III. cap. 2. Sect. 1. p. 53 ſqq. prae-

praeſertim p. 64 ſqq. Eadem in epitomen redacta exhibuit Zapf in *Aelteſte Buchdruckergeſch.* — Annal. p. 123-128.

Pſalmorum Codex. In fine: Praeſens ſpalmor. (Pſalmor.) Codex cet. per Io. Fuſt & Pet. Schoiffer de Gernsheim, 1457. f. De hoc codice & ſequentibus libris vid. Maittaire *Ann. typ.* To. I. p. 270 ſqq. Orlandi *Origine* p. 11 ſqq. Hamberger *Vorläuf. Abhandl.* p. 113 ſqq. Zapf *Aelteſte Buchdruckergeſch.* — Annal. p. 3-48.

Id. lib. Ed. 2. ib. 1459. f.

Guil. Durandi Rationalis diuinorum officiorum Codex. ib. 1459. f.

Clementis V. Conſtitutionum Codex, cum apparatu *Io. Andreae* cet. ib. 1460. f.

Io. de Ianua Summa, quae vocatur *Catholicon.* ib. 1460. f. (Typographi nomen in epigraphe non additur. Ex Guttenbergica officina prodiiſſe Schwarzius aliique cenſent. Conf. Meerm. *Origg. typogr.* in Documentis & Teſtim. Nro. III. *. p. 95 ſqq. not. g.)

Dietbert, Churfürſten zu Maynz, Schrift wider Graf *Adolphen* von *Naſſau*. Geben zu Höchſt, unter unſerm uffgedruckten Inſiegel am Dienſtage nach dem Sontag Laetare, anno Domini 1462. (Maynz 1462.) Vid. Panzer's *Annalen* p. 57.

Biblia ſacra latina vulgatae verſionis. ib. 1462 f. Vid. Hamberger *Vorläuf. Abh.* p. 113 ſq.

Biblia Germanica (editionis *primae*). ſ. l. & a. Probabili argumentatione ad an. 1462 relata & Fauſto atque Schoeffero aſſerta. Vid. Pan

Panzer *Aelteſte deutſche Bibeln* p. 9 ſqq. Eiusd. *Annalen* p. 9 ſqq.
Ciceronis Officiorum Libri III. Paradoxa: Verſus XII Sapientum poſiti in epitaphio Ciceronis cet. ib. 1465. f.
Sexti Decretalium, cum gloſſa *Io. Andreae*, praeclarum opus. ib. 1465. f.
Ciceronis Officiorum Libri III. cet. ib. 1466. f.
Biblia Germanica (editionis *ſecundae*.) f. l. & a. f. (Argent. ap. Io. Mentel, 1466.) Argumenta loci & temporis attulit Cel. *Panzer* in *Annalen* p. 11 ſqq.

§. 108.

3) *Notae characteriſticae primorum artis typographicae monumentorum.*

Tradita breui inuentionis hiſtoria exhibitoque primorum artis, cum rudis tum perfectae, monumentorum recenſu; iam ad ſpectanda opera ipſa, quae ſub artis initia ſeu incunabula prodiere, eorumque formam habitumque externum cognoſcendum paulisper ſubſiſtamus. Quum incunabulorum nomen tam late patere ſciamus, vt faeculi decimi quinti poſteriorem dimidiam partem vniuerſam complectatur, operum quidem ſpecies plures, diuerſasque temporum periodos diſtinguere licet; ſed nunc tamen ea diſcrimina praeterire & vniuerſa potius ſpectare conuenit. Deprehendimus autem in artis typographicae incunabulis omnino haec ſingularia: 1) Vt libros typis exſcriptos melius, nec minore pretio, quam manu ſcriptos venderent, artemque nouam occultarent, primi typographi libros manu exaratos exacte ſecuti, ſuis

ſuis operibus manuſcriptorum librorum ſpeciem ſummo ſtudio conciliare conati ſunt. Quare quo propius ad artis primordia accedunt libri typis expreſſi, eo magis manuſcriptorum rationem literarum forma, ornamentis totoque externo habitu referunt. Ob eandem cauſſam, ſunt, qui putent, ſaec. XV permultos libros ſine vllis impreſſionis notis editos eſſe. Conf. Meerm. *Origg. typogr.* Cap. I. §. 3. p. 6. Cap. V. §. 1. p. 97. Ex hoc, tanquam principio, reliqua tantum non omnia intelligi poſſunt. 2) Primi typographi membrana potius, quam charta vſi ſunt, tum vt libros hoc pacto redderent ſolidiores, tum etiam vt codices MStos imitarentur. Deinde vt emtorum commodis inſeruirent, certum exemplorum numerum in charta, ſed denſiore ac firmiore, ediderunt; nonnunquam etiam cuiusque quinternionis reliquis foliis, vnum certe folium membranaceum addiderunt, vt faſciculus firmior fieret. Meerm. *Origg. typogr. Cap I. §. 4. p. 9 ſq. not. y.* 3) Forma librorum vulgatior erat folii integri; ſerius & rarius folii quadruplicati & octuplicati forma adhibita. *Auguſtini* libr. *de verae vitae cognitione* primum in 4to, *eiusque librum de ſingularitate Clericorum* per Olr. Zel de Hanau 1467 primum in 8vo editum perhibet Denis *in Bücherk.* I. p 136. 4) Literae Gothicae, vniformes eaedemque deformes nec inuicem aequales, ſed modo craſſiores, modo tenuiores, modo altiores, modo breuiores cet. Catholicon 1460, Biblia 1462 exemplo eſſe poſſunt. Conf. Meerm. *Origg. typogr. Cap. I. §. 15. p. 35 & 37* coll. p. 248. 5) Tituli librorum nulli; ſed operis ipſius exordium ſine titulo ex-

hibitum hac formula: *Incipit* cet. Nonnunquam librorum capitumque elenchus primo loco poſitus. Titulum praefixum iam habent: *Collectanea arrogantiſſimi Pompei Feſti. Rom. 1475. f.* Talem etiam reperies in *Sermonibus de Vtino. Pariſ. 1477.* Vid. Meerm. *Origg. typogr. Cap. IV. §. 4. p. 77.* Saepe totius operis titulus in formula finali latet. Formula finalis, ſicut in codicibus manuſcriptis: *Explicit* cet. 6) Nullae ſignaturae, nulli cuſtodes, nulli paginarum numeri. *Leonardi de Vtino* Sermones, Pariſ. 1477. f. habent paginarum numeros, qui tamen deinde per totum hoc ſaeculum raro adhibiti; in *Hieronymi Expoſit. Symboli Apoſt. Oxon. 1498. 8.* apparent ſignaturae. Cuſtodum ſigna in *Taciti Opp. Venet. per Io. de Spira, 1468,* primum obſeruarunt Chevillerius *Orig. de l'Imprimerie de Paris p. 38.* & Maittaire *Ann. typogr. To. I. p. 56. IV. p. 19.* Conf. Meerm. *Origg. typogr. Cap. IV. §. 4. p. 77 ſqq.* Denis *Bücherk. I. p. 136 ſq.* 7) Plagulae ſ. folia non ſingulatim, ſed per terniones, quaterniones cet. compoſita. 8) Scribendi compendia, abbreuiaturas appellant, cumulata lectuque haud raro difficilia, plane vt in libris manuſcriptis. Diphthongorum etiam abſentia huc referri poteſt; puncta ſupra litera *i* omiſſa, vel eorum loco lineola obliqua poſita. 9) Notae diſtinctionis, diuiſionis, interpunctionis nullae, excepto puncto, quod tamen ſaepiſſime locis neceſſariis omiſſum. Earum aetates diuerſas obſeruare licet. Vid. ſupra §. 96. *Meerm.* l. c. Cap. V. §. 10. p. 116. VI. §. 7. p. 146. *Denis* l. c. p. 139. 10) Verba graeca in primis libris praetermiſſa, facta in contextu lacuna, vt calamo ſuppleri poſſint omiſſa verba; (vid.

Meerm.

Meerm. *Origg. typogr. p. 248 & 253.*) 11) Literae *initiales maiores* typis expreſſae nullae, ſed deinceps per rubricatores minio, auro aliisque coloribus adpictae. Saepe tum in praefatione, tum in totius operis capitumque initiis vacuum relictum ſpatium, vt omiſſae literae capitales appingi minio, coeruleo aliove colore poſſent; haud raro tamen ſpatio relicto ampliſſimo, typisque expreſſa parua literula, quae pictori dux eſſet. Typis exſcripti libri non omnes, nec ſtatim, rubricatoribus traditi; vnde ſuperſunt paſſim eiusdem libri & editionis exemplaria, alia coloribus exornata, alia iisdem vel omnino vel per partem deſtituta. Exempla exhibet Denis *Bücherk.* I. p. 138 ſq. Ad rubricationem pertinebant autem primo librorum & capitum literae initiales, auro vel coloribus obducendae, quarum ipſarum ſecundum diuerſas diuiſionum ſpecies diuerſi erant gradus; deinde ſingularum periodorum literae initiales, lineola rubra ſignandae, denique varii coloris encarpa ſiue picturae marginales, quibus ſcriptura, quaſi nimbo, circumquaque circumſcripta erat. Quod tamen maximopere mirandum, Pſalterium Schoeffleri an. 1457 iam habet literas initiales variis ductibus & coloribus exornatas, easque typis impreſſas, non penicillo aut calamo pictas. 12) Loci, anni & typographi indicia ad finem librorum reiecta; additis ſingularibus formulis & encomiis, quibus artis typographicae admirabilis praeſtantia & beneficentia extollitur. Exempla produnt catalogi antiquiſſimorum typographiae monumentorum praeſertim (*Orlandi*) *Origine e Progreſſi della ſtampa* cet. p. 11 ſqq. Maittaire

Annales typogr. To. I. p. 270 - 280. & Cel. Am-Ende *Abhandl. von den Namen der älteſten Buchdrucker*, quae ineſt in Cl. Strobelii *Miſcellaneen literariſchen Inhalts, Samml. I.* p. 133 - 150. 13) Regiſtrum chartarum, ad calcem librorum adpoſitum, quo ſingularum quinternionum cet. numeri cum verbis initialibus ſingularum paginarum, vel verba initialia ſingulorum foliorum ſola exhibebantur. Aliam, quam hanc, normam, digerendi folia, compactores habuere nullam. Caeterum ſigna commemorata de plurimis valent; ad ſingula tuto adhiberi omnia non poſſunt, quia obuia ſunt exempla ab iſtis regulis eximenda. Illuſtrant haec antiquitatis indicia Seb. Iac. Iungendres in *Diſquiſit. de notis characteriſticis librorum, a typographiae incunabulo impreſſorum.* Norimb. 1740. 4. (Quamquam in deſcribendis ſingulis nonnullis monumentis typographicis potius verſatur, quam in tradendis eorum notis characteriſticis.) *Biblioth. Hiſt. Lit. Struu. Iugl. To. III.* p. 1138 ſqq. in conſilium ſimul adhibito Cel. *Am-Ende*, qui docet, quae cautio adhibenda ſit, in *Abhandl. von der Vngewiſsheit derjenigen Kennzeichen, aus welchen man das Alter der älteſten gedruckten Bücher zu beſtimmen pflegt*, in *Strobelii Miſcell. liter. Inh.* Th. I. p. 65 - 108.

§. 109.

4) *Artis typographicae diuulgatio & augmenta.*

Arte vtiliſſima inuenta, reſtabat, vt eius vſus diuulgaretur arsque ipſa quam plurimorum hominum ſtudiis inſeruiret iisque viciſſim expoliretur. Huic diuulgationi cum primorum

in-

inuentorum conſilia aduerſarentur, lucri & honoris cauſſa, nouam artem arcani inſtar occultantium, vulgandae artis opportunitas, vel neceſſitas adeo, diuinitus aduecta videri poterat. Sunt quidem, qui euulgatae artis duplicem occaſionem binasque epochas prodant: *alteram priorem & immaturam*, vel 1445 relicta a Guttenbergio Argentina, vel 1455 diremta Guttenbergii Fauſtique ſocietate, cum ſinguli Guttenbergii ſocii partim Argentorati reſtitiſſent, partim deinde Moguntia in alia loca conceſſiſſent; *alteram poſteriorem & maturam*, fuga in diuerſas regiones diſperſis Fauſti ac Schoefferi ſociis & adiutoribus. Prioris migrationis exemplum celebratur *Io. a Petersheim*, qui in matricula vrbis Francofurti ad an. 1459, *chartarum impreſſor* appellatur; ob quod cognomen ei impoſitum, ſunt, qui officinam typographicam circa hunc annum putent ab eo Francofurti extructam eſſe. Vid. Meerm. *Origg. typogr.* in Indice, p. 279 ſq. coll. operis P. I. p. 34 & 182. Sed nos priorem, vtpote vanam vel incertam, plane praetermittamus. Poſterioris vero, cuius maximum fuit momentum, cauſſas & effecta paucis exponamus. Incidit ea in annum 1462, qui in artis typographicae hiſtoria praecipue notabilis eſt. Namque exorto inter Adolphum Naſſouienſem & Dietherum Iſenburgicum bello, cum Moguntia ab Adolpho vi expugnaretur, incendiis, ſpoliatione & multiplici alia vexatione afficeretur, incolae multi, inque his Fauſti ſocii, expulſi nouas quaeſiuere ſedes. His igitur *propagationis* laudem haud inuidebimus, ſi Guttenbergio, Fauſto & Schoeffero primae *inuentionis*

gloria tribuatur. Inter primos, qui artem vulgarunt, eminent hi:

Conr. Schweynheim & *Arn. Pannarz* ab an. 1465 in Italia, & quidem in *Sublacenſi monaſterio*, vbi, poſt *Donatum pro puerulis*, eo ipſo anno *Lactantius* editus eſt, ſine typographi nomine. Deinde iidem Romam migrarunt & in aedibus Petri ac Franc. de Maximis officinam typographicam habuerunt. Ex ipſorum officina, an. 1467 Romae prodiit *Auguſtinus de Ciu. Dei*; quo ipſo anno, in eadem vrbe, nouus typographus, *Vlr. Han*, Ioannis de Turrecremata *Meditationes* typis exſcripſit. Vid. Meerm. *Diſqu. de tranſlata in Italiam typographia*, ſubiecta Eius *Origg. typogr.* p. 235 ſqq.

Io. Mentel, Argentorati ab an. 1466.

Io. Bemler, Auguſtae Vind. ab an. 1466.

Vdalr. Han, ex Ingelſtat, ciuis Viennenſis, Romae ab an. 1467.

Vlr. Zell, Hanouienſis, Colon. Agr. ab an. 1467. Vid. Meerm. *Origg. typogr.* p. 58 ſq.

Io. Koelhoff de Lübeck, Colon. Agr. ab an. 1468.

Günther Zainer, Auguſtae Vind. ab an. 1469.

Io. de Spira
Vindelin. de Spira } Venetiis ab an. 1469. 1470.

Io. de Auerbach, Reutlingae ab an. 1469.

Nic. Ienſon, Gallus, Venetiis ab an. 1470. Quamuis *Decor puellarum* praefert annum 1461.

Ant. de Zarotis, Mediolani ab an. 1470.

Vlr. Gering
Mart. Cranz
Mich. Friburger } Pariſiis ab an. 1470.

Aemi-

Aemilian. de Orſinis } Fulginei ab an. 1470.
Io. Neumeiſter

Io. Senſenſchmid 1470. } Norimbergae. Vid. Panzer's *Buchdruckergeſch. Nürnb.* p. 1 & 9.
Ant. Coberger 1472.

Bern. Genninus, Florentiae, ab an. 1472.
Andr. Heſs, Budae in Vngaria ab an. 1473.
Io. de Weſtphalia, Louanii in Belgio ab an. 1473.
Io. Zainer, de Reutlingen, Vlmae ab an. 1473.
Bern. Richel, Baſileae ab an. 1474.
Guil. Caxton, Londini ab an. (1474.) 1477.
Io. Schnell, Holmiae in Suecia ab an. 1483.
Fridericus de Baſilea, Burgis in Hiſp. ab an. 1487. Sed iam an. 1475 Salluſtii opera Valentiae 8vo edita refert Maittaire *To. IV. p. 349.*
Gottfr. de Ghemen, Hafniae in Dania, ab an. 1493.
Io. Haller, Norimbergenſ., in Polonia, ab an. 149..

De his aliisque artis typographicae propagatoribus vberius egit Maittaire *Ann. typogr.* To. I. p. 128-270. Denis *Bücherk. Th. I.* p. 107-129.

Augmenta ars deinceps cepit plura. Haec ſingulatim obſeruanda & recenſenda relinquimus iis, qui rei typographicae hiſtoriam vniuerſam tradiderint vel ſint traditurі, praeſertim vero Breitkopfio, huius artis hiſtoriaeque principi, qui promiſſo grandi opere hanc quoque partem amplectetur. Nonnulla in *Nouellis Reip. liter.* an. 1700. To. II. p. 152 ſq. an. 1704. To. I. p. 519 ſq. recenſentur. Nos acquieſcimus in commemorandis paucis his exemplis; 1) Typographia Graeca & Hebraica. Graecarum litera-

terarum typis exprimendarum prima pericula in ſingulis verbis facta, qualia obuia ſunt in *Cic. de off.* Mog. 1465. f. & in *Gell. N. A.* Rom. ap. Schweynheim & Pannarz 1469. f. Literae admodum deformes & corruptae. Vid. Maittaire *Ann. typogr. I. p. 274.* Primus integer liber graecus typis exſcriptus fuit *Conſt. Laſcaris Grammat. Gr. Mediol. 1476.* Vid. Maittaire *I. p. 97.*; primus vero liber Hebraicus *R. Leui* b. Gerſon *Comm. in Iobum per Abr. b. Chajim, Piſaur. Plebiſacii, 1477. 8.* Vid. Wolf *B. H. Vol. I. p. 727.*, inprimis De-Roſſi *de Hebr. typogr. origine & primitiis p. 9 ſqq.* & Eiusd. *Lib. de ignotis nonnullis antiquiſſ. Hebr. textus editt.* 2) Literarum ſ. typorum maior varietas & elegantior forma. Conr. Schweynheim & Arn. Pannarz inuenere characterem *Romanum.* Hunc ipſum Nic. Ienſon excoluit, Günther Zeuner vero in Germaniam inuexit. Aldus Pius Manutius Graecarum & Latinarum literarum formis ſingularem venuſtatem conciliauit nouamque ſpeciem iacentium ſ. curſiuarum literarum (vulgo *Italicas* vocant) adinuenit. Acceſſere deinde magno numero nouae ſpecies, quarum nomenclaturam Paul. (*) Pater exhibuit. Elegantia typorum poſtea eminuere

(*) Lectu dignus eſt eius *liber de Germaniae miraculo optimo maximo, typis literarum,* an. 1710 *Lipſiae* editus, in quo vniuerſam rationem atque pulchritudinem artis typographicae explicat atque omnia typorum genera exhibet, ſimul cap. 1. de inuentoribus huius artis diſſerens, quibus quidem perperam accenſet ſocium *Ioannem Regiomontanum,* fauore ſcilicet impulſus erga matheſin, cuius Profeſſor erat; & cap. 2. multorum doctiſſimorum virorum laudes producens artis typographicae.

Repe-

nuere *Chph. Plantinus*, *Elzeuiri* aliique. Recentior aetas tulit *Barbouium*, *Io. Baskeruillium*, eiusque vel ſucceſſores vel aemulos *Caron de Beaumarchais*, *Didotum* eiusque velut ſocium *Io. Fr. Vngerum* (vid. *Intelligenzblatt der Allgem. Litt. Zeit. 1791. Nro. XI. p. 95 ſq.*), *Parmenſes* typographos regios. 3) Fuerunt etiam, qui typographicas literas *chirographicis* noſtris magis aſſimilare ſtuderent. Certe enim eae literae, quibus nunc in ſcribendo vtimur, non omnino aequant figuras typographicas. Sed merito illud conſilium ſucceſſu caruit. In manibus habeo librum quendam, nouis illis typis expreſſum, cuius ecce titulum: *Lettres miſſives du* Sr. de Rangouze. *Imprimé à Paris de l'Imprimerie de nouveaux Caractères, inventés par* P. Moreau, *Ecrivain juré à Paris & Imprimeur ordinaire du Roy*, *1648. 8.* Scio, etiam Lipſiae alibique huius generis typos haberi & iis interdum excudi carmina epiſtolica. 4) Modus imprimendi figuras mathematicas, ab *Erh. Ratdolt* inuentus. Ipſe quidem in praef. ad Euclid. an. 1482 editum celebrat, ſe perfeciſſe, *vt, qua facilitate literarum elementa imprimantur, ea etiam geometricae figurae conficí coeperint* Sed de hoc conſulendus A. G. Kaeſtner in *Diſſ. de prima, quae poſt inuentam typographiam prodiit, Euclidis editione. Lipſ. 1750. 4.* 5) Amplior apparatus typographicus. Quo quidem in primis excelluit *Ant. Coberger*, (vid. Ge. Ern. Waldau *Leben Ant. Cobergers*, *Leipz. 1786. 8.*) & noſtris temporibus

Repetitus eſt liber in Wolfii *Monum. typogr.* P. II. p. 727-774. Adde Fournier *Manuel typographique & Modèles des Caractères de l'Imprimerie.*

Beaumarchais, (vid. Campe *Samml. intereſſanter Reiſebeſchr. Th. II. p. 319 - 321.*) 6) Iam ſecuta ſunt plurium exoticarum linguarum typographea, Syriacae, Arabicae, cet. Quarum cunctarum ampliſſimi apparatus Romae adornati in Inſtituto congregationis pro propaganda fide, & Parmae, in typographia regia. 7) Nec ſilentio praetereunda notarum muſicarum, typis exprimendarum, ratio. Quod quidem inuentum *Iac. Sanlecio* tribuitur. Vid. Vigneul Marville *Mélanges d'hiſtoire & de litterature. Vol. I. p. 80.* Typographiam muſicam in Germania in primis excoluit officina Breitkopfiana, cuius opera recenſentur in dem *Neueſten der anmuthigen Gelehrſamkeit* an. 1757. p. 78. ac deinceps in ſingularibus catalogis. Vid. I. N. Eyring *Literar. Almanach* 1776. St. V. p. 180. 8) Tabularum geographicarum typis exſcribendarum ars a Breitkopfio, Preuſchenio Haaſioque inuenta & exculta. Vid. Eyring *l. c. an.* 1776. *St. V. Geſch. und Philol.* p. 32 - 42 & an. 1777. *St. V.* 9) Recentiſſime idem Breitkopfius modum excogitauit, characteres etiam Sinicos typis mobilibus exprimendi, deſcriptum ab inuentore in libello peculiari: *Exemplum typographiae Sinicae, figuris characterum & typis mobilibus compoſitum a* Io. Gottlob Imm. Breitkopf. *Lipſ.* 1789. 4. 10) De typographia botanica, Halae conſtructa, nonnulla tradit Baumgartenius in *Nachrichten von merkwürd. Büchern.* Vol. IX. p. 187. Huic affinis eſt 11) Ars polygraphica ſ. Polyplaſiaſmus, cuius inuentor *Ioſeph Booth*, Anglus, celebratur. Vid. *An Adreſs to the public, on the polygraphic art, the invention of Mr.* Ioſ. Booth, *Portrait - Painter. Lond.* 1789.

1789. 8. Coll. *Götting. Anz. von gel. Sach.* 1790. p. 1047 ſq. 12) Fuere praeterea, qui nouam eamque expeditiorem artem typographicam iactarent, vt *Erh. Weigelius* (**), ſub exitum ſaeculi ſuperioris; deinde etiam quidam *I. B. de Lana*, qui an. 1734 ea de re literas (***) diuulgauit. Ergo ars a rudibus profecta initiis tanta cepit incrementa, vt hodie, quo progrediatur, vix habeat.

§. 110.

Bibliotheca typographica ſelecta.

Lubet denique praecipuorum de ortu artis typographicae librorum, cum obiter iam commemoratorum, tum aliorum indicem adiicere, quo regi poſſint, qui ſingula accuratius velint cognoſcere.

Recenſus ampliſſimos exhibuere Io. Alb. Fabricius & P. Schaffshauſen in *Bibliographia antiquaria* Cap. XXI. §. XII. p. 966 ſqq. *Biblioth. H. L.* Struuio - Iugler. To. III. cap. XI. p. 2076-2274. I. L. Bünemann in *Notitia Scriptorum artem typographicam illuſtrantium. Hanov.* 1740. 4. I. C. Wolf in *Bibliotheca typographica*, praemiſſa *Monumentis typographicis*; praeterque alios *Catalogus Bibliothecae Bünauianae To. I. P. I. p. 661-681.*

Ad typographiae vniuerſam hiſtoriam, ſecundum primas eius origines ac propagationem vel omnino vel e ſingularum partium opinionibus traditam, pertinent haec ſcripta:

Io.

(**) Eius inuentum commemorat *Paulus Pater l. c.* p. 15. 56. (In Wolfii *Monum. typ.* pag. 725. 774.) & Meermann *Origg. typ.* To. I. p. 12 ſqq. not. *ad.*

(***) Inſertae ſunt *Parergis Gotting. lib. IV.* pag. 141 ſq.

Jo. Chr. Wolfii *Monumenta typographica. P. I. II. Hamb. 1740. 8. 2 Voll.*

Bern. a Mallinkrot *Diſſ. de ortu & progreſſu artis typographicae. Colon. Agr. 1640. 4.* In *Wolfii M. T. P. I. p. 547 ſqq.*

Mich. Maittaire *Annales typographici ab artis inuentae origine* cet. *Hagae C. 1719.* deinde *Amſtel. 1726 - 1741. 5 Tomi. 4.* De Mich. Denis *Supplementis vid. infra.*

Caſim. Oudini *Diſſ. de primis artis typogr. inuentoribus.* In Eius *Commentar. de SS. Eccl. Lipſ. 1733. To. III. p. 2741 ſqq.* & in Wolfii *M. T. Part. II. p. 872 ſqq.*

(Fr. Pellegrino Antonio Orlandi) *Origine e progreſſi della ſtampa o ſia dell' arte impreſſoria, e Notizie dell' Opere ſtampate dall' anno 1457 fino all' anno 1500. Bologna, 1722. 4.*

(Proſp. Marchand) *Hiſtoire de l'origine & des premiers progrès de l'Imprimerie. à la Haye, 1740. 4.* Liber ἀνωνυμως editus & ſumma ſtatim laude affectus eſt in *Bibliotheque Germanique. To. XLIX. p. 1 ſqq.* Ad hoc opus *Supplementum de libris ſaeculo decimo quinto excuſis* exhibetur in *Bibliotheque raiſonnée To. XXV. p. 271 ſqq.* Acceſſit deinde: *Supplement à l'hiſtoire de l'Imprimerie de* Proſp. Marchand, où *Additions cet. Par. 1775. 4.*

Chr. Gottl. Schwarzii *Primaria quaedam documenta de origine typographiae. Pars I. II. III. Altorfii, 1740. 4.*

Io. Henr. Leichius *de origine & incrementis typographiae Lipſienſis. Lipſ. 1740. 4.* Cui libro adiunxit *Diatriben de libris ligno inciſis*, itemque *ad Maittairii Annales typographicos Supplementum librorum ſaeculo XV excuſorum.*

GVTTENBERGII hiſtoriam praecipue illuſtrant eiusque merita defendunt hi: 1) Io. Dan. Koeler in libro teutonico: *Hochuerdiente und aus bewährten Vrkunden wohlbeglaubte Ehrenrettung Io. Guttenbergs cet. Leipz. 1741. 4.* 2) Ge. Chr. Hamberger's *Zweyte vorläufige Abhandl. zu deſſelben Zuverläſſigen Nachrichten*, p. 96-148. 3) (Car. Heinr. von Heinecke) *Nachrichten von Künſtlern und Kunſtſachen, Th. II. (Leipz. 1769. 8.)* p. 85-314. Eiusd. *Idée générale d'une Collection complette d'Eſtampes. ib. 1771. 8.* Tandem velut ſupplementa ad vtrumque opus continet tertius eius liber: *Neue Nachrichten von Künſtlern und Kunſtſachen. (Dresden und Leipz.* 1786. 8.) p. 217-275. 4) Denis *Bücherkunde Th. I.* p. 88-165. 5) D. G. Hegewiſch *Allgemeine Veberſicht der deutſchen Culturgeſchichte bis zu Maximilian I. (Hamb. 1788. 8.)* Cap. IX totum, p. 150-172, quod lectu digniſſimum eſt. 6) I. G. I. Breitkopf *über die Geſchichte der Erfindung der Buchdruckerkunſt. Leipz.* 1779. 4. 7) Aemilian Reif *de originibus typographicis Progr. Acad. I. II. Ingolſt.* 1785. 4. 8) Ge. Wilh. Zapf *Aelteſte Buchdruckergeſchichte. Vlm*, 1790. 8.

ARGENTORATI facta prima artis experimenta acutiſſime indagauit *Io. Dan. Schoepflinus* his ſcriptis: 1) *Progr. quo typographiae an. 1440 inuentae feſtum ſaeculare indictum. Argent.* 1740. 4. Inſertum eſt eius *Commentatt. hiſt. & crit. (Baſ.* 1741. 4.) p. 557-560. 2) *Diſſ. ſur l'origine de l'Imprimerie*, in *Mémoires de l'Acad. des Inſcr. & belles L. To. XVII. p. 762 ſqq.* Omnia autem complectuntur. 3) *Vindiciae typographicae. Argent. 1760. 4.* Schoepflini aſſerta impugnare conatus eſt *Fournier iun.* his ſcriptis: a) *Diſſ. ſur l'origine & le progrès de*

l'art

l'art de grader en bois, pour eclaircir quelques traits de l'hiſtoire de l'Imprimerie & prouver que Guttenberg n'en eſt pas l'inventeur. Par Mr. Fournier le Ieune. *à Paris 1758. 8.* b) *Obſervations ſur un Ouvrage intitulé:* Vindiciae typographicae. *Par. M.* Fournier. ib. 1760. 8. Sed hunc Schoepflini aduerſarium confutauit *Baer*, qui tum Pariſiis in legatione Regis Suecorum a ſacris fuit: *Lettre ſur l'origine de l'Imprimerie. à Strasb. 1761. 8.* Quam epiſtolam mox ſecutae ſunt: *Remarques ſur un Ouvrage intitulé:* Lettre ſur l'origine cet. *Par Mr.* Fournier le jeune. *à Par. 1761. 8.* Plura ſuppeditat *Lawatz* in *Handbuch für Bücherfreunde, Th. I. B 2.* p. 423-426.

HARLEMO & *COSTERO* inuentionis laudem vindicant: 1) Petr. Scriuer *Laurecrans voor Laurens Koſter van Harlem, eerſte Vinder van de Boeckdruckerey*, quod ſcriptum ſubiunctum eſt eius libro: *Beſchryvinge ende Lof der Stad Haerlem. Harl. 1628. 4.* i. *Laurea Laur. Coſteri*, latine redd. a *Ge. Quapnero* in Wolfii *Monum. typogr. P. I.* p. 209-491. 2) Marc. Zuerii Boxhornii *Tr. de typographicae artis inuentione cet. L. B. 1640. 4.* 3) Io. Chr. Seizii *Annus tertius ſaecularis inuentae artis typographicae*, ſ. *Succincta Tractatio hiſtorica de arte typographica*, Belgice, *Harlemi*, 1740. Lat. *ib.* 1742. 8.; qui liber in *Actis eruditor.* recenſetur *an. 1743. p. 93.* 4) Sam. Engel *Bernae an. 1741* ſcripſit *Remarques ſur l'origine de l'art de l'Imprimerie;* & *an. 1742* epiſtolam ſubiunxit cum de typographiae initiis, tum de antiquiſſimis aliquot librorum editionibus. Quas duas diſſertatiunculas, (vix enim quatuor implent plagulas, inſertas etiam *Diario literario Heluetiae*, Gallice

ſcri-

ſcripto) iis legendas commendo, qui breui tempore cognoſcere auent litem hanc exactiſſime definitam. Inuentionem videlicet huius artis primam aſſerit Sinenſibus, ſecundam Germanis; quibus tum cognitam fuiſſe negat Sinenſium artem. Inter Germanos Laurentio Coſtero primum vindicat huius inuentionis gradum docetque, hoc fundamento nixum Io. Guttenbergium expeditiorem reddidiſſe hanc artem & perfectiorem, nec multo poſt colophonem huic arti impoſuiſſe Petrum Schoifferum. 5) *Origines typographicae*, Ger. Meermann *auctore*. To. I. II. *Hagae C. 1765. 4.* Hic inprimis cauſſam peſſimam nec incallide & docte defendit. Plura ſcripta recenſuit *Lawaez* in *Handb. für Bücherfreunde, Th. I. B. 2. p. 426 - 428.*

Hiſtoriam typographiae *topographicam* qui tradiderint, eos indicauit *Catal. Biblioth. Bünau.* *To. I. p. 668 - 671.* & *Biblioth. H. L. Struu. Iugler.* To. III. p. 2148 - 2237. Acceſſere deinceps *Zapfius* de typographia Auguſtana, *Denis* de Viennenſi, *Dobrowsky* (*) de Bohemica, *Panzer* de Norimbergenſi, *Würdtwein* de Moguntina. Heluetiae hiſtoriam typographicam promiſit *Heidegger.*

Indices librorum ſaeculo XV excuſorum, quos *Incunabulorum typographicorum* nomine literatores inſignire ſolent, diligenter recenſuere *Franckius* in *Catal. Biblioth. Bünau.* To. I. p. 671. & *Hamberger* in der *zweyten vorläuf. Abh. der zuverläſſ. Nachr.* p. 145 ſqq. His addere iuuat:

1)

(*) In *Abhandl. einer Privatgeſellſchaft in Böhmen,* (*Prag, 1752. 8.*) *B. V.*

Critical Review. Lond. 1756 - 1790. 8. 69 Voll. contin.

(*Belg.*) *Bibliotheque Belgique. à Leide*, 1731-1733. 8.

Nederlandſche Letter-Courant. 10 Deelen. *Leiden*, 1760 - 1764. 8. 10 Voll.

Vaderlandſche Letter-Oefningen en Mengelwerken. Amſt. 1761 - 1767. 7 Deelen. 14 Voll. — *Nieuwe Vaderlandſche Letter-Oefningen. ib.* 1768 - 1771. 5 Deelen. 10 Voll. — *Hedendagſche Vaderlandſche Letter-Oefningen* cet. *ib.* 1772 - 1778. 7 Deelen, 14 Voll. — *Algemeene Vaderlandſche Letter-Oefningen. ib.* 1770 - 1784. 6 Deelen, 12 Voll. — *Nieuwe algemeene Vaderlandſche Letter-Oefningen. ib.* 1785 - 1789. 4 Deelen. 8.

Nieuwe Nederl. Bibliothek. Rotterd. und Amſterd. 1780 - 1789. 8. 9 Deelen.

De Recenſent, of Bydragen tot de Letterkundige Geſchiedenis van onzer Tyd. Amſt. 1787 *ſqq.* 8.

Algemeene Konſt - en Letter - Bode. Harlem, 1788 *ſqq.* 8.

(*Dan. Suec. Ruſſ. Germ. ſeptentr.*) *Noua literaria maris Balthici & Septentrionis. Lubecae*, 1698 - 1708. 4. 11 Voll. Conf. *Bibl. H. L. Struu. Iugl.* II. p. 881.

(*Dan.*) Danicae ephemerides literariae recentiſſimae ſunt: 1) *Nyeſte Efterretninger om laerde Sager.* Kopenh. 8. Nouellae literariae ab an. 1749 perpetuo continuatae, ſed mutato ſubinde titulo. 2) *Kritik og Antikritik. Kopenh.* 1788 *ſqq.* 3) *Kritik og Analyſe.* ib. 1790. 4) *Danmarks literariske Progreſſer. Odenſe*, 1788 - 1789. Vid. *Ien. A. L. Z. Intell.* 1791. *Num.* 8. *p.* 50 *ſqq.*

(*Suec.*) 1) *Den Swänska Mercurius af* Carl Chriſtoffer Gjörwell. *Stockh.* ab an. 1755 ſqq. 8. 2) *Nya Lärda Tidningar. Stockh.* 1774, 1775. 8. 3) *Stockholms Lärda Tidningar. ib.* 1776 ſqq. 8. 4) *Svea-Rikes Annaler uti förbindelſe med Utländska Hiſtorien ſam den In- och Utländska Biographien etc., utgifne af Upſo-*

ſtrings-Sällskapet in Stockholm etc. vel ſub alio titulo: *Upfoſtrings-Sallskapets Almänna Tidningar ab an.* 1787 ſqq. curante *Gjörwell.* Sed mox deſiit.

(*Ruſſ.*) Hartw. Lud. Chr. Bacmeiſter *Ruſſiſche Bibliothek, zur Kenntniß des gegenwärtigen Zuſtandes der Literatur in Rußland. St. Petersburg,* 1772-1789. 8. 11 Voll.

II. Singularum diſciplinarum:

(*Theol.*) 1) *Das Alte und Neue aus dem Schatz Theolog. Wiſſenſchaften. Wittenb.* 1701. 8. 2) *Vnſchuldige* (*d*) *Nachrichten von alten und neuen Theolog. Sachen. Leipz.* 1702-1719. 8. 3) *Fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen Theolog. Sachen,* ib. 1720-1750. 8. Acceſſere: a) Die *Theologiſchen Annales* des I-V Decennii, oder *Begriff der Vnſchuldigen Nachrichten und Fortgeſezten Sammlung. ib.* 1715-1754. 5 *Voll.* b) *Die früh aufgeleſenen Früchte der Theol. Sammlung, ib.* 1735-1742. 8. c) Io. Chr. Ammon & Beni. Bieleri *Epitomae,* cum quibus hae ephemerides efficiunt 77 Volumina. Praecipuam curam geſſere *Val. Ern. Loeſcher, Mich. Henr. Reinhard* & *Io. Erh. Kappius.* 4) *Neue Beiträge von A. und N. Theologiſchen Sachen. Leipz. ab an.* 1751. Interea ſimul apparuere: 5) *Auserleſene Theol. Bibliothek* (Io. Chſtph. Coleri). *Leipz.* 1724-1736. 8. 7 Voll. ſ. 84 Partes. 6) Fr. Wilh. Kraft *Nachrichten von den neueſten Theol. Büchern. Iena,* 1742. 8. Continuauit *Godofr. Büchner* vsque ad an. 1746. P. LX. 7) Fr. Wilh. Kraft *Neue Theolog. Bibliothek. Leipz.* 1746-1758. 8. 13 Voll. ſ. 130 Partes. 8) Io. Aug. Erneſti *Neue Theolog. Bibliothek. Leipz. ab an.* 1760. 8. 10 Voll. Deinde *Neueſte cet. ib. ab an.* 1771. 4 Voll. 9) *Theolog. Berichte von neuen Büchern etc. Danzig und Leipz.* 1764-1772. 8. 11 Voll. Mox: *Danziger Be-*

(*d*) De vtilitate huius operis *Loeſcherus* diſſerit in Praef. ad *Vollſtändige Regiſter über die erſten zehn Iahre.* Idem apologiam huius diarii exhibuit in *Theologiſchen Annalibus des erſten Decennii des 18ten Saeculi, p.* 596-900.

Berichte von neuen Theol. Büchern etc. Leipz. 1771-1782. 8. 12 Voll. 10) *Noua Bibliotheca eccleſiaſtica Friburgenſis. Frib. ap. Brisg. ab an.* 1775 - 1790. 7 Voll. 11) Ge. Fr. Seiler *Gemeinnützige Betrachtungen der neueſten Schriften, welche Religion* cet. *betreffen. Erlangen*, 1776 ſqq. 8. His adiunxit: *Theologiſch-kritiſche Betrachtungen neuer Schriften.* ib. ab an. 1779 ſqq. 8. 12) I. N. Eyring *Lit. Annalen der Gottesgelehrſamkeit. Nürnb.* 1782. 8. 13) Io. Chr. Döderlein *Auserleſene Theologiſche Bibliothek. Leipz.* 1780-1790. 8. 4 Voll. 14) *Annalen der neueſten Theolog. Literatur und Kirchengeſchichte.* (Von Haſſencamp.) *Rinteln, ab an.* 1789. 8. 15) *Repertorium der Theologiſchen Literatur. Leipz.* 1788 ſqq. 8.

Io. Dav. Michaelis *Orient. und Exeg. Bibliothek. Frcf.* 1771-1785. 23 Voll. ad quae an. 1789 Vol. 24. acceſſit, quo *indices* continentur. — *Neue Orient. und Exeg. Biblioth. Götting. ab an.* 1786 ſqq. 8.

Fr. Hirt *Or. und Exeg. Bibliothek. Iena*, 1772-1776. 8. 8 Voll. — *Wittenbergiſche Or. und Exeg. Biblioth. ib.* 1776-1778. 3 Voll. 8.

I. G. Eichhorn *Allgemeine Bibliothek der Bibliſchen Literatur. Leipz.* 1787 ſqq. 8.

(*Iurispr.*) *Acta ICtorum oder Neueſte Nachrichten* &c. *Wittenb.* 1734 ſqq. 8 Partes 8. (Fr. Ben. Carpzov & al.) *Iuriſt. Bücherſaal. Leipz.* 1737-1739. 8. Contin. ſub titulo: *Allerneueſte Nachrichten von Iuriſtiſchen Büchern. ib* 1739-1755. 8. 10 Voll. (Gl. Aug. Ienichen, *mox* Io. Andr. Hoffmann & Car. Fr. Walch.) *Vnpartheiiſche Critik über Iuriſt. Schriften. Leipz.* 1750-1759. 8. 6 Voll. (Io. Aug. Bach.) *Iuriſtiſche Bibliothek. Stuttg.* 1758-1762. 8. 6 Partes. (Car. Fr. Gerſtlacher.) *Iuriſtiſche Bibliothek. Götting.* 1764-1781. 8. 5 Voll. (I. H. Chr. v. Selchow.) Andr. Heinr. Schott a) *Vnpartheiiſche Critik über die neueſten Iuriſt. Schriften. Leipz.* 1768-1783. 8. 100 Partes ſ. 6 Voll. b) *Bibliothek der neueſten Iuriſtiſchen Literatur. ib.* 1783 ſqq. *Neueſte Iuriſt. Literatur. Erlang.* 1776-1779. 8. (C[illegible] Gmelin.) Andr. Ioſeph Schnaubert *Neueſte Iuriſtiſ[illegible] Bibliothek. Gießen*, 1780-1786. 8. 30 Partes. Ein

Neu

Neueſte fortgeſetzte Iuriſtiſche Bibliothek. Iena, ab an. 1790. 8. *Allgemeine Iuriſt. Bibliothek, von zwey Altorf. Profeſſoren* (Malblanc und Siebenkees). *Nürnb.* 1781-1786. 8. 6 Voll. F. I. Hartleben *Vollſt. Anzeigen und Beurtheil. der neueſten Iuriſtiſchen Literatur. Mainz, ab an.* 1784 ſq. deinde *Allgemeine Bibliothek der neueſten Iuriſt. Lit.* cet. G. P. Haſelberg *Iuriſtiſche Bibliothek. Götting.* 1789 ſqq. 8. (Lemgoer) *Iuriſtiſche Anzeigen.* 1788 ſqq. 8.

(*Medic.*) Des Hrn. von Haller *Tagebuch der Medicin. Litteratur,* 1745-1774. *Bern,* 1789. 8. Rud. Aug. Vogel *Mediciniſche Bibliothek. Erfurt,* 1752. 8. 2 Voll. — *Neue* cet. *Götting.* 1754 *ſqq.* 8. 8 Voll. *Commentarii de rebus in ſcientia naturali & medicina geſtis. Lipſ.* 1752-1790. 8. 33 Voll. cont. (Chr. G. Ludwig, deinde D. Franz, poſt D. Kühn). *Recueil periodique d'Obſervations — par* Vandermonde. *Par.* 1754. *To.* 1-7. deinde: *Iournal de Médécine cet. ib.* 1758. *To.* 8-16. *continué par* M. A. Roux cet. *ib.* 1762-1789. 8. 80 Voll. Aug. G. Richter *Chirurg. Biblioth. Götting.* 1771-1788. 8. 9 Voll. cont. Io. Andr. Murray *Med. prakt. Bibliothek. ib.* 1774-1781. 8. 3 Voll. E. G. Baldinger *Mediciniſches Iournal. Goett. ab an.* 1784 *ſqq.* *vsque ad an.* 1788 ſunt 16 Partes ſ. 8 Voll. cont. I. Fr. Blumenbach *Medicin. Biblioth. Götting.* 1783-1790. 8. 3 Voll.

C. G. Gruner *Kritiſche Nachrichten von kleinen Medicin. Schriften. Leipz.* 1783 *ſq.* 8. 2 Voll. *Literariſche Nachrichten für Aerzte cet. Halle,* 1786-1789. 8. 4 Voll. Deinde contin. ſub titulo: *Repertorium für die Medic. Literatur. ib.* 1790 *ſqq.* (*Von Prof.* Curt Sprengel). Io. Arnemann *Bibliothek für Chirurgie und praktiſche Medicin. Götting. ab an.* 1790. 8. *Bibliothek der neueſten Medicin. Chirurg. Literatur für die K. K. Feldchirurgen. Von* D. I. Hunczovsky *und* D. I. A. Schmidt. *Wien ab an.* 1789. 8. Io. Dan. Metzger *Mediciniſch gerichtliche Bibliothek. Königsb.* 1784-1786. 8. Deinde: *Bibliothek für Phyſiker. ib. ab an.* 1787. Poſt: *Annalen der Staatsarzneykunde. Züllichau, ab an.* 1790. 8.

(*Philoſ.*) *Philoſoph. Bücherſaal* von Io. Ge. Hager. *Leipz.* 1741-1744. 8. 8 Partes. Chr. Ern. v. Windheim *Philoſophiſche Bibliothek. Hannover*, 1749-1757. 8. 9 Voll. Eiusd. *Bemühungen der Weltweiſen* oder *Nachrichten und Auszüge aus ihren Schriften, vom Iahr* 1700 *bis* 1750. *Nürnb.* 1751. 8. 6 Voll. *Ienaiſche Philoſ. Bibliothek, von* I. G. Darjes. *Iena*, 1759-1760. 8. 2 Voll. Fr. Iuſt. Riedel *Philoſ. Bibliothek. Halle*, 1768. 8. M. I. T. Sattler *Philoſ. Bibliothek. Leipz.* 1771. 8. Rud. Heinr. Zobel *Bibliothek der Philoſophie. Frankf. an der O.* 1774-1775. 8. 2 Voll. *Neue Philoſoph. Bibliothek.* (*Von* Faber *und* Hennings.) *Leipz.* 1774-1776. 8. 2 Voll. *Neueſte Philoſ. Literatur* — *von* Io. Chr. Loſſius. *Halle*, 1778-1782. 8. 7 Partes. Car. Adph. Caeſar *Denkwürdigkeiten aus der Philoſ. Welt. Leipz.* 1785-1788. 8. 6 Voll. Eiusd. *Philoſophiſche Annalen. Leipz. ab an.* 1787. 8. *Philoſophiſche Bibliothek von* Feder *und* Meiners. *Götting. ab an.* 1788. 8.

(*Phyſ.*) I. C. Polyc. Erxleben *Phyſical. Bibliothek. Götting.* 1774-1778. 8. 4 Voll. Sig. Fr. Hermbſtädt *Bibliothek der neueſten phyſiſch-chemiſchen, technolog. und pharmaceut. Literatur. Berl. ab an.* 1788. 8. Fr. A. C. Gren *Iournal der Phyſik. Halle und Leipz. ab an.* 1790. 8. I. S. Schroeter *Neue Literatur und Beiträge zur Kenntniſs der Naturgeſchichte. Leipz.* 1784-1787. 8. 4 Voll. *Bergmänniſches Iournal. Freiberg, ab an.* 1788. 8.

(*Oecon.*) Io. Beckmann *Phyſical. Oeconomiſche Bibliothek. Götting.* 1770-1790. 8. 15 Voll.

(*Paedag.*) Io. G. Biedermann *Acta ſcholaſtica. Eiſenach*, 1741 *ſqq.* 8. 8 Voll. Secuta ſunt *Noua Acta ſcholaſtica. Lipſ.* 1748. 8. 2 Voll. *Altes und Neues von Schulſachen. Halle*, 1752-1755. 8 Voll. *Magazin für Schulen und die Erziehung. Nördlingen*, 1767-1773. 8. 6 Voll. (Schoepperlin, Geſner al.). *Allgemeine Bibliothek für das Schul- und Erziehungsweſen. ibid.* 1774-1786. 8. 11 Voll. *Archiv für die ausübende Erziehungskunſt. Gießen*, 1777-1784. 8. 12 Voll. & *Bibliothek für Paedagogen und Erzieher. ibid.* 1783 *ſq.* 8. (Io. Fr. Roos).

(*Artt. & diſc. elegant.*) *Bibliothek der ſchönen Wiſſenſchaften und Künſte. Leipz.* 1760-1763. 8. 10 Voll. — *Neue Bibliothek cet. ib.* 1765-1789. 8. 39 Voll. 8. contin. (C. Fel. Weiſse). C. A. v. Murr *Iournal zur Kunſtgeſchichte cet. Nürnb.* 1775-1789. 8. 17 Voll. contin.

(*Hiſtor.*) Io. Chph. Gatterer *Hiſtoriſche Bibliothek. Halle*, 1766-1770. 8. 16 Voll. Eiusd. *Hiſtoriſches Iournal. Götting.* 1772-1781. 8. 16 Voll. Io. Ge. Meuſel *Betrachtungen über die neueſten hiſtoriſchen Schriften. Altenb.* 1769-1774. 8. 5 Voll. *Fortgeſetzte Betrachtungen cet. Halle*, 1775-1778. 8. 4 Voll. Eiusd. *Neueſte Literatur der Geſchichtkunde. Erf.* 1778-1780. 8. 6 Voll. Eiusd. *Hiſtoriſche Literatur für das Iahr* 1781-1785. *Erlang.* 8. Eiusd. *Literariſche Annalen der Geſchichtkunde. Bayreuth und Leipz. ab an.* 1786 *ſqq.* 8. — A. F. Büſching *Wöchentliche Nachrichten cet. Berlin*, 1773-1787. 8. 15 Voll.

Annalen der Geogr. und Statiſtiſchen Wiſſenſchaften von A. W. Zimmermann. *Braunſchw. ab an.* 1790. 8.

(*Philol.*) 1) *Philologiſche Bibliothek. Götting.* 1770-1778. 8. 4 Voll. 2) *Neue Philolog. Bibliothek.* 1777-1778. 8. 4 Voll. — 3) *Bibliotheca philologica, Lipſ.* 1779-1781. 8. 3 Voll. — 4) *Noua Bibliotheca philologica. Goett.* 1782-1783. 8. 2 Voll. — 5) *Bibliothek der alten Literatur und Kunſt cet. Goett.* 1786-1790. 8. Von Hrn. Prof. *Tychſen* und Prof. *Heeren.* P. 1-7.

Bibliotheca critica. Amſtelod. ab an. 1777. 8.

§. 119.
Librorum minorum.

(VI. §. VII.) Nec vero ſolum inuenti ſunt, qui iuſti voluminis libros recenſerent, verum etiam placuit nonnullis, minuta ſcripta, recens edita, vt *diſputationes* & *programmata*, in catalogos referre & ſub examen vocare. Obſeruauerat iam *Hottingerus* (q), catalogos librorum ſole-

(q) *Biblioth. quadripart. P. I. cap.* 1. §. 3. *p.* 5. & *cap.* 6. *p.* 95.

ſolere hunc naeuum habere, vt diſputationes, in Academiis propoſitas, omittant, cum tamen illis, (ita inquit) *multum ſit deferendum.* Laudabiliter itaque fecerunt, qui eo conſilio ederent *Famam Academicam*, *die gelehrte Famam*, *Bibliothecam Academicam* (*r*), *Noua literaria maris Balthici* (*s*), *Noua literaria* (*t*) *Germaniae*, *Noua literaria* (*v*) *Heluetica*, *Acta literaria* (*x*) *Sueciae*, *Acta erudita Franconiae* horumque continuationem, *Arbeiten der Gelehrten im Reich*, das iſt, *in Franken*, *Schwaben cet.* (*y*). Idem fieri vidimus in Nouis literariis Academiarum, e. g. in Annalibus (*z*) *Academiae Iuliae*, I. G. Eckii (*a*) *Academiae Lipſienſis*, Chph. Weidlichii (*b*) *Academiae Halenſis*. Io. Mart. Burgmanni *Noua literaria*, diſputationes aliasque commentatiunculas exhibitura, quorum primum ſpecimen Lipſiae 1727 prodiit,

(*r*) De his tribus diariis, quae notitiam librorum minorum *ab an.* 1707 *ad* 1718 praebent, vid. *Biblioth. H. L. Iugler. II. p.* 864 *ſqq.*

(*s*) *Lubecae & Hamb.* 1698-1708. 4. 11 *Voll.*

(*t*) *Hamb.* 1703-1709. 4. 7 *Voll.*

(*v*) *Iac. Scheuchzeri. Tiguri*, 1702-1715. 8.

(*x*) *Er. Benzelii. Vpſ.* 1720-1740. 4.

(*y*) *Fränkiſche Acta erudita & curioſa. Nürnb.* 1726. 8. Secuta ſunt *Acta Franconica*, ib. vsque ad an. 1732. 8. *Arbeiten der Gelehrten im Reiche*, ib. 1733-1736. 8.

(*z*) Helmſt. 1722-1727. 8. Duo horum auctores indicati in Heumanni *Bibliotheca Academica*, p. 86.

(*a*) *Leipz. ab an.* 1780. 8.

(*b*) *Chph. Weidlich's Vollſtänd. Verzeichniß aller auf der Vniverſ. zu Halle ſeit ihrer Stiftung — herausgekommenen Iuriſtiſchen Diſputationen etc. Halle,* 1789. 8.

ſit, ſucceſſu caruerunt. Poſtea tamen eadem in vrbe nouiſſimas diſputationes vna cum programmatibus ſtudioſe recenſere coeperunt docti aliquot viri, tum in *Actis c) Academicis*, tum in *Gründlichen (d) Auszügen aus Diſputationibus*: qui labor vtinam diuturnus fuiſſet perpetuaque Actorum eruditorum vtriusque linguae appendix manſiſſet! Interiecto tempore ſucceſſere *Commentarii e) de libris minoribus*. Recentioris aetatis ſunt G. C. Harles *Critiſche Nachrichten von kleinen Schriften. Nürnb. ab an. 1782 ſqq. 8.*, eiusque *Fortgeſezte Nachrichten etc. Halle*, ab an. 1785 ſqq. 8.; denique, curante H. E. G. *Paulo*, *Bibliothek von Anzeigen kleiner meiſt Academiſcher Schriften. Jena*, ab an. 1790. 8.

§. 120.

Antiquorum librorum.

(VI. §. VIII.) Neque defuerunt, qui veterum librorum emitterent recenſiones. E ſuperioribus huc refer recenſus librorum ſyſtematicos, §. 113 & 114. indicatos; porro huc pertinent *Clericus* & *Loeſcherus* (*f*); praeter quos habemus *Colomeſii* (*g*) *Bibliothecam ſelectam*, *Ge.*

(*c*) *Lipſ.* 1733-1738. 4. 6 *Voll.*

(*d*) *Gründliche Auszüge cet.* Leipz. 1733-1745. 8. Simul: *Gründliche Auszüge aus den neueſten Iuriſt. Medicin. hiſt. phyſical. etc. Diſpp. ib.* 1736-1743. 4. Adde: *Vollſt. Nachrichten von dem Inhalte der kleinen Academ. Schriften. ib.* 1746-1760. 8.

(*e*) *Bremae*, 1766-1770. 8.

(*f*) Vid. §. 117 & 118.

(*g*) *La Bibliotheque choiſie par* Colomiés. *à Rochelle*, 1682. 12. vid. *Bibl. H. L. Iugl. II. p.* 1417.

Beyeri Notitiam auctorum iuridicorum; Struuio moderante congeſtam *Bibliothecam antiquam; die Summariſchen Nachrichten aus der Thomaſiſchen Bibliothek;* Seelenii *Selecta literaria;* Zornii *Bibliothecam antiquariam & exegeticam* (*h*); quibus adde Krauſii (*i*) *Bücherhiſtorie*, &, ſi placet, Heumanni *Acta philoſophorum.* His acceſſit *Oederi Theologiſche Bibliothek*, quarto tamen edito faſciculo finita.

§. 121.

De cautione adhibenda in componendis & vſurpandis diariis literariis.

(VI. §. IX.) Caeterum illi nouorum librorum cenſores (*) non ſunt ſine nota dimittendi, qui incrementa literarum & maiorem in dies ſingularum diſciplinarum emendationem perfectionemque non mediocriter impediunt, dum, quaſcunque opiniones ſuas pro oraculis habentes,

(*h*) De *Beyeri* notitia reliquisque libris vid. *Bibl. H. L. Iugl. II. p.* 1434. 847. 857. 915.

(*i*) *Leipz.* 1715. 8. vid. *Bibl. H. L. Iugl. II. p.* 858.

(*) Argute *Morhofius* in Praef. ad ſuum *Polyhiſtorem*: *Plures ſunt librorum iudices, quam lectores, & e lectoribus in lictores, vbique virgas & ſecures expedituras, multi degenerant.* Exſtat *Caroli Porei*, Ieſuitae, Oratio *de Criticis*, qui recenſent cenſuraque proſequuntur nouos libros, Lutetiae an. 1730 edita, & laudata in *Iourn. des Scav.* T. 94. p. 363 ſqq. Ibidem T. 82. p. 33. haec verba legi merentur: *Ces petits Gazettiers -- perſonelles.* Diarium tale theologicum a *Baelio* in T. II. Critique de l'Hiſt. du Caluin. de Maimbourg Epiſt. XXX. §. 1. non inepte appellatur *un veritable païs d'Inquiſition pour la librairie.*

tes, non ſolum eos inſectantur acerrime, qui e theologia vnum alterumque errorem tollere ſtudent, verum etiam iis, qui Verulamiano animo augmenta ſcientiarum philoſophicarum, hiſtoricarum & philologicarum ſibi commendata habent, permoleſti ſunt, idque ſibi negotii datum putant, vt acutiſſimorum ingeniorum conatus, laude digniſſimos, immiſſis omnibus verborum furiis, ſufflaminent. Notae ſunt hoc in genere *Memoriae* Ieſuitarum *Treuoltienſes*, quae multis viris bonis, immiti pariter ac iniuſta cenſura ſua, querelas (*k*) expreſſerunt & indignationes grauiſſimas. Notum item, in Diario theologico Loeſcheriano, (*Vnſchuldigen Nachrichten*), opere alioquin ad illuſtrandam augendamque hiſtoriam theologiae literariam perutili, obſeruatas fuiſſe a pluribus viris (*l*) eruditiſſimis,

 e. g.

(*k*) Acriter hos cenſores inſectatur *Lazzarinus* in *Oratione Germoniana* p. 34 ſqq. *Maranta* in *Expoſtulatione contra Germonium* p. 20. & *Pfaffius* in *Veritate religionis Proteſtantium* (libro Gallico) p. 219 ſqq. *Fontaninus* in Praef. ad *Diſcum votiuum* an. 1727 commentario ſuo illuſtratum, §. 5. p. 26. ſcribit, auctores Diarii Treuoltienſis *ſemper ſua & ſuorum laude, nunquam aliena, paſci.*

(*l*) Vid. *Pfaffii* Introd. in Hiſt. lit. Theol. T. I. p. 43. & Iurispr. eccl. p. 501. *Struuii* Introd. ad rem lit. cap. VI. §. 37. (*Iugler* II. pag. 903 ſqq.) *Langii* Inſtit. liter. ſtudii theol. p. 102 ſq. qui etiam *Vnrichtige Nachrichten der Vnſchuldigen Nachrichten* edidit. Exſtant etiam *G. Arnoldi* querelae de hoc Diario, haud ſemper iniuſtae, in eius *Hiſtor. Theol. Betrachtungen* p. 1 - 145. In meum *Lutherum Apocalypticum* adiunctasque ei Diſſertationes, quae eodem hoc in Diario an. 1718 emiſſae fuerunt, criminationes, non toti illi recenſentium collegio

e. g. *Buddeo*, *Muhlio*, cenſuras multas iniuſtas indoctasque. Ac hos potiſſimum cenſores *Alb. Feldenius* in *Inſtitutionibus* ſuis *Theologiae moralis* p. 181. hiſce verbis pie alloquebatur: *Feramus placide illos, qui bono animo alienas a noſtris ſententias defendunt, & dictatorium ſupercilium vna cum prurita cenſendi praeiudicatis opinionibus, λογομαχιαις & cauillationibus, abiiciamus fugiamusque omni ſtudio.* Compoſitores illius Diarii iure vocaueris Antipodes doctrinarum nouarum, & veritatis omnino nouo ſtudio inueſtigatae.

(VI. §. X.) Ac generatim monendi ſunt hiſtoriae literariae ſtudioſi, librorum iudices non ſimpliciter & ſine diſcrimine eſſe ſequendos. Multi enim non ipſi libros inſpexerunt riteque examinarunt, ſed aliorum, quos & propria auctoritas & admiratorum multitudo commendat, ſuffragiis ſubſcribentes, caecum ferunt de libris iudicium. Vnde fit, vt ſaepe libro alicui valde mediocri (*m*) ingens ſtatuatur pretium, cui ſcilicet

legio imputo, ſed vni illi, qui, priuato inflammatus odio, abuſus fuerat hoc Martio campo: qua de re modeſte nuper dixi in *Sylloges* Diſſertationum mearum T. I. p. 648. Accepit hoc Diarium, (nam nec hoc tacendum,) aliquo abhinc tempore cenſores mitioris ingenii. Tamen *Baumgartenius* in Praef. ad P. V. der Theologiſchen Bedenken p. 44-58. notauit peccata aliquot huius Diarii grauiora an. 1743 commiſſa; & in Hamb. Freien Urtheilen 1748 m. Dec. eius auctores vocantur *Bücher-Verläumder.*

(*m*) Singulare exemplum huius rei eſt, quod *Aprigii*, ſaeculi ſexti epiſcopi, commentarium in *Apocalypſin* prorſus eximie laudat *Trithemius*, ſequens iudicium *Honorii*, qui & ipſe auctoritatem *Iſidori* ſecutus eſt;

licet, quacunque de cauſa, contigit laudator, auctoritate pollens; contra perſaepe ſcriptum aliquod vilipendatur ab omnibus, poſteaquam ſcilicet contemtim de ipſo ſenſit vir quiſpiam magnus & clarus. Si v. g. *Morhoſius* librum aliquem laudauit & magni aeſtimauit, vel contra condemnauit & in cenſum quisquiliarum reiecit, caeteri ſcriptores eius iudicium inconſiderato ſecuti ſunt impetu, nec raro ſe fefellerunt lectoresque ſuos. Cauto igitur opus eſt, nec temere quisque librorum iudex audiendus, ſed eorum grauiſſimum videri nobis debet iudicium, qui & magna eruditionis gloria florent, & in ipſa illa diſciplina, ad quam liber pertinet, ſunt exercitatiſſimi. Ne exemplum forte deſideretur, quae vulgo feruntur a iurisprudentiae natura-

Bb 5

eſt; (vid. triumuirorum horum *Catalogi ſcriptorum eccleſiaſticorum.*) quem tamen commentarium *vix caſſa nuce dignum eſſe*, iudicat, qui eum MStum poſſidet, *Moshemius*, Inſtit. hiſt. eccleſ. p. 356. Quanquam & credi poteſt, a *Moshemio* teneri *Aprigium* falſum, ſi legas, quae ex *Loaiſa* ad *Iſidori de ſcript. eccleſ. cap.* 17. adſcripſit *Miraeus*. En exemplum aliud! *Morhoſius* Polyhiſt. T. II. lib. 2. P. 2. cap. 48. §. 7. p. 483. cenſet, *Carteſii libro de* Paſſionibus animae *nihil eſſe elegantius & conſummatius*. Contra *Chriſt. Thomaſius* Programm. p. 335. indicat, iſtum librum inter omnes a *Carteſio* ſcriptos eſſe peſſimum & erroribus refertiſſimum. Nonne, alterum magnorum horum virorum caecum tuliſſe iudicium, neceſſe eſt? Contradictoria item *Conringii* ac *Thomaſii* iudicia de *Claramontii* libro *de coniectandis animi affectionibus*, vide, ſi libet, in *Poeciles* meae T. III. p. 604 ſq. Et quantum diſtant de *Vincentii Lirinenſis Commonitorio* ſententiae theologorum Pontificiorum & Criticorum Proteſtantium!

turalis expertibus iudicia de *Grotii* (*n*) *Iure belli & pacis*, *Ziglerique* & *Boecleri* annotationibus, ea a peritis illius diſciplinae ſuauiter ridentur.

Species librorum inſigniores.

§. 122.

1) Boni libri optimique in quouis genere.

(VI. §. XI.) Caeterum praecipuae curae ſit, dignoſcere libros *bonos*. Iam facile quidem eſt, librorum maioris dignitatis claſſes indicare, quo referri debent primo doctrinarum rerumque geſtarum *fontes*, horumque tum editiones probatae, tum interpretes docti; deinde *diſciplinarum inſtitutiones* accuratiſſimae & elegantiſſimae; tum peculiares *ſingulorum argumentorum expoſitiones*; denique illuſtrandarum doctrinarum adiuuandaeque interpretationis *ſubſidia praecipua*. Sed in quouis genere quaeri poteſt, quibus criteriis boni cenſeantur & a malis diſcernantur. Itaque de his paucis certe agendum. Sunt autem haec bonorum librorum criteria alia *interna*, alia *externa*. De internis logici praecipiunt. Nonnulla eorum recenſuit *Buddeus* in *Iſagoge Theol.* p. 92 ſq. Nos in externis ſubſiſtamus & in his ipſis *tutiora* a *minus tutis*, fallacibus & ambiguis diſtinguamus. Nam nec a raritate (*o*) libri,

(*n*) Quod ſcilicet hoc opus ſit aptiſſimum ad ſcientiam Iuris naturalis acroamatice tradendam auditoribus Academicis.

(*o*) *Clericus* Bibl. anc. & mod. T. VII. p. 3. & in praef. *Artis criticae* edit. an. 1712 non inepte iudicat, raros

bri, nec ab exſcriptionis typographicae (p) crebra repetitione, nec ab operis (q) magnitudine, ſimilibusque aliis cauſis, certum argumentum pete

raros libros raro eſſe praeſtantes, & ob id ipſum raros fieri ſolere, quod ſint minus erudite ſcripti. In *Bibl. Angl.* T. XIV. p. 194 ſq. lepide ii exagitantur, qui libros tantum raros conquirant, & ſtudioſiſſime ſibi comparent.

(p) Vid. *Bayle* Diction. v. *Gueuara* not. F; *Gundlingiana*, T. I. p. 77 ſq. *Fabricius* Hiſt. bibliothecae ſuae T. I. p. 229. *Hübnerus* ſuae *Geographiae* (quem librum qui dixerit non niſi ab altiſſimae mentis maximaeque eruditionis viro componi potuiſſe, eum ipſe *Hübnerus* haud dubie irriſiſſet,) editioni an. 1722 factae, in ipſo Praefationis exordio, haec verba praeſcripſit: *Dieſes iſt nunmehr die neun und zwanzigſte Auflage von meinen Geographiſchen Fragen.* Et praefatio editionis an. 1728 hoc habet exordium: *Bey dieſer drey und dreißigſten Auflage.* Libros aliquot non optimae notae, qui tamen perſaepe recuſi ac varias in linguas conuerſi ſunt, recenſet *Wittenius* in praef. *Diarii biographici* lit. D. fol. 1. p. 2. & fol. 2. p. 1. *Plures vendi Donatos, quam Virgilios*, recte obſeruauit *Cardanus* lib. de vita propria cap. 50. p. 205. Pertinet huc illud *Plinii* lib. II. epiſt. 14: *Scito, eum peſſime dicere, qui laudabitur maxime.*

(q) Exigui libri fere meliores ſunt, quippe cum plus curae iis impendatur. Verum tamen & illud Plinianum eſt lib. I. epiſt. 20. *Bonus liber melior eſt quisque, quo maior.* De *Herillo* philoſopho *Diogenes Laërtius* lib. VII. 165, ita: *Sunt libri eius breues quidem, ſed* δυναμεως μεστοι. Eodem modo *Cicero* de quodam *Crantoris* philoſophi libro in Quaeſtionibus Academicis: *Eſt non magnus, verum aureolus & ad verbum ediſcendus libellus.* Vetus illud huc pertinet: Ουκ εν τῳ μεγαλῳ το εὖ, αλλα εν τῳ εὖ το μεγα. Etiam *Naudaeus* paruos libros praefert magnis libris de inſtruenda bibliotheca p. 101 ſq. Italorum prouerbium: *Longus raro ſapiens*, de hominibus ſaepe falſum, de libris ſaepe verum eſt.

bium. Habemus vero & alias praefationes, ſalis pariter ac mellis pleniſſimas. *Wagenſeilianam* ad *Tela ignea Satanae* excellentiſſimis Praefationibus annumerat (*x*) *Io. Fabricius*: alias nominat in *Supplemento* (*y*) *Introductionis* ſuae *Struuius.* Addo *Conringii* Praefationem ad *Taciti Germaniam*, *Neandri* Praefationes ad *Erotemata linguae Graecae & Hebraicae*, *Frickii* Praefationem ad verſionem ſacri codicis Graecam, *Lampii* Prolegomena ſui Commentarii in *Ioannem*, *Millii* Prolegomena ad *N. T.*

§. 123.

(2) *Codices manuſcripti.*

(VI. §. XIII.) Codicum MSS. notitia primum peti ex Catalogis eorum debet; quorum haud pauci typis excuſi (*z*) proſtant. Duos iam nominare ſufficiat, catalogum MSS. bibliothecae Vindobonenſis, quem ſub titulo *Bibliothecae acro-*

(*x*) Hiſtor. Bibliothecae ſuae T. V. p. 349.

(*y*) Pag. 38. Ed. *Iugleri* To. I. cap. 5. p. 627 ſqq.

(*z*) *Sanderi Bibliotheca Belgica MSta*, hoc eſt, elenchus vniuerſalis codicum MSS. in Belgii bibliothecis latentium, prodiit Inſulis 1641 in 4. Omnium MSS. codicum Angliae & Hiberniae catalogum edidit *Eduardus Bernhardus*, Oxonii 1698 fol. *Phil. Labbeus* in *Noua bibliotheca MSS. librorum*, Pariſ. 1653 in 4. edita, libros recenſet nondum editos, in bibliothecis, maxime Pariſinis, latentes, quos aliquot voluminibus editurus erat. Catalogi codicum MSS. bibliothecae Regiae Pariſienſis primus quidem Tomus an. 1739 prodiit, quem tres alii ſecuti ſunt. His exemplis alia addere ſuperſedemus, quia infra in bibliothecarum hiſtoria catalogorum recenſus opportunior erit. Confer *Catalogum Biblioth. Bünau.* To. I. Vol. I. p. 840 ſqq.

acroamaticae edidit *Reimmannus*; & catalogum bibliothecae Mediceae, cum *Lambecii Prodromo*, cura *Fabricii*, recuſum. Deinde eadem notitia comparari & augeri poteſt tum e praefationibus eorum, qui veteres ſcriptores cum codicibus ſcriptis collatos edidere ac de his ipſis copioſe diſſeruere, tum omnino ex operibus eorum, qui inedita e manuſcriptis codicibus publicauere. Speciatim Codicum manuſcriptorum Hebraicorum notitiam praebuerunt *Wolfius*, *Kennicot*, *De Roſſi* ac poſt hos *P. I. Bruns* in *Erläuterung der Vnterſchriften in den Hebraeiſchen Manuſkripten* (vid. Henr. Eberh. Gottl. Pauli *Neues Repertorium für Bibl. und Morgenl. Literat. P. II. pag. 1-39*). De Graecis V. & N. T. codicibus manuſcriptis adi I. D. Michaelis *Einleit. in die Schriften des N. B. P. I. §. 58 ſqq.* qui & ipſe eos accurate recenſuit & aliorum ſcriptorum opera commemorauit, quibus eorum notitia continetur. Caeterum haec notitia (*a*) plus curioſitatis, quam boni, habet, exceptis iis, quibus codices illos vetuſtos inſpicere ex iisque ſapere licet. Fuerunt tamen, qui & abſentibus prodeſſe ſtuduerunt edendo tales catalogos vna cum excerptis & annotationibus doctiſſimis. Imperatoriorum codicum MSS. recenſionem eiusmodi gemmis diſtinxit *Lambecius*, Orientalium in Biblioth. Va-

(*a*) Recenſionem omnium bibliothecarum, ſiue veterum, ſiue recentiorum, in quibus MSS. Graeci codices habentur, exhibet *Montefalconius* in Prolegomenis ad *Palaeographiam* ſuam p. 15-29. Idem an. 1739 duobus Tomis edidit *Bibliothecam bibliothecarum MSStorum, vbi, quae innumeris paene MSStorum bibliothecis continentur, deſcribuntur & indicantur.*

Vaticana *Aſſemani*, in Biblioth. Eſcurialenſi *Caſiri*, Vffenbachianorum *Maius*. Eximia religione (*b*) inter libros manu exaratos coli *Pandectas Florentinas*, cuius codicis hiſtoriam luculentiſſimam an. 1722 edidit *Henr. Brenkmannus*, hic quoque memorari decet. *Omnium totius orbis vetuſtiſſimum MS. codicem* (*c*) poſſidere ſibi videntur Angli, *codicem Graecum Geneſeos*, qui eſt in bibliotheca Cottoniana. Nec ſilentio nobis praetereundus *Codex* (*d*) *argenteus*, (hoc eſt, literis argenteis ſcriptus,) Academiae Vpſalienſis cimelium, exhibens *Vlphilae* verſionem quatuor Euangeliorum Gothicam: quam edidit *Thomas Mareſchallus* Dordraci 1665 iterumque Amſtelodami 1684; *Georgius Stiernhelmius*, Stockholmiae 1671; poſtea *Er. Benzelius* & *Ed. Lye*, Oxoniae, 1750. 4.

Omnino autem de manuſcriptis haec teneamus: I. Duplicis ſunt generis, *libri* & *diplomata*. Vtrique generi cognoſcendo inſeruiunt ſcriptores ſupra §. 86 & 94. commemorati; quamuis diplomata peculiarem diſciplinam requirant.

II.

(*b*) *Nos, dum Florentia iter Romam faceremus in numero legationis Regiae, funalibus accenſis codicem hunc MS. non ſine ambitu honoris loco vidimus:* inquit *Budaeus* in Annot. ad Pandectas P. I. p. 31. Addit, haberi hunc codicem pro *archetypo*, tumque temporis vocari conſueuiſſe *Literam Piſanam*.

(*c*) Vid. *Magni Cruſii* Diſſertatio epiſtolica ad Epiſcopum *Wormium*; an. 1728 edita. p. 5.

(*d*) De MS. hoc vid. *Saubertus* in Prolegomenis Varias lectiones Matthaei p. 43 ſq. qui *ſtupendum & comparabile monumentum* vocat, & *Seelenius* in Memoria Stadeniana p. 55 ſqq. Vberiorem eius hiſtoriam hibet *Olauus Celſius* in hiſtoria bibliothecae Vpſalien 1745 edita Vpſaliae.

II. E ſaeculis a Chriſto nato prioribus, certae fidei ſcriptus codex extat nullus fere, ſuntque antiquiſſimi, ſaeculi quarti & ſequentium, ſeu Gothicae aut Langobardicae aut Carolingicae aetatis. Quanquam fuerunt, qui Cod. Gr. Biblior. Vatican. & Alexandr. ſaeculo ſecundo ſcriptum putarent. III. Curam praecipuam codices *reſcripti* merentur, de quibus ſupra ad §. 94. nonnulla admonuimus. IV. Ad notitiam doctam vſumque manuſcriptorum, ſeu librorum ſeu diplomatum, criticum, opus eſt: 1) *recte legere.* Quod vt poſſis, primo literarum figuras noſcas, quauis aetate vſurpatas, deinde ſiglas, notas, compendia ſcribendi. Subſidia literaria ſupra §. 95. indicata. 2) *recte intelligere.* Quo ſi tendas, cum linguae tum hiſtoriae, geographiae, chronologiae multarumque aliarum rerum, ad antiquitatem librique argumentum pertinentium, oportet gnarum eſſe. 3) *aetatis veſtigia explorare & genuina a ſpuriis diſtinguere.* Ad quod pertinet in *codicibus*, primo ſcire, quae ſcriptura cuiusque aetatis fuerit & in promtu habere codicum ſpecimina, praeſertim eorum, de quorum aetate ſatis conſtat. Tum alia aetatis indicia in calce, marginibus, chartae ſpecie cet. quaerenda; de quibus omnibus optime commentatus eſt *Io. Chph. Gatterer* in Commentat. *de methodo aetatis Codicum MSS. definienda*, quae ineſt in *Commentatt. Soc. Gotting. ſc. an. 1785 & 1786. Vol. VIII.* In *diplomatibus* plura alia obſeruanda. Primo diplomatum characteres noſcitandi, cum communes tum cuiusuis aetatis proprii, alii externi, vt ſcripturae forma, ſigilla, monogrammata, alii interni, vt orationis

genus, nomina, tituli, ſubſcriptio &c. Deinde rerum ipſarum iis contentarum peritia ne deſit. Plura ad manuſcriptorum hiſtoriam rationemque pertinentia, in epitomen redacta, vide apud *Erneſtium* in *Archaeol. literar. P. II. cap. 1 & 3.*

§. 124.

3) *Codices protographi & autographi.*

(VI. §. XIV.) Caeterum codicum priſco aeuo ſcriptorum πρωτόγραφον ad noſtram aetatem peruenit nullum. Certe monumentum optimum illud omnium & auguſtiſſimum MS-tum, tabulas dico illas, quibus Decalogum inſcripſerat ipſe DEVS, periit. Quod enim narrat (e) *Coeleſtinus*, Abbas Ratisbonenſis, Iudaeos, vrbe Ratisbona an. 1519 eiectos, ſecum aſportaſſe aliquod harum θεογράπτων tabularum fragmentum, iam olim ab ipſis aſſeruatum, Iudaeus credat Apella, non ego. Quamdiu *Moſis* autographum ſuperfuerit, doceat *Zeltnerus* in ſua Bibliorum Germanicorum editione ad *2 Reg. XXII. 8.* & *Hottingerus Theſauri philol. lib. II. cap. 3. ſect. 2. p. 553.* & *Pridauius Hiſt. V. T. P. I. lib. 7. p. 629.* verſionis Germanicae. Fabula vero Iudaica eſt, non certa ratio, quae nonnullis perſuaſit, Dominicanorum in coenobio Bononiae ſuper-

(e) In Mauſoleo S. Emmerani 1680, edito Ratisbonae p. 286. Idem narrat, qui an. 1519 vixit, *Chriſtophorus Oſtrofrancus* in *Hiſtoria de Iudaeis Ratisbona expulſis*, quae inſerta eſt Struuianis *Actis literariis* T. II. p. 80. Mirari hic ſubit, nullo Pontificiae Eccleſiae loco oſtentari lapidem illum manu *Chriſti* inſcriptum, de quo *Ioan. VIII. 6.*

ſupereſſe autographum (*f*) *Esdrae*. Idem ferri oportet iudicium de CHRISTI epiſtola ad Abgarum ſcripta, cuius αὐτόγραφον, ſaeculo vndecimo Edeſſae repertum, veniſſe dicebatur in manus Imp. Romani (*g*) Argyropoli. Nec vnquam nobis, ac fortaſſe ne ſibi quidem, perſuadebunt Venetorum filii, penes ſe eſſe *Marci* (*h*) *Euangelium*; ipſius manu exaratum. Nec Toloſae credimus αὐτόγραφον haberi *Euangelium* (*i*) *Ioannis*; quanquam fidem habemus *Tertulliano*, ſua

 aeta-

(*f*) Vid. *Hottingeri* Theſaurus philol. p. 115 ſqq. & lib. II. cap. 1. p. 513; *Fabricii* Codex pſeudepigr. V. T. cap. 230; *Serpilii* Perſonalia Eſrae cap. 12; *Wolfius* Biblioth. Hebr. lib. II. ſect. 1. §. 5. & 6; *Carpzouius* Crit. S. Vet. Teſt. P. I. cap. 8. §. 2. *Basnagius* Hiſt. Iud. lib. IX. cap. 19. §. 10. & 11; *Pfeiferus* Criticae ſacrae cap. 2. quaeſt. 2. p. 30 ſq. *Keyslerus* Itinerarii T. II. p. 509 & 526.

(*g*) Vid. *Ittigii* Heptas Diſſertationum p. 104. §. XI.

(*h*) Vid. *Baronius* ad A. C. XLV. n. 41; *Burnetus* Itin. P. II. p. 29. edit. Germ. *Montefalconius* Diarii Italici cap. 4. p. 55. ac praecipue, qui manibus & oculis ſuis illum codicem vſurpauit, *Miſſonius* in Itinere ſuo Italico Epiſt. XVI. p. 275 ſqq. Vid. & *Acta erud.* 1732. p. 103. itemque Itinerarium *Keysleri* T. II. pag. 810. Adde *Ioſephi Dobrowsky* Fragmentum Pragenſe Euangelii S. Marci vulgo autographi. Pragae, 1778. 4. coll. I. N. Eyring *Liter. Annalen der Gottesgelehrſamkeit.* I. p. 10 ſq.

(*i*) Vid. *Hottingerus* Hiſt. eccl. T. VII. p. 101. Etiam Florentiae oſtenditur credulis MS. autographum *Euangelii Ioannis*: id quod docuit in Itinerario modo laudato *Keyslerus* T. I. p. 486. At errorem hunc de autographo *Ioannis Euangelio* Florentino perſpicue refellit Florentinus Profeſſor, *Io. Lamius*, in libri de eruditione Apoſtolorum cap. 17. p. 394 ſq.

aetate ſuperfuiſſe (*k*) ſcribenti *ipſus authenticas* Apoſtolorum aliquot epiſtolas. *Quidni enim* (ita ratiocinamur cum (*l*) *Grotio*,) *ipſa manus Apoſtolorum tum exſtiterit, cum Quintilianus dicat, ſuo tempore exſtitiſſe manum Ciceronis, Gellius Virgilii ſuo tempore?* Ac vim inferre videntur verbis *Tertulliani*, qui alium ea in ſenſum interpretantur cum *Rich.* (*m*) *Simonio.* Denique in bibliotheca Thorunienſi duas ſupereſſe epiſtolas *Ciceronis* in tabellis ceratis, ipſius manu exaratas, teſtis eſt *Stübelius* in praefatione ſua ad *Buchneri epiſtolas.* Verum nec fide dignus eſt hic teſtis, & fabellam hanc refellit in *Notitia bibliothecae Thorunienſis* (*n*) *Iaenichius.* Noſtro tempore etiam diſputatum fuit de *Auguſtanae Confeſſionis* originali, quod vocant, exemplari: de quo potiſſimum inſpici meretur *Pfaffii* Appendix ad ſuum *Ius eccleſiaſticum* p. 559 ſqq. & eius *Academiſche Reden vom Kirchen-Rechte* p. 281 ſqq. (*o*).

§. 125.

(*k*) Lib. de praeſcript. cap. 36.

(*l*) Lib. III. de verit. relig. Chriſt. §. 2.

(*m*) In Reſponſo ad Theologos Batauos; vel potius ad *Io. Clericum* cap. 14. Conf. *Pfaffius* lib. de var. lect. N. T. cap. 2. §. 4. p. 37. (qui & §. 7. de autographo *Euangelii Ioannis*, initio ſaeculi quarti ſuperſtite, verba facit,) &, qui *Simonium* refellit perſpicue, *Io. Frickius* lib. de canone ſacro cap. 4. §. 4.

(*n*) p. 38 ſqq.

(*o*) Super eadem cauſa diſceptatio redintegrata & porro agitata eſt his ſcriptis: I) Ge. Gottl. Weber's *Augsburgiſche Confeſſion, nach der Vrſchrift im Reichsarchive. Weimar*, 1781. 8. Eiusd. *Kritiſche Geſchichte der Augsburgiſchen Confeſſion, aus archivaliſchen Nachrichten. Frankf. am M.* 1783. 1784. 8. 2 *Voll.* II) Ge. Wolfg. Panzer's *Prüfung der von Hrn. Stiftsprediger Weber*

§. 125.

δ) *Inſcriptiones.*

(VI. §. XV.) Plurima tamen lapidea & aerea habemus veterum πρωτογραφα, ſummo vtique in pretio habenda, &, quae Criticorum cura diligentiſſime ſiue deſcriberentur ſiue depingerentur, digniſſima. *Nummos* dico (*p*) & *Inſcriptiones.* Harum ingens corpus debemus *Grutero*, quod *Reineſius* (*q*) haud immerito vocauit *opus, cui ſimile nec viſum ante, nec poſt videndum.* Primum ſunt editae Heidelb. 1603. f.; vltimum cura *Io. Ge. Graeuii*, additis multis aliis, cum praefatione *Petri Burmanni.* Amſtel. 1707. f. II. Tom. 4 Voll. Hunc vero ſecuti ſunt, qui colligendis & edendis aut nouis aut accuratius deſcriptis, velut ſupplementa Gruteriano operi adiungerent. Quo pertinent Th. Reineſii *Syntagma inſcriptionum antiquarum. Lipſ. 1682. f.* Ant. Franc. Gorii (*r*) *Inſcriptiones antiquae Graecae & Romanae, quae extant in Etruriae vrbibus. Flor.*

Weber herausgegebenen Augsburgiſchen Confeſſion nach der Vrſchrift. Nürnb. 1781. 8. Eiusd. *Vnveränderte Augsb. Confeſſ. nach der in dem Archiv der Reichsſtadt Nürnberg befindlichen authentiſchen Abſchrift, mit einem literariſchen Vorbericht. ib.* 1782. 8. III) Io. Melch. Göze *Beweiß, daß der von Weber gelieferte Abdruck der A. C. unmöglich eine Copie von dem Original ſeyn könne. Hamb.* 1781. 8. & al.

(*p*) Scriptores *de nummis* nominat *Fabricius* in Bibliographia antiquaria cap. XVI. §. 8 ſqq. idemque in Latina ſua Bibliotheca lib. IV. cap. 5. §. 7. veterum exhibet *Inſcriptionum* interpretes.

(*q*) Praef. ad ſuum *Syntagma Inſcriptionum* p. 3.

(*r*) Operis rationem deſcripſit *Heumannus* in *Actis erudítor. an.* 1728. p. 1 & 2.

1727. 1734. 1744. *fol.* 3 *Partes.* I. B. Donii *ab eodem* Gorio *editae & illuſtratae*, Marq. Gudii *a* Franc. Heſſelio *editae. Leouard.* 1731. *f.* Lud. Ant. Muratorii *Nouus Theſaurus. Mediol.* 1739-1742. *fol.* 4 *Voll.*, ad quem deinde per Seb. Donatum *Supplementa* acceſſere, *Lucae.* 1764. *f. edita.* Graecas inprimis collectas exhibent: *Marmora Arundelliana* vel potius *Oxonienſia* i. eadem Seldenianis multisque aliis aucta *nouiſſime a* Rich. Chandlero *edita. Oxon.* 1763. *f.* Edm. Chishull *Antiquitates Aſiaticae. Lond.* 1728. *f.* Pocockii *tum Itinerarium tum Inſcriptionum Liber ſeparatus. Lond.* 1752. *fol. Inſcriptiones Atticae ex ſchedis* Maffei *ab* Ed. Corſino *editae. Flor.* 1752. 4. Rich. Chandleri *Inſcriptiones antiquae, in Aſia minori & Graecia collectae. Lond.* 1774. *f.* Pleniorem recenſum exhibet *Catal. Bibl. Bünau. To. II. p.* 545 *ſqq.* & I. G. Meuſelii *Biblioth. hiſt. Vol. III. P.* 2. *p.* 328 *ſqq.* De iis, qui Orientalium populorum, Aegyptiorum, Phoenicum, Hebraeorum, Arabum cet. inſcriptiones exhibuerunt, adi *Catal. Biblioth. Bünau. To. I. Vol.* 1 *p.* 657. *To. II. p.* 544. Opera, nouiſſime edita, ſunt *Marmora Oxonienſia*, *Palmyrena monumenta*, *a* Suintono & Barthelemy *illuſtrata*, Caylii *Collectio Antiquitatum Aegypt.* Pocockii & Niebuhrii *Itineraria. Graecarum* inſcriptionum *antiquiſſimae*, hoc eſt, ordine inter eas, quae ad noſtram aetatem durarunt, primae, ſunt: 1) *Amyclis* a Fourmontio an. 1728 in Graecia repertae, inque his vna antiquitate praeſtans, *βȣϛροφηδὸν* ſcripta, quae prae caeteris *Amyclaea* appellatur. Vid *Mém. de l'Acad. des Inſcr. To. XV. p.* 402. *N. Tr. de Dipl. To. I. p.* 616. Heyne *Sammil. antiquar. Aufſätze*, *P. I. p.* 85 *ſqq.* & *Diurn.*

liter.

liter. Gotting. 1778. p. 86. 2) *Sigea*, a *Sherardo*, legato Britannico, in Sigeo reperta, etiam βȣςϱοφηδὸν exarata. Singulari eam libro, Londini 1721 edito, illuſtrauit *Edm. Chishullius*, qui & anno 1728, praeſcripto *Antiquitatum Aſiaticarum* titulo, cum Sigeam illam, tum caeteras omnium antiquiſſimas Inſcriptiones Graecas edidit vna cum ſuis interpretationibus. Conf. Chandleri *Inſcr. antiq.* & *N. Tr. de Dipl. To. I. p. 629.* 3) *Duae Inſcriptiones Athenienſes*, veteri Ionico charactere conſcriptae, a *Gallando* an. 1674 repertae. Vid. Montf. *Palaeogr. Gr.* p. 133 ſqq. 4) *Herculanenſes plures.* Vid. Mazochii *Comm. in aeneas tabb. Heracleenſes. Neap. 1754. f.* Winkelmann *Sendſchreiben von den Hercul. Alterth.* p. 67. *Latinarum* Inſcriptionum *antiquiſſimae* ſunt hae: 1) eae, quae ſunt in *vaſe aeneo* ap. Winkelm. *Hiſt. art. p. 292.* 2) in *lamellis Tiburtinis* ap. *Fabrettum p. 461.* 3) Fragmentum, quod Romae ſupereſt, *columnae roſtratae Duillianae* ab an. V. C. 494, id, quod praeter Gruterum *Corp. Inſcr. CCCCIV.* 1. Andr. Schottus in *Itinerario* (*s*) *Italiae* & Folieta in *ſecundo de L. L.* (*t*) *libro* exhibuit, Petr. Ciacconius vero *ſingulari libro*, *Romae* 1608. 8. explanauit, inſerto etiam Graeuii *Theſ. Antiqq. Rom. To. IV.* p. 1810. Ineſt etiam in *Flora* e *Graeuii* atque *Duckeri* editione. 4) Vno anno poſterior eſt *Inſcriptio Scipionis*, filii Barbati, quam vna cum Duilliana repraeſentauit illuſtrauitque Rintelienſis Academiae quondam decus *Io. Nic. Func-*

(*s*) p. 394. edit. Amſtel. 1655.

(*t*) p. 155 ſq. Conf. Lipſius *Antiq. lect. lib. II.* cap. 14. & Gaſſendus in *Vita Peireſcii lib. III. p.* 166. & *lib. V. p.* 311.

cius in quinto libri de *pueritia Latinae linguae* capite. Inſerta eſt etiam Graeuii *Theſ. Antiqq. Rom. To. IV.* p. 1835. & edito ab eo *Floro*. 5) *Senatusconſultum de Bacchanalibus* ex an. 566. (Liu. 39, 8-18.) in aenea tabula, an. 1640 reperta. Vid. *Senatusconſulti de Bacchanalibus Explicatio*, *auctore* Matth. Aegyptio (Egizio). *Neap.* 1729. f. & *Liuius Drackenb.* To. VIII. 6) *Monumentum Ancyranum*, in quo Auguſti res geſtae conſignatae, a *Busbeckio* an. 1553 repertum. Vid. Gruteri *Theſ. Inſcr.* CCXX. Chishulli *Antiqq. Aſiat.* p. 156. & *Suetonius* e Burm. editione. — Vt bene legere & intelligere poſſis inſcriptiones, in primis opus eſt, verborum compendia noſcere. Graecorum notis interpretandis inſeruiunt libri, ſupra iam commemorati, Montfaucon *Palaeographia Gr. lib. V.* Scip. Maffei *Graecorum ſiglae lapidariae. Veron.* 1746. 8. Ed. Corſini *Notae Graecorum. Florent.* 1749. *f.* In *Latinis* ſubſidio ſunt: Sertorii Vrſati *de notis Romanorum Commentar. Patauii* 1672. *f.* & in Graeuii *Theſ. Antiqq. Rom. To. XI. p.* 508. Io. Nicolai *Diſſ.* de *ſiglis veterum. L. B.* 1706. 4. Huc etiam pertinet: *Iſtituzione antiquario-lapidaria, o ſia Introduzione allo ſtudio delle antiche latine Iſcrizioni. In Roma*, 1770. 8. Erneſti *Archaeol. lit. P. II. cap.* 2.

§. 126.

5) *Nummi.*

(VI. §. XVI.) Ad nummarios theſauros (*nummophylacia* vulgo vocant) quod attinet, Gothano vix eſſe ſimilem alterum in Germania, locuples nobis teſtis eſt *Cyprianus* (v), ac dubitare

(v) *Lib. de Papatus origine cap. XVI. p.* 396.

tare nos vetat *Chr. Sigiſm.* Liebius, edita *Gotha nummaria*; quo in libro ſplendidiſſimae formae non ſolum theſaurum illum Fridericianum accurate deſcripſit, verum etiam delectos inde nummos plurimos, luce indigere viſos, erudite interpretatus eſt. Eius generis alii theſauri iique opulentiſſimi ſunt Vindobonae, Berolini, Dresdae, Stuttgardiae, Onoldi, Lipſiae; extra Germaniam in Francogallia Pariſiis theſaurus regius & S. Genouefae, in Italia Vaticanus, Tauxinenſis & Muſeum Braccianum, in Britannia Londini regius theſaurus nummarius in Muſeo, in Dania Hafniae regius &c. Quis ſuperſtitum hodie nummorum omnium ſit antiquiſſimus, vel apud quem adeo populum pecunia primum fuerit ſignata, de eo non conſentiunt harum deliciarum antiſtites. *Iac. Basnagium*, qui in *Hiſtoria Iudaeorum* (x) ſcripſerat, non reperiri nummos ante Darii & Alexandri M. aetatem factos, refutauit in *Colloquiis* (y) *literariis Gallicis* an. 1711 editis, *Crozius*. Similiter *Harduinum*, qui *Amyntae* cuiusdam iunioris nummum, in regia Gallorum gaza ſuperſtitem, pro omnium, quotquot ſuperſunt, nummorum antiquiſſimo haberi cupiebat, in errore verſatum eſſe, clare docuit *Spanhemius* (z), non ſolum vetuſtioris regis Macedonum, *Amyntae*, qui Cyri regnauit temporibus, nummum proferens e regis Boruſſiae ſupellectile, ſed etiam hoc antiquiorem, *Atyis*, Lydorum Regis, in Comitis Pembrockiae theſau-

(x) *To. III. p.* 255.
(y) *p.* 183.
(z) *Diſſ.* I. *de numiſmatibus* §. 5.

ſauro ſibi viſum. Atque hunc quidem vetuſtate (a) praecedere nummos reliquos ad vnum omnes exiſtimat. Quem enim Phidonis (*) nummum *Begerus* repraeſentet in *Theſauro* (**) *Brandenburgico*, eum vetuſtiorem eſſe negat. Quamquam nec tacendum eſt, huic Phidonis nummo ſuam antiquitatis praerogatiuam aſſertum iuiſſe ſingulari diſſertatione, quae Tomo primo *Miſcellaneorum Berolinenſium* inſerta eſt, *I. C. Schottum.* Idem *Spanhemius* (§. 6.) ſpectandos nobis proponit Romanorum nummos vetuſtate ſuperiores caeteris Romanis omnibus.

Caeterum quae ad comparandam numismatum cognitionem requirantur, ſtrictim tradiderunt I. A. Erneſti in *Archaeologia literaria P. II. cap. 3.* & I. I. Eſchenburg im *Handbuche der claſſiſchen Literatur p. 41 ſqq. & p. 71 ſqq.* Inſtitutiones rei nummariae maiores & pleniores ſunt: Ez. Spanhemii *Diſſertt. de praeſtantia & vſu numismatum antiquorum. Lond. & Amſt. 1717. f. 2 Voll.* Lud. Sauoti *Diſſertationes de nummis antiquis. Ex gallica in latinam linguam tranſtulit* Lud. Neocorus, in *Graeuii Theſ. Rom. To. XI. p. 1832. La Science des Medailles antiques & modernes par* Louis Iobert, *avec des rem. hiſt. & crit. (par* Ioſeph Bimard.) *Par.* 1739. 12. 2 Voll. I. C. Raſche *Kenntniſs antiker Münzen, nach den Grundſäzen des* P.

(a) Erraſſe hic Spanhemium, docuit *Deylingius* Obſ. ſacr. To. III cap. 25. §. 8.

(*) De Phidone hoc, Argiuorum rege vndecimo ab Hercule, erudite diſſerit *Duportus* in Annot. ad Characteres *Theophraſti* cap. XI. p. 391 ſq.

(**) To. I. p. 279. Conf. *Biblioth. raiſ. To. XXX. p.* 22.

P. Iobert *und der Hrn.* de la Baſtie. *Nürnb.* 1778-1779. 3 PP. 8. Eiusd. *Lexicon abruptionum, quae in numismatibus Romanis occurrunt.* Eiusd. *Lexicon vniuerſae rei nummariae. Lipſ. ab an.* 1785-1790. 7 *Voll.* 8. Eraſm. Froelich *Notitia elementaris numismatum* cet. *Viennae*, 1758. 4.

Nummos ipſos, aere exſcriptos, qui vel ſingulos vel collectos ampliſſimis operibus exhibuerint, eorum recenſum requiras in Fabricii *Bibliogr. antiq.* p. 766 ſqq. Meuſelii *Bibliotheca hiſtorica*, *Vol. III.* P. 2. p. 346 ſqq. *Catal. Bibl Bünau. To. IV. p.* 517-638. & in *Erneſti Eſchenburgiique* libellis l. c. Vno opere antiqua omnia exhibuit *Io. Iac. Gesner*, *Tiguri* 1735-1751. *f.* De nummis orientalium populorum, Hebraeorum, Samaritanorum, Phoenicum, Arabum &c. qui commentati ſint, eos recenſuit *Catal. Bibl. Bünau.* Meuſelius in *Biblioth. Hiſt. Vol. I. P.* 2. *p.* 302 *ſq. Vol. II. P.* 1. *p.* 14 *ſqq. p.* 236 *ſqq.* Eichhorn in *Repertorio Or. & Bibl.* Vol. XVII. p. 209 ſqq. praeſertim autem *Raſchius* in *Lexico vniuerſae rei nummar.* ſub vocibus: *Ebraei*, *Samaritani*, *Phoenic. Arab.* cet. De re numismatica recentiorum populorum in vniuerſum, & ſpeciatim Germanorum bene meruerunt & clari ſunt *Ge. Septim. Andr. de Praun* (*b*) & *Io. Dau. Koeler* (*c*).

§. 127.

(*b*) *Gründliche Nachricht von dem Münzweſen insgemein, insbeſondere aber von dem deutſchen Münzweſen. Gött.* 1739. *Helmſt.* 1741. *Leipz.* 1784. 8.

(*c*) Multorum voluminum opere: *Münzbeluſtigungen. Nürnb.* 1729-1750. 4. 22 *Voll. cum Ind.* 1764. — Vnum hoc obſeruo, maximos noſtros nummos argenteos nomen *thalerorum* accepiſſe a matre ſua, vrbecula *Ioachimsthal.*

§. 127.

6) *Praeſtantiores editiones: a) Emendatiores.*

(VI. §. XVII.) Quaenam ſint praeſtantiores librorum editiones, noſſe etiam intereſt literati hominis. *Emendatum* enim *librum eſſe vice commentarii*, ex vero ſcripſit (*d*) *Giphanius*. Comparanda igitur notitia eſt eorum (*e*) typographorum, qui, vt ſine ſphalmatibus excuderentur libri, nulli labori pepercerunt, nulli ſumtui. Nam, iudice (*f*) *Morhoſio*, *celebrium typographorum eadem eſſe notitia debet, quae virorum doctorum.* Sciri itaque oportet, emendatiſſime exſcriptos eſſe libros, qui prodierunt ex (*g*) officinis *Stephaniana*, *Plantiniana*, *Commeliniana*, *Oporiniana*, *Fro-*

(*d*) In epiſtola ad *Muretum*, quae inter Muretianas exſtat, p. 626.

(*e*) *Frid. Rothſcholzius* emittere parabat Hiſtoriam bibliopolarum, ordine alphabetico deſcriptam, *ein Buchhändler-Lexicon.*

(*f*) Polyhiſt. liter. I. cap. 7. §. 37.

(*g*) Catalogum clariorum typographorum, bibliopolarum & correctorum, ſubiectum vide Struuianae a Juglero auctae *Introductioni ad notitiam rei literariae*, *Cap. V.* §. 15. *& Cap. XI.* Talem catalogum *Fabricius* quoque exhibet in biblioth. Lat. lib. IV. cap. vlt. Indicem typographorum inde ab an. 1459. vsque ad an. 1501. confecit *Gudenus* in Tomo I. *Diplomatum*, (in 8.) & quidem in Indicis perſonarum claſſe poſtrema. Diligentiſſimi in eadem typographorum notitia ſunt *Maittaire* in *Annal. typ.* & *Baillet* in *Iugemens des Sçav.* Part. I. To. 2. Etiam *Labbeus* in Indice ſeptimo ſuae *Bibliothecae Bibliothecarum* exhibet eos bibliopolas, qui catalogos officinales, quos vocat, publicarunt. — Caeterum in primis vtiles ſunt *recenſus* editionum *Fabriciani* in *Biblioth. Graec. & Lat.* & *Hambergeriani* in *Zuverläſſ. Nachr.* Commodiorem vſum praeſtant *Harwoodi* *Con-*

Frobeniana, *Wechbeliana*, *Vogeliana*; hodie (*h*) *Wetſteniana*, *Scheldoniana*, *Gleditſchiana*, (*) *Fritſchiana*. In recentiſſimis correctiſſimae ſunt Vett. Scriptor. Gr. & Lat. editiones *Bipontinae*. Contra ſphalmatibus ſcatere ſolent editiones *Venetae*, *Colonienſes*, *Geneuenſes*. *Nec temere fidendum eſſe Baſileenſibus editionibus Graecorum librorum*, *ob copiam mendorum & lacunarum*, monet (*i*) *Conringius*. Editiones *furto repetitae* vt malae fidei, ita mendis etiam vitiatae ſupra modum.

§. 128.

b) *Ad Codd. MSS. expreſſae.*

(VI. §. XVIII.) Praeterea reuerenter habendi ſunt libri veterum auctorum ad praeſtantiſſimos MSS. codices a typographis exacti, e. g. *Oui-*

Conſpect. vett. editt. a Fr. Car. Alter editus, (vid. ſupra p. 150.) eiusque Alteri *Bibliogr. Nachrichten von Ausgaben der Bibeltexte und Kirchenväter. Wien*, 1779. 8.

(*h*) Vid. *Henr. Wetſtenii* Praefatio ad *Nouum Teſtamentum* an. 1711 editum, & ad *Diogenem Laërtium*. Et tamen in iſta *Noui Teſtamenti* editione aliquot mendas obſeruauit & in Diſſert. an. 1723 edita *de nouiter adornanda Nov. Teſt. editione* recitavit Prof. Helmſt. *Polyc. Leyſerus*. Pari modo in ea N. T. editione, quam *Rob. Stephanus* an. 1550 vulgauit, quamque nonnulli crediderunt eſſe ἀναμάρτητον, plures mendas animaduertit recenſuitque *G. Olearius* Obſ. XIV. in Matthaeum §. 7. p. 130.

(*) Lipſienſem *Fritſchii* editionem *Noui Teſtamenti Hammondiani multo meliores typos* habere, quam Amſtelodamenſem, ipſe *Clericus* in Praef. ad illam 1714 factam praedicat, teſtes citans ſpectantium oculos. Nunc *Breitkopfiana* typographia ſe praeſtat peramabilem & admirabilem: e qua inter alia exiit ſummo nitore conſpicua *Bruckeri Hiſtoria philoſophiae critica.*

(*i*) Lib. I. de Herm. medic. cap. 11. p. 101.

Ouidius ab *Aldo Manutio* editus, *Lactantius* (*k*) *Iuntianus*, *Curtius* (*l*) *Theocrenianus*. Ex vno, qui in orbe terrarum ſupereſt, MS. codice expreſſa eſt Romae an. 1542 editio *Minucii Felicis*: quod idem contigit Lactantiani libri *de mortibus perſecutorum* editioni & Baluzianae & Nurrianae. Falluntur quidem, qui (*m*) ſibi perſuadent, primis exortae typographiae temporibus libros exſcriptos fuiſſe accuratiſſime, cum inſpectio eorum doceat contrarium. Atque vere ſcribit *Petrus* (*n*) *Victorius*, *non facile dici poſſe*, *quam mendoſe negligenterque libri olim excuſi fuerint*. Teſtis quoque eſt (*o*) *Eraſmus*, *editiones Aldinas* (quibus tamen quantum curae fuerit adhibitum, *ex Actis* (*p*) *eruditorum* diſcas licet,) *ſaepe valde mendoſas eſſe*. Docet item *Io. Henr. Maius* in Praef. ad *Luciani de longaeuis* librum, editionem eius Aldinam adeo vitioſam eſſe, vt *inquinatiorem in Graeca literatura viderit nullam*. Nihilominus magno eſſe poſſunt vſui illae editiones, cum eruditus lectoris oculus facile diſcernat ſphalmata operarum a veſtigiis incorruptae lectionis, proxime e codicibus manu ſcriptis hauſtae.

§. 129.

(*k*) Vid. *Heumanni* Appendix ad Lactantii *Sympoſium* p. 230.

(*l*) Vid. *Heumanni* Schediaſma de *Anonymis* p. 128. Conf. *Struuii* Introd. cap. V. §. 14. p. 221.

(*m*) *Morhofius* Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 7. §. 37. & *Struuius* Introduct. cap. XI. §. 36. p. 554.

(*n*) Var. lect. lib. 26. cap. 2.

(*o*) Chil. 2. cent. 9. n. 48.

(*p*) A. 1719. p. 499 ſqq. Editionum *Aldinarum* in ſuis ipſorum bibliothecis aſſeruatarum catalogos ediderunt *C. G. Schwarzius* & *Schelhornius*.

§. 129.

c) *Editiones integrae. Mutilatarum genus primum.*

(VI. §. XIX.) Etiam illas librorum editiones noſſe iuuabit, in quos non (*q*) ſaeuiit falx cenſorum, viciſſimque eas, quae a male ſedulis hominibus caſtrata exhibent ſcripta magnae auctoritatis. Sunt autem tria genera librorum, quorum mutilatas habemus editiones. Primo enim e libellis, quae puerorum teruntur manibus, boni quidam viri reſecandum cenſuerunt, quicquid inquinare poteſt teneros animos. Princeps horum habetur *Conradus* (*r*) *Geſnerus*, quem certe primum opinor vocabulum *caſtrationis* (*) vſurpaſſe de reciſione eorum locorum, quae *caſtitati* (a qua voce quidam etymologi vocem *caſtrationis* deducunt,) ſunt aduerſa. At iam ante *Geſnerum*, *Franc. Sylvius*, Pariſienſis Profeſſor, 1514 edidit (*s*), omiſſis nugis improbis, *Martialem* hoc praefixo titulo: *M. Val. Martialis Epigrammaton, lectoris caſtimonia dignorum, liber: vbi omnia Veneris illius deſpuendae quaſi irritamenta, quibus paſſim ſordidatus lectorum nares corrugabat, accurata Franciſci Syluii, Ambinatis, diligentia, deletili ſpongia deterſa ſunt & eluta.* Ac haec quidem caſtra-

(*q*) E. g. *Sleidani* an. 1555. *Platinae* an. 1512. De *Thuani* editionibus vid. *Noua librorum rariorum Collectio Rengeriana* p. 191. Priſci cuiusdam caſtratoris librorum, *Athenodori*, mentionem facit *Diogenes Laërtius* lib. VII. §. 34.

(*r*) Vid. *Mollerus* annot. ad *Morhofii* Polyhiſt. lit. lib. IV. cap. 13. p. 397. & *Adamus* Vit. Medic. p. 70. b.

(*) Imo vero iam *Martialis* lib. 1. epigr. 36. dixit: *Ne caſtrare velis meos libellos.*

(*s*) Teſtatur & laudat *Vauaſſor* loco mox laudando.

ſtratio, cum editiones integrae relinquantur viris, non videtur mihi vituperanda, ſed potius (*t*) probanda magnopere. Digna item laude eſt caſtratio, quam *Hortlederus* adhibuit libris conuiciorum pleniſſimis, quos edidit *Henricus*, Dux Brunſuicenſis, eiusque antagoniſtae: de qua caſtratione ipſe ita ſcribit in Praefatione operi ſuo *de cauſis belli Germanici* praefixa p. 10: *als hat mir keine Wege gebühren wollen, ſolche Schriften ohne Aenderung, wie die andern, an Tag zu geben. Habe derhwegen dieſelbe unnütze, verbitterte, Ehrenrührige, ſchmähliche Worte, ſo viel immer möglich geweſen, als ein rechtes Vnkraut ausgejätet, weggeworfen, ausgetilget; und dagegen den edlen Weizen der herrlichen ſchönen Reichs - Rechts - und hiſtoriſchen Sachen, ſo darinn befunden werden, unverſehrt ſtehen laſſen, der Zuverſicht, es werde jeglicher Ehrliebender mehr Gefallen, denn Vngefallen, an ſolchem meinen Beginnen haben.*

§. 130.

Mutilatarum genus alterum.

(VI. §. XX.) Deinde exſectos fuiſſe conſtat illos libros, qui dogmata continent, religioſis aliorum doctrinis contraria. Hac de cauſa non ſolum *Talmudis* Iudaeorum caſtrata (*u*) prodiit edi-

(*t*) Vid. *Heumanni* Praefatio ad *Sapientiam Scenae Romanae* p. 6 ſqq. *Vauaſſor* lib. de epigr. cap. 20. p. 134 ſq. *Andr. Schottus* Quaeſt. Tull. lib. I. cap. 9. p. 22. & cap. 29. p. 93. Laudandus & *Beza*, quod, cu[m] ſenex poëmata ſua ederet rurſus, ea reſecuit, quae ca[stis] auribus viderentur grauia. Vid. *Baelius* Dict. voce *B*[eza] not. X.

(*u*) Vid. *Wolfii* Biblioth. Hebr. T. II. Lib. 4. cap. Sect. X. §. 3. p. 900. ac *Tenzelius* Colloq. menſtr.

editio; ſed iam *Origenis* (*x*) operibus contigerunt eiusmodi adulteratores: imo ipſis ſacris libris impias manus inferre auſi ſunt haereticorum (*y*) nonnulli. Pontificiis Theologis hanc in-

1689. p. 642 ſq. & p. 647 ſq. Etiam caeteros Rabbinorum libros, cum noua eorum paretur editio, a Pontificiis cenſoribus diligentiſſime caſtrari, obſeruat ac ſimul dolet *Dallaeus* lib. VII. de cultibus Lat. relig. cap. 15. p. 889. Quam vero imperite gerere ſe ſoleant hi Iudaicorum librorum expurgatores, multis docet *Schoetgenius* in Horarum Hebr. Tomo ſecundo p. 824. 882. Hic loci deliberare eos velim, qui vocales accentusque ſacro Hebraeo codici aetate aequales credunt, annon & ii committant turpiſſimum crimen caſtrationis, qui codicem illum edunt, vocalibus ſuis orbatum atque accentibus.

(*x*) Vid. *Clerici* Ars critica P. III. ſect. 2. cap. 1. §. 13 ſqq. Conſtat, e *Lactantii* libris iam olim reſecta fuiſſe multa, quae affinia credebantur Manichaeis erroribus. De caſtratione operum *Cypriani* vid. *Maichelius* lib. de biblioth. Pariſ. cap. VI. p. 88. *Pelagii* commentarios in epiſtolas Pauli mutilatos edidit *Caſſiodorus*: id quod non probat *Buddeus* Iſag. hiſt. theol. p. 1079. Vid. idem in Addendis ad iſtam Iſagogen p. 76. De Sociniani cuiusdam caſtratione *Paraphraſeos N. T. Eraſmianae* vid. *Hottingerus* Biblioth. quadrip. P. II. cap. 4. p. 164. 165. 166. In editione *Palingenii* Lipſ. 1704 & Hamb. 1721 turpi caſtratione omiſſos eſſe triginta quinque verſus de aeternitate mundi, docuit me per literas *H. A. Meinderſius*. Operum ſaeculo XIII & XIV ſcriptorum editores ſolitos eſſe ſaeculo XV ea caſtrare multis locis, indignabundus docet *Echardus* in T. II. de ſcriptor. Dominic. p. 833.

(*y*) *Marcioni* hoc tribuit *Tertullianus* de praeſcript. cap. 38. *Marcion & Baſilides* (ita *Hieronymus* ait Praef. comm. in epiſt. Pauli ad Titum,) *non ſolum Vetus laniarunt Teſtamentum, ſed & Nouum, &, quicquid contrarium ſuo dogmati viderunt, eraſerunt.* Exſtat ſingu-

iniuriam, Patribus Eccleſiae illatam, ſaepius obiecerunt Proteſtantes. Adeatur *Gerhardi* Confeſſio Catholica lib. I. P. II. cap. 13. p. 256 ſq. & *Dallaei* liber primus *de vſu Patrum* (z) cap. IV. item *Caſp. Loeſcheri* Diſſertatio Martisburgi an. 1674 edita *de latrociniis, quae in publicos ſcriptores, Patres maxime, ſolent committere haeretici*, & *Hottingeri Analecta* p. 340 ſqq., & *Io. Chriſtoph. Wendleri* Diſſertatio, *qua aſſeritur, Lutheranos neque ſupprimere neque corrumpere ſcriptores eccleſiaſticos & profanos;* einsdemque altera *de libris a Pontificiis aliisque haereticis in praeiudicium doctrinae purioris ſuppreſſis & corruptis.* At ſane Aethiopes lauat *Richardus Simonius*, qui, id factum fuiſſe a ſuae ſectae hominibus audacter (a) infitiatur. Illud tamen non

laris liber *Barthol. Germonii de veteribus haereticis, eccleſiaſticorum codicum corruptoribus*, Pariſ. 1713. Praeter haereticos etiam alii e codice ſacro quaedam ſuſtulere, bona quidem mente, ſed audacia peſſimi exempli. De hiſtoria adulterae Ioan. VIII. 1 ſqq. res in vulgus nota eſt. Vid. *Maſtrichtius* ad h. l.

(z) Pag. 81 ſqq. Ac noti ſunt *Indices expurgatorii*, de quibus legi dignus eſt *Edwinus Santis* lib. de ſtatu religionis Pontificiae cap. 28. Eorum Indicum catalogum exhibet *Bailletus* T. II. Iudiciorum P. I. p. 43 ſqq. & *Fabricius* in Centifolio Lutherano p. 548 ſqq. Conf. *Bibliotheca Reimmanniana* p. 90. 93. 121. 122. 144. 145. 146. Non ita pridem in Pariſienſi editione *Hiſtoriae V. T. Prideauxii* ea omiſſa ſunt, quae repugnare videbantur dogmatibus Pontificiis. Vid. *Gelehrte Zeitungen* 1726 p. 660.

(a) Biblioth. crit. T. I. cap. 17. p. 258 ſqq. Exemplar omnium Operum *Hieronymi*, a Ieſuitis ſecundum Indices expurgatorios ſeuere caſtratum, aſſeruat in bibliotheca ſua *Reimmannus*. Vid. eius Catalogus p. 340.

non negamus, eſſe inter doctos (aa) Pontificios, qui magnopere hunc morem improbent: quemadmodum noſtratium (b) cordatiſſimus quisque inique fert, caſtrata fuiſſe *Lutheri Poſtilla eccleſiaſtica*, e quibus eiecta loca exhibet *Arnoldus* in quarto Tomo (c) *Hiſtoriae eccleſiaſticae*.

§. 131.

Mutilatarum genus tertium.

(VI, §. XXI.) Denique libri hiſtorici ſunt, quibus eximitur, quicquid vel ingratum eſt vel etiam noxium videtur. *Guicciardini* Hiſtoriam caſtratam prodiiſſe eo loco, quo negauit donationes Eccleſiae factas, teſtis eſt *Nicius* (d) *Erythraeus*. At fragmentum hoc tamen conſeruatum fuit & Baſileae an. 1569 (e) editum, ac poſtea recuſum cum *Heideggeri Hiſtoria* (f) *Papatus*. *Platinae* quoque *Vitas* (g) *Pontificum*, *Thuani* (h)

 Slei-

(aa) Vid. *Laur. Bochelli* querela in *Dieterici* Praef. ad Auctar. Catal. Teſt. ver. p. 37.

(b) E. g. *Cellarius* Diſſ. de Pathmo Lutheri §. 32. p. 37 ſqq.

(c) Sect. II. num. XII.

(d) Lib. VII. epiſt. 13. p. 359. Hinc *Thuanus* lib. XXVIII. p. 549. quaeri quandam hiſtoriam iubet in *Guicciardino non mutilato*.

(e) Vid. *Acta erud.* an. 1709. p. 344.

(f) p. 581 - 596.

(g) Sic in ſua *Platinae* editione haec Pii II verba, quae quidem in edit. Lugd. 1512. f. p. 348. itemque in Colonienſ. an. 1600. p. 329. lego: *Sacerdotibus magna ratione ſublatas nuptias, maiori reſtituendas videri*, omiſiſſe *Onuphrium Panuinium*, obſeruauit *Infantius* Praef. ad ſuam *Hiſt. Concilii Piſani* p. 24.

(h) Vid. *Noua librorum rariorum collectio* Rengeriana p. 209 ſqq. & *Struuii* Biblioth. antiqua an. 1705. p. 17.

*Sleidani*que (*i*) Hiſtorias incidiſſe conſtat in editores malae fidei. De *Froſſardo* caſtrato vid. *Fabricii* Biblioth. Lat. medii aeui lib. VI. pag. 634. Praecipue hiſtoricorum, mercede conductorum, opera ante editionem typographicam a cenſoribus caſtrari ſolent: imo & alia ſcripta hiſtorica, quorum quidem caſtratio modo iuſta eſt, modo iniuſta. Prioris exemplum cape e *Vita* (*k*) *Hobbeſii*, vbi *Ant. Woodii Hiſtoria Academiae Oxonienſis*, cenſoris correctionem ſubiiſſe, legitur; poſterioris e Franckiana *Bibliotheca Obſeruationum ac Recenſionum* p. 58 ſqq. vbi, quam multa typographus omittere coactus fuerit in *Nic. Antonii Bibliotheca Hiſpana*, indicatur; item ex Lugdunenſi anni 1600 editione libri *Corn. Agrippae de vanitate ſcientiarum*, in qua multa veritatis teſtimonia expuncta eſſe, poſt *Crenium* (*l*) obſeruauit (*m*) *Schelhornius*. Cultro illo cenſorio multa quoque exſecta eſſe e *Chriſtoph. Broweri Hiſtoria Treuirenſi*, e *Schikfuſii Chronico Sileſiae*, ex *Ant. Weckii Hiſtoria Dresdenſi* & e *Ge. Mich. Pfefferkornii Hiſtoria Thuringiae*, legimus *in Conringii* libro *de Orig. Iur. Germ.* cap. 8. p. 37.; *Chriſt. Rungii Miſcell. liter.* Specim. II. p. 41 ſq. *Croeſii Hiſt. Quaker.* Lib. III. p. 559 ſq. & in *Io. Chriſtoph.*

(*i*) Exemplum vide in *Vnſchuldigen Nachrichten* an. 1719. p. 826.

(*k*) Edit. 1681. p. 54. 72.

(*l*) *Animaduerſ. philoſ. hiſt. P. II. cap.* 1. §. 5. *p.* 23 *ſq.* Hac occaſione obſeruo, etiam hoc eſſe illaudabilis caſtrationis genus, cum in multis nouis editionibus veteres praefationes (ſaepe doctae & vtiles) omittuntur, grauiter nec immerito indignante ipſo illo *Crenio* P. I. cap. 1. §. 2 & 5. itemque P. II. cap. 1. §. 1.

(*m*) *Amoenit. liter. T. II. p.* 513 *ſqq.*

ſtoph. *Coleri Anthologia* p. 109. Eſt meis in manibus exemplar *Hiſtoriae Pfefferkornianae*, cui auctor ipſe ſua manu adſcripſit, quaecunque inde ſuſtulerat cenſoris vel iuſtitia vel aulica (*) prudentia. E *Merſenni* Commentario in Geneſin quae a caſtratoribus ſublata fuerat narratio de multitudine atheorum Pariſienſium, ea exhibita non ita pridem eſt in *Bibliotheque Britannique* T. XVIII. p. 406. Ipſe *Heumannus* in *Poeciles* ſecundo Tomo p. 98. e MSS. reſtituit aliquot loca in Poggii *de varietate fortunae* opere, conſulto in editione Pariſina omiſſa. De caſtratione *Politiae eccleſiaſticae Rob. Parkeri* queritur *Hoornbeckius* in Summa controuerſiarum p. 762. De *Criticae ſacrae Lud. Capelli* caſtratione vid. *Blakwalli Critica N. T.* p. 637. verſionis Latinae. De caſtratione *Hiſtoriae Imp. Leopoldi*, a *Gualdo* ſcriptae, vid. *Itinerarium Keysleri* T. II. p. 959 ſqq.

§. 132.

Caſtrationis leuior vel grauior culpa.

(VI. §. XXII.) Caeterum cum caſtratio illa vel nihil vel minus criminis habeat, ſi quis eius ſe profiteatur auctorem: id quod *Caſtalio* fecit (*n*) in praefatione ad ſuam verſionem vel potius

 con-

(*) Commemorari hic meretur *Pufendorfii* Vita Friderici Wilhelmi, Electoris Brandenburgici. Huius prima editio ſtatim fuit mandata tenebris.

(*n*) Eodem modo S. *Albinus*, qui *Terentium* vna cum verſione Gallica paucis locis caſtratum edidit, id non ſolum indicauit in praefatione ac defendit, ſed in ipſo titulo dixit, eſſe has comoedias *renduës tres honnetes en y changeant fort peu de choſe.* Quarta huius *Terentii* editio prodiit Paris 1658 in 12. De aliis huius comici

conuerſionem *Thomae Kempenſis*, & in *Quintiliani* ſui editione *Rollinus*; illud prorſus intolerabile eſt & fraudatorem arguit, ſi quis factum ſuum diſſimulat. Huius rei vnum exemplum proferre libet e *Phaedro*. In huius libro tertio fabula tertia mirifice reformata eſt a *Lancelloto*, monacho S. Cyrani, qui editionem *Phaedri* Gallico-Latinam, quae Lutetiae an. 1702 prodiit, adornaſſe dicitur. Ibi enim v. 5. pro *humano* exſtat *informi*; *v. 10.* pro *inſitiuos* legitur *infelices*; *v. 17.* pro *Vxores da tuis paſtoribus* exhibetur: *Quod aequum eſt, da tuis paſtoribus*. Scilicet verebatur vir bonus, ne quis fabulam illam applicaret ad monachos.

§. 133.

d) *Editiones annotatione & commentariis illuſtratae:*

α) *Praeſtantiores.*

(VI. §. XXIII.) Non alienum hoc loco fuerit, quaenam praeſtantiores deterioresue ſint auctorum (*o*) claſſicorum, quos vocant, notis illuſtratorum editiones, indicare. Principem igitur haud dubie locum merentur eae, quibus ſe totum (*p*) ferme impendit editor, non ſolum phi-

mici caſtratoribus vid. *Fabricii* Biblioth. Lat. lib. I. cap. 3. p. 40. *Camerarium* item edidiſſe *Plautum* caſtratum, refert ac ſimul indignatur *Ianus Douſa* in Centurionatu ſuo lib. II. cap. 8 & 9. — Ienae an. 1701 quidam, ſumto *Georgii Phaedri* nomine, edidit *Petronii Satyricon puritate donatum, eiectisque obſcenis, vſibus iuuentutis reſtitutum.*

(*o*) De titulo *claſſici* vid. *Gellius* lib. VII. cap. 13. & lib. XIX. cap. 8. Scriptoribus *claſſicis* opponit *proletarios Budaeus* in Annot. prior. ad Pandectas p. 354.

(*p*) Sic notum eſt, *Vogelaſium* Gallicae ſuae verſioni

philologica ſcientia probe inſtructus, verum etiam arte pollens critica, & nihil reliqui fecit ad ornatiſſime emittendum auctorem ſuum. Talis eſt *Curtius* Freinshemianus, *Ouidius* Bachetianus, *Horatius* Bentleianus, *Nouum Teſtamentum* Millianum, *Lucretius* Lambinianus, *Tacitus* Lipſianus, *Heſiodus* Graeuianus, *Aelianus* Perizonianus. Proximum locum tenent eae editiones, quae a praeſtantiſſimis Criticis cum codicibus MSS. collatae fuerunt, propriisque & aliorum inſignium virorum annotationibus illuſtratae. Huc refero *Salluſtium* Gruterianum, *Perſium* Caſaubonianum, *Statium* Barthianum, *Salluſtium* Cortianum, *Nepotem* Boſianum, *Gronouii Herodotum*, *Clerici Heſiodum*, *Drackenborchii Liuium* & *Silium Italicum*, editiones Heinſianas, Graeuianas, Gronouianas, Burmannianas. Habent tamen hae poſteriores hunc (*q*) naeuum, quod integritatis textus quidem magna habetur ratio, ſed ſenſus ſcriptoris, ſubinde perobſcurus, non explanatur, niſi rariſſime. Debebant ſcilicet auctorum explicari difficiliora loca & ambigua, iidemque ſubinde illuſtrari ex moribus antiquis: id

ſioni *Curtii* impendiſſe XXX. annos. Vnde Balſacius dixit, Alexandrum Curtianum eſſe *invincible*, ſed Alexandrum Vogelaſianum eſſe *inimitable*.

(*q*) Hunc editionum veterum auctorum naeuum grauiter notat *Perizonius* in ſua Praef. ad *Aelianum*. Imo iam olim *Ianus Guilielmius Quaeſt. in Plauti Amphitruonem* cap. 8. haec ſcripta reliquit: *Magna laus eſt, loca optimorum ſcriptorum male affecta perſanare: ſed profecto non minor, eosdem, vbi obſcuriores ſunt, illuſtrare. Vtrumque quidem boni Critici munus eſt. Nunc illud certatim omnes ſatagunt: hoc pauciſſimi perſequuntur, ita quidem, vt par erat.*

id quod *Lambinus* in ſuo & *Lucretio* & *Horatio* fecit, *Muretus* in commentario ſuo ad *Ciceronis Catilinarias.* Quae inſcriptae ſunt editiones *cum notis* (r) *variorum*, pleraeque textum quidem exhibent ſatis emendatum, ſed in ſeligendis notis iudicio carent. Eiusdem farinae ſunt, quas ſuo nomine vulgauit *Schreuelius*, quem *nullius fere iudicii conſarcinatorem* vocat (s) *Clericus.* Meliores ſunt illae editiones, quae in titulo promittunt (t) integros criticorum omnium commentarios: qualem nuper *Tacitum*, *Iuſtinum*, & *Aelianum* dedit *Abr. Gronouius*, *Curtium Snakeburgius*; *Florum* & *Thucydidem Duckerus* (*), alios alii. Quae a *Berneg-*

(r) Vid. *Boecleri* Bibliogr. crit. p. 445. & *Burmanni* Praef. ad *Phaedrum* & ad *Velleium.* Pluribus editionum harum plerarumque vitia deſcribit *Borremanſius* Var. lect. cap. 7. p. 73 ſqq. Caeterum recte iudicat *Fabricius* Bibl. Lat. p. 38 ſq. & p. 397. non eſſe ſimpliciter damnandas, imo vero laudandas, editiones auctorum, quibus adiunxerit ſelectas editorum notas vir quispiam eruditione praeſtans & iudicio. Qualis erat *Freinshemius*, qui ſelectas aliorum notas adiunxit ſuo *Floro.*

(s) Art. Crit. P. I. cap. 2. §. 1. n. 5. p. 64. Caeterum eundem titulum meretur editor Orationum Ciceronianarum, *Freigius*, cuius annotationes ſummo iure *futiles* vocat *Boeclerus* Bibliogr. crit. p. 68. De caeterorum in *Orationes Ciceronis* meritis Heumannus tulit iudicium *Poeciles* T. I. lib. 2. p. 282. & in Praef. ad nouem Ciceronis Orationes ab ipſo editas.

(t) Recte dixi: *promittunt.* Non enim ſemper praeſtamus, quod promiſimus. *Abr. Gronouius* neutiquam exhibuit notas omnium integras in *Tacitum*; id quod tamen promittit titulus.

(*) In his exemplis ſubſiſtendum. Nam ſi grandiores, nobiliores, meliores veterum ſcriptorum editiones reliquas oratione perſequi vellemus, vt *Alberti*, *Arnzenii*,

neggero atque *Freinshemio* adornatae ſunt editiones, margini adſcriptis locis parallelis, ſubiunctoque indice philologico accuratiſſimo, inter optimas omnino ſunt habendae. De (*u*) editionibus in vſum Delphini confectis ita indicat (*x*) *Morhofius*: *Auctorum illorum, quotquot ea ratione in Gallia prodiere, perpauci* (*y*) *ſunt, quorum editio noui quid ſecum afferat, aliisque praeferri tantopere mereatur, niſi quod magnificus plane atque ſplendidiſſimus typorum chartaeque nitor gloriam Regis indicant, harum etiam rerum curam gerentis.* Indices etiam & ca-

 ſtra-

nii, Barneſii, Baxteri, Bentleyi, Berkelii, Brouckhuſii, Brunkii, Clarkii, Dauiſii, Erneſti, Fiſcheri, Gattakeri, Gesneri, Gruneri, Harleſii, Hauercampii, Hemſterhuſii, Heuſingeri, Heynii, Hudſoni, Irmiſchii, Kappii, Kühnii, Küſteri, Larcherii, Marklandi, Meibomii, NicIaſii, Olearii, Oudendorpii, Pearcii, Potteri, Reiskii, Reizii, Schraderi, Schwarzii, Spanhemii, Stanleyi, Tailorii, Valkenarii, Verburgi, Waſſii, Welſii, Weſſelingii, Whartonii etc. multo plures & recenſionis & interpretationis & dignitatis omnino ſpecies diſcernendae eſſent.

(*u*) Hiſtoriam harum diſcriptam vide ab *Huetio* Vitae ſuae lib. V. p. 119. 120. 121. Auctores ſingularum harum editionum nominatim indicat *Bailletus* Iudiciorum T. II. P. II. p. 401 ſqq. & *Iournal literaire* T. XVI. p. 465 ſqq. Conf. etiam G. E. Müller's *Hiſt. crit. Einleit.* & quidem *Vorläuf. Abh. III. p.* 177 *ſq.*

(*x*) Polyhiſt. liter. lib. IV. cap. 11. §. 5. p. 133.

(*y*) Quantopere editiones Delphinianae ſpernantur in Batauia, narrat *Baelius* Epiſt. 221. p. 853. Maxime editio *Taciti* nullius eſt pretii, vt ex vero iudicat *Fresnoius* in *Catalogo Hiſtoricorum* p. 95. editionis Menckenianae. Inſpice, quaeſo, *Gronouii* ad Ciceronis opera, & *Burmanni* ad Vell. Paterculum Praefationes, in quibus Delphinianae illae editiones acerrime exagitantur, allatis etiam a *Gronouio* ineptiarum exemplis. Adde *Crenii* Animaduerſ. philol. P. IV. p. 6.

ſtrationes harum editionum reprehendit (z) *Fabricius*. Excipiendus tamen eſt *Plinius Harduini*, longo ſane interuallo poſt ſe relinquentis doctiſſimos viros, qui ante ipſum in eo expoliendo illuſtrandoque elaborauerant. *Cellarianae* editiones ex praeſtantiſſimis ſunt expreſſae: annotationes habent (a) rariores, philologicas partim, partim hiſtoricas, ſubiuncto Latinitatis Indice, ſed eo valde imperfecto. Adornatae eae ſunt, vrgentibus bibliopolis, exiguo tempore, & in vſum ſcholarum, ſuoque ſcopo ſatis ſunt accommodatae. Certe nimium aeruginis habet *Schurzfleiſchii* (b) de iis iudicium. Meliorem interpretandi rationem *Chr. Gottl. Heyne*, Vir ſummus, docuit eiusque exemplum propoſuit in Virgilio, ab ipſo perpetua annotatione illuſtrato. Id exemplum deinde *Iani* in Horatio, alii in aliis ſcriptoribus edendis ſecuti ſunt, *Koppius*que ad ipſam librorum ſacrorum interpretationem accommodauit. Vnde editionum praeſtantiorum *nouum genus* exortum.

§. 134.

β) *In vſus vulgares ſcholarum adornatae celebriores.*

(VI. §. XXIV.) *Thomae* (bb) *Farnabii* ac *Ioannis*

(z) Biblioth. Lat. p. 12. & 56.

(a) Excipe *Minucium Felicem*, notis philologicis a *Cellario* inſtructum & copioſiſſimis & doctiſſimis. Singularem quoque operam nauauit is *Eutropio*.

(b) T. II. Epiſt. arcan. p. 406. & 498. Priore loco *Ferrarienſis* titulo afficit *Cellarium*, ſcilicet natum Smalcaldiae, vrbe ob officinas clara ferrarias.

(bb) Huius vitam in *Actis erud.* 1733. p. 514. exhibuit *Heumannus*.

nis (*c*) *Minellii* annotationes, quas editis ab ſe auctoribus ſubiecerunt ad ſenſa eorum explananda, ſatis bonae & adoleſcentibus neceſſariae multis viſae ſunt. Adoleſcentibus dico? Imo ne viri quidem, niſi in his literis exercitatiſſimi, carere eiusmodi interpretationis ſubſidio poſſunt: id quod vel inde apparet, quod ipſi illi duumuiri, publici literarum profeſſores, ſe ſuum auctorem haud recte cepiſſe, ſaepe docent (*d*) falſis ſuis interpretationibus. Libet exempli gratia ſex *Minellii* producere errores, in quos incidi ſuperioribus diebus, tractans ſecundum librum diuinae *Aeneidos*. Igitur *v. 125. taciti* exponit per *tacentis*; cum *το taciti* ſit nominatiuus, & ſignificet *tacentes*. *Taciti* autem *ventura cernere* hoc loco dicuntur eodem ſenſu, quo

(*c*) Fuit Roterodami *Scholae Eraſmianae Paedagogus*. Ita vocatur in titulo carminis gratulatorii, *Terentio*, an. 1663. in 8. cum notis & verſione Belgica ab ipſo *Minellio* Roterodami edito, praefixi. Caeterum Minellianas notas auctoribus priſcis iam ante ſubſcripſerunt *Herm. Torrentinus* & *Aſcenſius*: vt omittam *Antonium Mancinellum*, de quo ſupra mentionem feci ad cap. V. §. 8. ed. vet.

(*d*) *Io. Clericus* Artis crit. P. I. cap. 2. §. 5. p. 64. iudicat, vtrumque & plurima omiſiſſe neceſſaria, & in plurimis erraſſe. Quod verum eſſe iudicium, ego quidem vſu deprehendi. Quanquam *Minellio* eruditiorem ſe praebet *Farnabius*, agnoſcente etiam *Fabricio* Bibl. Lat. lib. I. cap. 15. p. 265. Vnde & *Gibertus*, rhetor Pariſinus, in *Actis erud.* an. 1721. p. 263. notas *Farnabii* laudat tanquam *accuratas* & *eruditas*. Ac *Matth. Berneggerus* in Praef. ad *Florum* notas *Farnabii* vocat *breuiculas quidem illas, verum ita neruoſas bonique ſucci plenas, vt quantumuis prolixi ac luculenti commentarii vicem praeſtare queant.*

quo *Cicero* ad fam. lib. V. epiſt. 12. dixit: *cerno iam animo futura.* Ad *v. 126: tectusque recuſat prodere voce ſua quemquam*, haec adſcripſit *Minellius*: *tectus, id eſt, domi ſuae abditus.* Male: *Tectus* enim hic eum ſignificat, qui, quae cognita habet, non expromit. Duo loca *Ciceronis* hanc in rem allata iam video in *Lexico Fabro-Cellariano.* Ad *v. 141.* haec verba: *Quod te rogo*, *Minellius* appoſuit hanc interpretationem: *quod, id eſt, propter quod.* Male. Nam *τo rogo* hic loci duos regit accuſatiuos, alterum perſonae, alterum rei. *Virgilius* igitur in connexione pro *id te per ſuperos rogo* dixit (*dd*) *quod te per ſuperos rogo.* *Ouidius*, Amor. I. 8. 89: *Et ſibi pauca rogent: multos ſi pauca rogabunt*, caetera. Ad *v. 157: Fas mihi, Graiorum ſacrata reſoluere iura*, en adſcriptum a *Minellio: Ego obteſtor, quod fas eſt mihi.* Abſurde. Senſus poëtae hic eſt: *Fas mihi ſit* (quae vox ſubaudiri debet,) hoc eſt, liceat mihi id facere, vt nullo me peccato obſtringam hoc faciens. Similis eſt locus *Curtii lib. X, 10. 13: precati, vt ius fasque eſſet mortalibus, attrectare Deum.* Et alter *Virgilii*, ita praefantis ſermoni, quo arcana ſacra aperit, *lib. VI. 266: Sit mihi fas, audita loqui.* Porro *ſacrata iura reſoluere* ſignificat ſuperiore *Virgilii* loco, contra iusiurandum agere. *Verſu 299.* dicitur *ſecreta parentis domus.* Hic *Minellius* putauit, *τo ſecreta* eſſe adiectiuum, cum ſit participium paſſiuum. Parentis mei, inquit Aeneas, domus ab aliis domibus ſecreta ſeiunctaque eſt & ſeparatim iacet.

(*dd*) Eundem, quem dixi, errorem errauit Minellius ad illud Aen. VI. p. 336: *Quod te per genitorem oro.* Nam & hic adſcripſit, *quod* poſitum eſſe pro *quocirca.*

cet. *Verſu 316. ardent animi*, id eſt, *vehementer deſiderant*, inquit *Minellius*. Recte. Sed addere debebat, pluralem poëtico more poſitum eſſe pro ſingulari, & *ardent animi* dictum eſſe pro *ardet animus meus*.

§. 135.

γ) *Ignobiliores & vitioſiores.*

(VI. §. XXV.) Multo vero plures commiſerunt errores plerique, qui, vrgentibus bibliopolis, feſtinanter (*e*) adiecerunt auctoribus optimis annotationes (*f*) ſuas, *Minellii* aemulationem in ipſo titulo profeſſi. Nam ne textum quidem a Criticis emendatum omnes exhibent, ſed ſaepe ſcripturam vitioſiſſimam. Ex paucis vt peccatis diſcas caetera huius generis, in *Curtio* editionis *Iunckerianae* lib. IV. 1. 13. pro *Byblon* ineptiſſime exhibetur *Babylon*, & cap. 2. 23. pro *ictum* editum eſt *iactum*, & *ex iumentis* pro *vex munientibus*. Pariter in *Ciceronis Orat. Catil.* cap. 13. pro *hiſce ominibus*, editio pſeudo-Minelliana exhibet *hiſce omnibus*, ſubſcripta hac interpretatione: *poſtquam haec omnia dixi*. Rurſus apud *Cur-*

(*e*) Hi, quia pueris ſufficere putarunt annotationes ſuas, adſcribere potuiſſent earum fini duos illos verſus, quibus *Labyrinthum* ſuum concluſit *Eberhardus* Bethunienſis:

Simplicibus quia ſimpliciter mea carmina ſcripſi,
Iure meae lector ignoſcere debet eclipſi.

(*f*) Catalogus auctorum Lipſiae ab an. 1699 vsque ad an. 1713 editorum cum notis Minellianis *Stubelii*, *Iunkeri*, *Tenzelii*, *Vhſei*, *Weinrichii*, *Walchii*, & *Gunbrechti*, praefixus eſt editioni Minellianae *Epiſtolarum Ciceronis ad familiares* Lipſ. 1713.

Curtium V, 7. 11., Minellianus interpres *τὸ reſpicere* idem eſſe ait, quod *colere ac venerari*, ſcilicet Gallicam illam phraſin reſpiciens, *einem Reſpect und Ehre geben*: cum ſignificet *intueri oculo inuidiae pleno*. Qualia quidem legentes qui riſum teneatis, amici? Ad annotationes quod attinet, ſaepius eae affuſae ſunt locis clariſſimis, obſcuris vero locis vel nihil lucis illatum, vel etiam offuſa noua caligo. Memini, me aliquando, ferente occaſione, perluſtraſſe *Curtium* (g) & *Ciceronis Epiſtolas* Iunckerianae editionis, ac obſeruaſſe, vix vllum in auctoribus iſtis occurrere locum paulo difficiliorem, quin annotator ei tribuerit ſenſum alieniſſimum. Nuper etiam deprehendebam in Orat. Ciceronis *pro Archia* cap. 8. vocem *reuocatus* non ſolum a Latino, ſed etiam a Germanico interprete exponi per *rurſus rogatus*, cum idem ſit, quod *interpellatus*, quo ſenſu *reuocare* bis vſurpat *Plinius lib. I. epiſt. 5.* Diſcamus hinc, non eſſe cuiusuis, interpretari claſſicos illos ſcriptores, ſed, quae (h) *Lipſii* ver-

(g) E. g. lib. V. 2. 22. *reſtiti* vertit *ich habe mich widerſetzet*, & *nomen*, *der Name*, cum prius hoc loco ſignificet, *ich bin ſtehen geblieben und habe mich nicht nieder geſetzet*; poſterius *debitum*, *die Schuld*.

(h) In Orationibus Ienae habitis p. 37. *Lipſium* id, quod veriſſimum eſt, ſcripſiſſe, manifeſtum quoque faciunt nonnullae haud obſcurorum virorum verſiones librorum *Ciceronis* Germanicae, quae videlicet multum aberrant a vero eius ſenſu. Recordor nunc duorum, quorum alter non ita pridem *Officia Ciceronis*, alter eius *Orationes pro Archia* & *pro Ligario* ita interpretatus eſt, vt nihil peritis clarius oſtenderent, quam, ſe minime impleſſe menſuram interpretis. Quanquam hi duumuiri penſant grammaticum hunc naeuum magnis aliis laudibus.

verba ſunt, *Ciceronem intelligere, intellectumque interpretari, praeſtantioris cuiusdam ingenii eſſe, quam aliquis de populo exiſtimet.. Ab hoc errore* (ita idem paulo poſt pergit,) *& ab hoc fonte tam multi hodie & ieiuni* (*i*) *in Ciceronem commentarii*.

§. 136.

Species nonnullae & meliores & peiores.

(VI. §. XXVI.) Non eſt vero diſſimulandum, fuiſſe quosdam, qui *Minellii* doctrinam diligentiamque non aequarent ſolum, ſed ſuperarent. Certe *Cornelius Nepos* Stubelianus, notis ornatus eſt doctiſſimis, itemque *Curtius*. Nec mediocri laude digna eſt Verpoorteniana *Ouidii Triſtium & in Ponto* ſcriptorum carminum editio, ac ſaepe dolui, viro illi vitam non ſuppeditaſſe, ad parem lucem afferendam auctoribus pluribus. Egregie quoque de ſtudioſa iuuentute meritus eſt *Weinrichius*, pereruditа ſua illuſtratione operis Ciceroniani *de officiis*, & ſua *Epiſtolarum Ciceronis* editione *Bengelius*. Ille quoque, cui ſub *Emanuelis Sinceri* nomine latere placuit, perfectam (*) prodidit (*k*) Latini ſermonis peritiam: ad

(*i*) Eadem querela eſt *Rol. Mareſii* epiſt. 18. itemque *Pauli Manutii*, Epiſt. p. 951. edit. Krauſ. memorantis quorundam *notatiunculas in Ciceronem*, *leues omnino*, *minimeque dignas*, *quae legantur*.

(*) *Si Diis placet!*

(*k*) Loca tamen corrupta emendandi artem non callet ideoque ad huius generis ſcopulos haerere cogitur. Verum huius interpretis nomen eſt *Eſaias Schneiderus*. Fungitur Diaconatu Eccleſiae D. Vlrico olim ſacrae Auguſtae Vindelicorum. *Iuſtini* tamen ac *Terentii* editio non iſti, ſed prior *Schoenemanno*, Würtembergico, poſterior

ad cuius formam proxime accedunt, interdum etiam ob adiectos locos parallelos praeferendae, pleraeque (*l*) auctorum Latinorum editiones officinae Halenſis Rengerianae, notis inſtructae Germanicis. Reiecit quidem Germanici ſermonis vſum in eiusmodi annotationibus *Stubelius* (*m*) modo laudatus: ſed rationibus vtitur parum firmis, minimeque audiendus eſt. Quare nec *Ioan. Matthias Gesnerus* dubitauit, *Chreſtomathias* ſuas, *Ciceronianam* & *Plinianam* an. 1717 & 1723 editas, annotationibus (*n*) proſequi Germanicis, quibus non verba ſolum obſcuriora illuſtrat, verum etiam artis criticae, & hiſtoriae veteris, imo philoſophiae etiam facem adhibet, ad res ipſas recte percipiendas. Addo, primum fuiſſe *Leonh. Chriſtoph. Rublium*, qui Graeco ſcriptori notas eius generis Germanicas adiiceret, edita 1727. *Cebetis Tabula*.

§. 137.

ſterior *Wishackio*, Vlmenſi, Diacono & Praeceptori Schorndorfienſi, debetur, qui eo conſilio *Em. Sinceri* nomen aſſumſerunt, vt placerent populo ſcholaſtico, quas feciſſent notulae. Gieſſae quoque, adſcito *Germanici Sinceri* nomine, notas in *Florum* & *Velleium Paterculum* edidiſſe *Ayrmannum*, docetur in *Nouis literariis* Kohlianis anni 1732. p. 419. Conf. G. E. Müller's *Einleitung zur Kenntniß latein. Schriftſteller. Th. I. p.* 184. 185. *not.* ***.

(*l*) Rengerianarum harum editionum Catalogus annexus eſt editioni *Epiſtolarum Cic. ad famil.* an. 1720. Vna atque altera harum editionum Heumannum hab[illegible] annotatorem dicta eſt. Sed erraſſe hanc famam, hic l[illegible] ipſe profeſſus eſt.

(*m*) *Im beſchäftigten Secretario* P. 31. p. 657 ſq[illegible]

(*n*) De his iudicium ſuum Heumannus iam expro[illegible] ſit in *Actis eruditorum*, Supplem. T. VII. p. 223 ſq.

§. 137.

7) *Libri rari. Species eorum.*

(VI. §. XXVII.) Ad βιβλιογνωσιαν etiam pertinet rariorum notitia librorum. Hi tres diſpeſci poſſunt in (*) claſſes. Alii ſunt rari pariter &

(*) Supplementi loco, claſſium ſiue ſpecierum deſcriptionem paulo pleniorem apponamus. Ad eas ipſas illuſtrandas exempla libellus facile ſuppeditabit; plura proponentur in ſcholis:

I. *Artis typographicae Primordia.* Vulgo *incunabula typographica* appellant & ab artis ortu vsque ad an. 1500 vel 1525 numerant. In his ipſis diſcernenda:

1) Monumenta xylographica ſ. impreſſionis tabellaris.

2) Prima documenta typorum mobilium vel ligneorum vel aereorum, horumque vel ſculptorum vel fuſorum; itaque Guttenbergii, Fauſti & Schoefferi prima monumenta, ab an. 1457 ad 1465.

3) Libri ab an. 1465 ad 1470 typis exſcripti.

4) Singula decennia, quo propiora inuentioni, eo rariora continent documenta.

5) Singularum vrbium prima monumenta typographica.

II. *Praeſtantiorum typographorum ſaeculi XVI opera* & accurate emendata & externo typorum chartaeque nitore conſpicua; itaque Manutiorum, Iuntarum, Stephanorum, Frobeniorum, Io. Oporini, Hier. Commelini, Chph. Plantini cet. Vid. *Hamberg. Vorläuf. Abhandl. p.* 133 *ſqq.*

III. *Editiones vett. ſcriptor. principes.*

IV. *Autographa* in vniuerſum; ſed praecipue Lutheri & coaetaneorum.

V. *Elegantiae typographicae eximia exempla*, vt Baskeruillii, typographei regii Parmenſis &c.

VI. *Praegrandis pretii molisque libri*, non niſi in publicis vel opulentorum hominum bibliothecis obuii. Quo pertinent:

1) multorum magnorumque voluminum opera. Hu-

& impii, de quibus paulo poſt dicetur. Alii rari ſunt & minus erudite conſcripti, e. g. *Hor-*
nii

ſus generis, librorum catalogum exhibuit *Denis* in *Merkwürdigkeiten der Garell. Biblioth. S.* 673-712.

2) imaginibus aere excuſis ornati libri.

3) inſignis ſplendoris exemplaris. Talia plerumque pauciora ſolent parari. Exemplum memorabile eſt Voltarius, in typographeo Beaumarchaiſiano, in vſus Imperatricis Ruſſiarum exaratus. Splendidiora eſſe ſolent inprimis iis deſtinata exempla, quibus opera ſunt dedicata. Inter haec refero etiam exquiſitiora exemplaria, qualia parare Brunkius fertur, qui e coemtis tribus quatuorue Aldinis, ſelectis ſingulis foliis, componit vnum, idque puriſſimum & nitidiſſimum.

4) integrae ſeries librorum, qui ad vnum genus pertinent, (*Suiten*); vt ſcriptorum vett. claſſicorum, Patrum cet. vel vnius adeo ſcriptoris cunctarum editionum. Huc referendae etiam ſingularis generis collectiones ampliſſimae e. g. controuerſiarum Pietiſticarum, Mazarinianorum ſcriptorum, cet.

VII. *Ob cenſuram rari.* Hinc oriunda librorum caritas diuerſi generis eſt:

1) omnimoda & abſoluta, ſi exemplarium magna copia oppreſſa flammisque tradita, vel venditio omnino vetita fuerit. Quo pertinent libri irreligioſi, heterodoxi, obſceni, ſeditioſi, ſatyrici, contumelioſi, famoſi, familiis principum infeſti.

2) ad certas regiones ſpectat, in quibus eorum vſus, propoſitis prohibitorum & expurgatorum librorum catalogis, vetitus eſt.

3) non niſi in ea exemplaria cadit, quae, reliquis omnibus corruptis & mutilatis, *ſola manſere integra*, non deprauata, non caſtrata.

VIII. *Per aduerſa fata, incendia, naufragia, rari & memorabiles facti.*

IX. *Singulari fortuna factoue memorabilia facta exemplaria.*

X.

nii (o) & *Schwimmeri* (p) *Hiſtoria philoſophica.* Hi ob id ipſum rari fiunt, quia negliguntur ab eruditis, nec digni habentur editione noua. Alii

Ee 2 deni-

X. *Per bibliopolium non diuulgati libri.* Ad hanc claſſem referendi:

1) Regum & Principum munificentia editi & honoris cauſſa inter paucos diſtributi libri.

2) Diſceptationes in cauſſis principum & priuatorum; Deductiones, Acta iudiciaria, *les Factums* appellant.

3) Scriptorum ipſorum ſumtibus editi libri. (*Selbſtverlag.*)

4) In priuatis typographeis excuſi.

5) Libri minores, publicis priuatisque, ſed non bibliopolarum ſumtibus promulgati, Diſputationes & Proluſiones vel Academicae vel Scholaſticae.

6) Libri apud exteros typis expreſſi linguisque peregrinis compoſiti, in noſtris bibliopoliis non proſtantes, quorum adeo notitia aegre ad nos peruenire ſolet. Quo remotiores ſunt regiones quoue minor commerciorum opportunitas, eo raritas maior.

7) Libri, quorum exigua exemplorum copia typis exſcripta, noua autem editio facta eſt nulla; cum *maiores* tum inprimis *libelli minimi* paucarum plagularum. (*Pieces volantes.*)

8) Libri omnino in bibliopoliis non amplius obuii, vnius editionis libri, praeſertim maioris momenti.

XI. *Libri, in ſolos exterorum vſus typis expreſſi*, vt Graecorum cet.

XII. *Libri haud vendibiles*, quorum argumentum ad paucorum ſtudia ſpectat, a bibliopolis ipſis maximam partem inter chartas emporeticas abiecti. Ea ſors crebro fuit librorum inſignis eruditionis & induſtriae.

XIII. *Libri non vulgari typorum genere expreſſi*, ſed iisdem, quibus codices MSS., capitalibus cet.

XIV. *Libri de notabili argumento*, quod nulli vel pauci ſcribendo ſunt perſecuti; in ſuo genere igitur vel optimi vel vnici.

(o) Vid. *Acta Philoſ.* P. VI. cap. 5.
(p) Ibid. cap. 7.

denique rari iuxta bonique ſunt: quorum raritas has potiſſimum cauſas habet. Nam *interdum* liber aliquis argumentum tractat de priuato quodam facto, cuius notitiam exactiorem habere perpaucorum intereſt. Huc refer *les Factums*, id eſt, acta iudicialia, in Gallia typis exſcribi ſolita. Pertinent huc etiam ſcripta eruditorum antagoniſtica, e. g. in cauſa Pietiſtica, Terminiſtica, ſimilibusque. *Deinde* & illi libri rari fiant neceſſe eſt, quorum argumentum non niſi ab exiguo eruditorum grege capitur & magni fit, e. g. libri *critici*, quorum aliquot nuper coniuncte recudenda curauit *Schminckius*. *Tertia* raritatis cauſa eſt paucitas (q) exemplorum typis exſcriptorum: *Quarta* defectus commerciorum, ob quem libri in Hiſpania excuſi his in oris ſunt rariſſimi: *Quinto* non poſſunt non rari eſſe libri, qui publico edicto ſupprimuntur, vel aliis fortunae caſibus, v. g. incendio, ad paucitatem exemplarium rediguntur. (VI. §. XXVIII.) *Sexto* de-

(q) E. g. *Ignatii Epiſtolae* ex MS. expreſſae Oxonii an. 1708. Vid. *Acta erud.* 1713 p. 399. Conf. ibidem p. 101. & 108. fine. Aliud exemplum inuenies in *Fabricii* Biblioth. Lat. lib. II. cap. 25. p. 503. & in *Actis erud.* ſupplem. T. IV. p. 225. Teſtatur & *Cruſius* in Diſſ. epiſt. ad *Wormium* 1728 edita p. 16., *Ge. Hooperi*, Epiſcopi Angliae, libellum *de Valentinianorum haereſi, eiusque origine*, Londini 1711 editum, ideo rariſſimum eſſe, quod tantum viginti quatuor exemplaria eius ſint impreſſione typorum confecta. Sic *Ioannis Comneni* edita an. 1701 in Walachia *Deſcriptio montis Atho* manſura videbatur fuiſſe incognita; quippe paucis eius exemplis a typographo deſcriptis, niſi eam in ſeptimo ſuae *Palaeographiae* libro iterum edidiſſet *Montefalconius*, qui, quae modo dixi, refert *lib. I. p.* 111.

deniqne libri quiuis rari fiant neceſſe eſt, quorum exempla decurſu temporis a bibliopolis diuendita ſunt, non ſuccedente; ob metum paucitatis emtorum; editione noua. Hinc rariſſimi non ita pridem erant *Tuldeni* libri *de cognitione ſui*, *Schefferi de philoſophia Italica*, *Gerardi a Roo Annales Auſtriae*, *Meziriaci Vita Aeſopi*, *Sexti Empirici* opera, *Keuenhülleri Annales* (*r*) *Ferdinandei*, *Launii* liber *de fortuna Ariſtotelis Pariſienſi*, *Naudaei Additiones ad hiſtoriam Ludouici XI*, *Richardi Burii Philobiblion*, etc. qui nunc, poſtquam iterata (*s*) eorum fuit editio, venales paſſim proſtant. Adeo quoque ſe ſubduxerat eruditorum oculis *Hamelmanni Hiſtoria Euangelii renati per inferiorem Saxoniam*, an. 1711 recuſa Lemgouiae, vt in ſua *Hiſtoria Lutheraniſmi* vti ea non poſſet (*t*) *Seckendorfius*. Hac eadem de cauſa Diſputationes Academicae, etiam longe eruditiſſimae, exiguo temporis ſpatio fiunt rariſſimae: adeoque laude digni ſunt, qui, *Graeuii Crenii*que exemplo, ſelectas Diſputationes vnum (*u*) in

 volu-

(*r*) Vid. *Catalogus Hiſtoricorum Fresnoio-Menckenianus* p. 130. & Germanice ſcripta *Acta erud.* T. II. p. 185 ſqq.

(*s*) Hoc modo multis hiſtoriae Italicae ſcriptoribus raritatis pretium detraxit *Burmannus*, dum eos collocauit in *Theſauro* ſuo *Hiſtoriae Italicae*.

(*t*) Obſeruauit hoc *D. Gudenius*, eruditiſſimus Saxoniae noſtrae Theologus, & Gottingenſis tum Eccleſiae, tum Scholae Regiae nuper doctor primarius, in Diſſert. de *Erneſto*, Duce Br. & Lüneb. §. IX.

(*u*) Sic *Kappius* edidit *Orationum*, *Gabr. Ternius Programmatum exegeticorum* Syllogen; *Gothofr. Menthenii* auſpiciis prodiit *Theſaurus Diſſert. philolog. ad N. T.*

volumen collectas iterum numeroſiſſime exſcribendas curant; cuius laudis in ſocietatem etiam illi ſunt admittendi, qui praeſtantes libros e tenebris eruunt, nouaque editione reddunt parabiles: item ii, qui ſaltim excerpta e rarioribus libris exhibent: id quod fecit *Richardus Simonius* in *Bibliotheca critica* an. 1708 edita, nec non *Larockius* in *Bibliotheca* (x) *curioſa*, atque *Groſchuffius* in Rengeriana librorum rariorum collectione.

§. 138.

Catalogi librorum rariorum.

(VI. §. XXIX.) Ad conſequendam librorum rariorum notitiam ſubſidio eſſe poſſunt editi eorum catalogi; quam ob rem praecipuos ex his recenſere conuenit. Lectu digna eſt Henr. Auguſtini Groſchuffii *Praefatio*, iam commemoratae *Nouae librorum rarior. Collect.* (*Hal. 1709. 8.*) praefixa, in qua de libris rarioribus docte diſſeruit: cui iungendae duae de eodem argumento Diſſertationes *Reimmanni*, Tomo decimo *Obſeruationum Halenſium* inſertae, octaua & nona. Ne-

N. T. duobus tomis conſtans; *Bernizii* & *Arkelii* cura *Faſciculus* duplex *Diſſertationum philologicarum*. Eodem conſilio *Struuius* raritatis maximae praeſtantiſſimos libellos luci reddere inſtituit, editis an. 1719. *Bibliothecae rariorum librorum* Tomis duobus. Pertinet huc longa illa & docta *Seuerini Lintrupii* Diſſertatio de optimis Academicis Diſputationibus in volumina colligendis, quae partitim exhibetur in *Nouis literariis maris Balthici* an. 1701 p. 176 ſqq. & an. 1702 p. 185. & alibi locorum.

(x) Vid. *Acta erud.* 1711 p. 188. Huc pertinet *la Bibliotheque volante*, quae an. 1700 aliquot faſciculis prodiit. Vid. *Monatl. Auszüge.*

Neque contemnenda eſt *Wendleri* Diſputatio *de variis raritatis librorum cauſis*, in Academia Ienenſi an. 1711 edita. Exſtat etiam *Theod. Cruſii de libris perraris* Diſſertatio in *Amoenitatibus literariis* Germanice ſcriptis, (*Vergnügung* (y) *müſſiger Stunden*,) & altera *Schelhornii* in huius (z) *Amoenitatibus* doctiſſimis: quibus poſtea acceſſit *Aug. Beyeri* libellus *de libris rarioribus*, & *Io. Lud. Bünemanni Catalogus Hiſtorico-criticus librorum rariorum*, & *Theophili Sinceri* (hoc eſt, *Io. Schwindelii*, Paſtoris Noribergenſis,) *Nachricht von raren Büchern*. Memorari & hic debet *Io. Chriſtoph. Coleri Anthologia*: quippe quo in libro non ſolum recenſentur libri perraro obuii, ſed etiam potiora inde excerpta exhibentur. Et quam magnam librorum rarorum multitudinem habet *Bibliotheca Theologica Reimmanniana* nuper edita! Imo maximam illius bibliothecae librorum partem nihil magis commendat, quam ſua raritas. Poſtea Londini 1726 de rarioribus Italica lingua ſcriptis liber (*) ſingularis editus eſt. Praecipuae vtilitatis & amplioris vſus eſt Io. Vogtii *Catal. hiſt. crit. libror. rarior.*, primum 1732 deinde 1738, tum 1747, poſtremo 1753. *Hamburgi*, 8. editus; ad Vogtianum catalogum exhibuit *Spicilegium* inſigne *Dan. Gerdeſius* in *Miſcellaneorum Groninganorum* T. II. p. 643-706. & T. III. p. 65-

(y) XV. n. I. p. 185 ſq. & p. 239.

(z) T. II. Differt. I. & T. V. p. 239 ſqq.

(*) Recenſetur in Nouis Supplementis *Actorum eruditorum* T. III. p. 512 ſq. vbi & indicatur, auctorem eius eſſe *Nic. Franc. Haymium*, Romanum. Auctior recuſus eſt liber Ven. 1728, 1741. 4.

p. 65-123. Hic etiam 1747 edidit Groningae *Florilegium hiſtorico - criticum librorum rariorum.* Admirandus vero in primis eſt *Sam. Engelii Catalogus* (**) *librorum rariſſimorum, quos maximis ſumtibus collegit ipſe*, Bernae 1743 editus, & notis inſtructus criticis. Stupendae induſtriae opus deinde editum Gottingae, *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique, ou Catalogue raiſonné de livres difficiles à trouver, par David Clement.* Tomus primus prodiit 1750, ſecundus 1751, tertius 1752, quartus Hannon. 1753, quintus 1754, ſextus Lipſ. 1756, ſeptimus 1757, octauus 1759, nonus 1760. 4. Hic quidem abruptum eſt opus ac deinde mutilum manſit. Nonus tomus deſinit in voce *Heſſus.* Ex reliquis hoc opere vel antiquioribus vel recentioribus catalogis praeterea hi commemorandi: Fr. Gotth. Freytag 1) *Analecta de libris rarioribus. Lipſ. 1750. 8.* 2) *Apparatus literarius. To. I-III. ib. 1752-1755. 8.* 3) *Nachrichten von ſeltenen und merkw. Büchern. Gotha 1776. 8.* Melch. Lud. Widekind *Ausführliches Verzeichniſs von raren Büchern. St. I. II. Berlin 1753. 8.* Guil. Franc. de Bure *Bibliographie inſtructive, où Traité de la connoiſſance des livres rares & ſinguliers. Vol. I. Theologie, Par. 1763. Vol. II. Iurispr. Sciences & Arts. ib. 1764. Vol. III. To. I. II. Belles L. ib. 1765. avec Supplement To. I. II. ib. 1769. 8.* I. B. L. Osmont *Dictionaire typographique, hiſtorique & critique des Livres rares. To. I. II. Par. 1768. 8.* Ex antiquioribus catalogis pleraque coniuncta tenet *Bibliotheca librorum rariorum vniuer-*

(**) Huius catalogi aliquam notitiam petas licet e *Nouis literariis Gottingenſibus* anni 1744. p. 132 ſqq.

uerſalis, *oder Vollſtändiges Verzeichniſs rarer Bücher etc. von* Io. Iac. Bauer. P. I-V. Nürnb. 1770-1772. c. *Supplementis T. I. II. ib. 1774. 8.* Poſt Baueri mortem *Hummelius*, Rector Scholae Altorf., operis curam geſſit. Auxerunt deinde librorum rariorum bibliothecam hi libri: Andr. Gottlieb Maſch *Beyträge zur Geſchichte merkwürdiger Bücher. Büzow und Wism. 1769 ſqq. 8. P. I-IX.* Io. Fr. Eckhard's *Nachrichten von einigen ſeltenen Büchern* etc. *Eiſenach, 1775. 8.* Bern. Fr. Hummel's *Neue Bibliothek von ſeltenen und ſehr ſeltenen Büchern und Schriften. Nürnb. 1776-1782. 8. 3 Voll.* Car. Beni. Lengnich's *Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde. Danz. 1780-1782. 8. 2 Voll.* Aug. Fr. Pfeiffer *Beyträge zur Kenntniſs alter Bücher und Handſchriften. Hof, 1783. 8.* Inſpicere etiam iuuabit Eraſmi Nyerupii *Spicileg. bibliograph. Specimen I. II. III. Hafn. 1782. 8.* eiusque *Notitiam librorum, qui ante reformationem in ſcholis praelegebantur. ib. 1784. 8.* Librorum deſcriptiones indicesque, quorum argumentum latius pateat, vt *Baumgartenii* notitias librorum memorabilium cet. conſulto praeterii. Alioquin nonnullarum bibliothecarum priuatarum catalogi, in quibus rariores libri accuratius indicati ſunt, vtique commemorandi fuiſſent. Eminet hoc nomine *Catalogue raiſonnée de la Collection des Livres de Mr.* Pierre Ant. Crevenna, *1776. 4. 6 Voll.* Elenchum ſcriptorum, qui librorum rariorum notitiam exhibuerunt, quaeras in *prooemio Vogtiani libelli*, in *Catal. Bibl. Bünau. To. I. p. 503 ſqq.* & in *Biblioth. H. L. Struu. Iugler. Vol. I. p. 751 ſqq.*

§. 139.

Exempla librorum rariorum.

(VI. §. XXX.) Addam & ipſe aliquot librorum rariorum (*a*) mentionem, vt ne hoc quidem e loco diſcedam ἀσύμβολος. Per igitur rarorum librorum in claſſem refer *Henrici Stephani* (*b*) librum *de origine mendorum*, *Scultingii* (*c*) *Biblio-*

(*a*) Quinque libros anti-Iudaicos rariſſimos recenſet *Wolfius* Biblioth. Hebr. T. II. p. 1110 ſqq. De Naudaei rariſſimo libro, *Le Maſcurat* inſcripto, vid. *Gryphius* lib. de hiſtoricis ſaeculi XVII. cap. IV. p. 259 ſq. Ipſe Heumann. in *Actis Philoſophorum* plures libros ſingulari raritate notabiles recenſuit: qui & in *Hiſtoria Gymnaſii Gottingenſis* cap. IV. §. 25 ſqq. perrarum eundemque bonum librum *Tilemanni Friſii*, cui titulus *Münz-Spiegel*, recenſuit copioſe.

(*b*) *Struuius* Introd. cap. II. §. 15. edit. primae p. 70. negauit, hunc *Stephani* librum vnquam editum fuiſſe. Poſtea ſecundae editionis cap. V. §. 21. p. 239. memorauit, *Stephanum* ſpecimen libri de origine mendorum edidiſſe. Caeterum adhuc credit, ipſum librum non fuiſſe confectum editumque. Sed praeterquam, quod pſeudonymus, a *Struuio* adductus, iſtum librum laudat tanquam ſuis vſurpatum oculis, ipſe *Stephanus* in Epiſtola *de ſuae typographiae ſtatu* (quae & exſtat in *Vitis Stephanorum* a *Mattairio* editis, p. 305.) p. 5: *Quem*, inquit, *olim pollicitus* de origine mendorum *librum, aliquando tandem & ipſum in lucem prodire ſinam.* Etiam Schediaſm. lib. II. cap. 13. innuit *Stephanus*, ſe iam edidiſſe hunc librum. *Origines mendorum*, inquit, *pleraſque alibi memoraui.* Imo & *Honorius de S. Maria* in ſuis *Reflexionibus criticis* p. 7. teſtis eſt, exſtare hunc libellum, & eſſe libellum paruulum. Edidit quidem *Stephanus Caſtigationes quam plurimorum Ciceronis locorum*, in eiusque libelli fine, exempla variorum in Cicerone mendorum, & eorum cauſas, recenſuit. Sed aliud, & quidem longe maius opus eſſe, quod *de origine mendorum*

bliothecam eccleſiaſticam, *Benedicti Winckleri* libros *V.* (*d*) *de principiis iuris*, *Derodonis* librum (*e*) *contra Concilium Epheſinum*, *Hartmanni Schedelii* & *Sebaſt. Franckii Chronica*, *Braſichellani Indicem* (*f*) *expurgatorium*, *Decembrii Politiam literariam*, *Petri Martyris Anglerii Epiſtolas*, *Blondellum de Sibyllis*, *Anonymi* (*g*) *Onus Eccleſiae*, *Campanellae Syntagma de libris propriis*, *Bodini Theatrum Naturae*, *Io. Baptiſtae Ferreti* (*h*) *Muſas lapidarias*, *Alphonſi Conradi Commentarium in Apocalypſin*, *Io. Bapt. Criſpi* opus *de Platone caute legendo*, *Pomponatii* ſcripta, *Ioannis Erigenae Phyſiologiam*, *Nicolai Securi* librum *de ſalute Platonis*, *Tritbemii Epiſtolas familiares*, *Iordani Bruni* ſcripta, *Huarti Scrutinium ingeniorum*, *Sebaſtiani* (*i*) *Baſſonis Philoſophiae naturalis aduerſus Ariſtotelem libros XII.*, *Hobbeſii Opera philoſophica*, *Schen-*

dorum compoſuerat, clariſſime docetur in *Kohlii* Nouis literariis anni 1738 p. 34. Quare nunc tandem aſſentior *Struuio*, nondum editum eſſe hunc librum, vehementer optans, vt e ſuis tenebris aliquando in lucem proferatur artis Criticae cultoribus futurus vtiliſſimus.

(*c*) Vid. *Acta erud.* 1710 p. 283.

(*d*) Recenſet hoc opus *Ge. Beierus* in *Notitia auctorum Iuridicorum* p. 60 ſqq.

(*e*) Vid. *Bayle* Diction. v. *Rodon.*

(*f*) Vid. *Obſ. Hal.* T. III. n. VI. & *Vergnügung müſſiger Stunden*, & *Alton. Gel. Zeit.* anni 1745 p. 305 ſqq. Vberiorem eius *Indicis notitiam* eodem anno edidit Altorfii *Nic. Ern. Zobelius.*

(*g*) Vid. Heumanni liber *de Anonymis* pag. 151.

(*h*) Veronae 1672 fol.

(*i*) Hunc vna cum ſcriptis ſuis ſibi ignotum eſſe, fatebatur *Chriſt. Thomaſius* Orat. p. 18 ſq. Nec *Morhoſio* cognitum fuit illud *Baſſonis* opus. Recenſuit igitur id Heumannus hoc nomine cupidius in *Actis Philoſ.* T. III. p. 939 ſqq.

Schenckelii Memoriam artificialem, *Gewoldi Defenſionem Imp. Ludouici IV.*, *Des derniers efforts de l'innocence affligée*, librum ſub regina Galliae, Catharina, a Reformato quodam emiſſum, rariſſimum & ſimul ſuo in genere incomparabilem eſſe, docet *Baelius* in ſua *Critique de l'Hiſtoire du Calviniſme de Maimbourg* T. I. p. 130. De libello longe rariſſimo *Nicolai Guiberti de vaſis veterum murrinis* inſpiciatur *Io. Frid. Chriſtii* Diſſertatio de iisdem, Lipſiae 1743 edita, p. 23 & 51. De *Melanchthonis Hypotypoſibus Italico ſermone editis* exſtat *Iacobi Bruckeri* Diſſertatio in Nouorum Miſcellaneorum Lipſienſium primo Tomo p. 628 ſqq.

§. 140.

Exempla plura e Freſnoii Catalogo hiſtoricorum.

(VI. §. XXXI.) Non erit, opinor, lectoribus meis moleſtum, hoc loco recognoſcere libros rariores, quorum indicium mihi fecit *Catalogus hiſtoricorum Freſnoio-Menckenianus.* Ibi ſcilicet memorantur ſequentes: *Petri Bertii Theatrum Geographiae veteris* p. 21; *Antonini Itinerarium cum notis Hieron. Suritae* p. 22; *Ioannis Blaeu Atlas* (k) *Magnus*, duodecim voluminibus conſtans, p. 24; *Gabr. Prateoli Elenchus haereticorum omnium* p. 42; *Ioan. Cochlaei Hiſtoria Huſſitarum* p. 45 & 148; *Herib. Rosweidi Vitae Patrum* p. 49; *Origines Murenſis monaſterii in Heluetia* p. 52; *Matth. Marrierii & Andr. Quercetani Bibliotheca Cluniacenſis* p. 53; *Statuta antiqua ordinis Carthuſianorum* p. 59; *Barth. de Piſis liber conformitatum, vitae S. Franciſci* cum

(k) Conf. *Struuius* Introd. cap. V. §. 20. p. 235. Ex ed. *Iugleri* Vol. I. p. 749. Vol. III. p. 2225.

cum vita Ieſu Chriſti p. 64; *Morini des defauts du gouvernement de l'Oratoire* p. 69; *Kircheri Oedipus Aegyptiacus* p. 76; *Nic. Bergierii Hiſtoire des grands chemins de l'Empire Romain* p. 88; *Henr. Caniſii Lectiones antiquae* p. 118; *Goldaſtus de regno Bohemiae* p. 149; *Virginum ſacrarum monumenta* p. 168; *Goldaſti ſcriptores rerum Sueuicarum* p. 173; *Du Cheſne Scriptores hiſtoriae Francorum* p. 189; *Volumen epiſtolarum, quas Romani Pontifices miſerunt ad Carolum Martellum, Pipinum, & Carolum Magnum, editum a Gretſero* p. 198; *Rob. Guagnini & Io. Raulini Epiſtolae* p. 212; *Hieronymi de la Garde Memoire ſur la mort d'Henri IV* p. 235; *Vict. Siri Memorie recondite dall' anno* 1601 *ſino all' anno* 1640 p. 238; *Sammarthanorum Gallia Chriſtiana* p. 268; *Petri Saxii* (l) *Pontificium Arelatenſe* p. 291; *Ioſephus Texeira de Portugallia* p. 317; *Vincentius* (m) *Mirabella de Syracuſa* p. 341; *Leon. Auguſtinus de Sicilia* p. 342; *Io. Mich. Bruti hiſtoria* (n) *Florentina* p. 345; *Platinae Hiſtoria vrbis Mantuae* p. 348; *Dugdalii Monaſticum Anglicanum* p. 400; *Simonis Okolsky Orbis Poloniae* p. 407; *Olai Rudbeckii* (*) *Atlantica* p. 410; *Caroli*

(l) De hoc libro vid. *Gaſſendus* in Vita Peireſcii lib. IV. p. 222 ſq. & *Tenzelius* an. 1706 p. 115 ſqq. Recuſus vero nuper hic liber eſt in *Menckenii* Tomo primo *Scriptorum rerum Germanicarum.*

(m) Hic liber non ita pridem fuit recuſus. Vid. *Acta erud.* 1720 p. 4.

(n) Cf. *Freſnoii* Methodus legendi hiſtoriam p. 194.

(*) Quarta eademque vltima huius operis Pars eſt longe rariſſima. Cuius raritatis cauſa profertur in *Kohlii* Nouis literariis anni 1741 p. 459 ſq. Idem an. 1743 p. 9. docet, eiusdem *Rudbeckii Camporum Elyſiorum* Partis primae duo duntaxat ſub ſole eſſe exemplaria, horumque poſſeſſores ſimul indicat.

Caroli Ogerii Iter Danicum p. 417; *Samuelis Guichenonii Genealogia Sabaudiae* p. 438; *Hieronymi Henninges* (o) *Theatrum genealogicum*.

§. 141.

Raritatis librorum gradus.

(VI. §. XXXII.) Raritatis librorum gradus paene infiniti ſunt. In nonnullis ipſa loca & tempora rem variant. Sed vulgo a rei bibliographicae auctoribus ſex raritatis librorum gradus conſtitui & ſingularibus nominibus deſignari animaduertimus. Diſtinguuntur enim 1) *minus obuii*; 2) *rari*; 3) *rariores*; 4) *rariſſimi*; 5) *extremae raritatis*; 6) *librorum Phoenices*; quos etiam primi, ſecundi, tertii cet. gradus libros raros appellare licet. Propoſitis reliquorum graduum exemplis, ſupereſt, vt ſupremam etiam claſſem deſcribamus nonnullisque ſpeciminibus illuſtremus. Sunt vero libri nonnulli vsque eo rari, vt vix in quingenteſima quaque bibliotheca reperiantur, quos proinde *phoenices librorum* iure vocaueris. His omnino accenſenda impreſſionis tabellaris ſ. xylographicae exemplaria & typographiae prima monumenta, vt Pſalterium Fauſti & Schoefferi, cuius non niſi quinque exemplaria extare obſeruatum eſt. (Vid. Denis *Bücherkunde* I. p. 104.) Nos praeterea ſex alia adiungamus exempla. Talis eſt *Curtius* vna cum variantibus lectionibus codicis MS. Theocrenìani editus: quem nusquam obuium eſſe, docet

(o) De hoc omnino vid. *Reimmanni* Hiſtoria ſtudii genealogici p. 64 ſqq. editionis primae.

cet ac dolet (p) *Schnackenburgius* in Praef. ad *Curtium* ſuum *p. 4.* Mihi vero, duo eius exempla accipere, contigit, quorum alterum inſerendum duxi bibliothecae *Vffenbachianae*, cuius in Catalogo id producitur *To. IV. p. 164.* Secundo loco nomino *Poëma* cuiusdam Scholaſtici *de Ariſtotele, praecurſore Chriſti*, quod, omiſſis annotationibus ſui auctoris, rurſus edidi in *Actis* (q) *philoſophorum*, ipſum vero vetus & inſigni prorſus raritate notabile exemplar inſerui bibliothecae Gymnaſii Gottingenſis. Alterum vero huius poëmatis exemplar in bibliotheca Ducis Vinarienſis, tertium in bibliotheca Gymnaſii Rotenburgenſis ad Tubarim, aſſeruari, docuerunt me doctiſſimi fratres, *Io. Matthias* & *Andr. Sam. Geſneri*, ille in *Notitia bibliothecae Schurzfleiſchianae p. 54 ſq.* hic in *Notitia bibliothecae Rotenburgenſis Gymnaſii*, Tomo primo *Sylloges Bleyſchlagianae* inſerta, *p. 755.* Tertium huius generis librorum locum occupet *Erneſti, Landgrauii Haſſiae, Catholicus diſcretus*, cuius publicauit recenſionem *Haſaeus* in Tomo ſecundo *Muſei* (r) *Bremen-*

(p) Conf. *Fabricius* Bibl. Lat. T. II. p. 717. & *Heumanni* libellus *de anonymis* p. 127. Addo nunc, *Curtium* hunc iterum excuſum eſſe *Lugduni, apud Paulum Frellon & Abraham Cloquemin* 1592 in 12. Vix ouum tam ouo ſimile, quam editio haec priori: vt facile credas, nouum duntaxat libro praefixum eſſe titulum. At reperi in pagina quadam editionis prioris, & quidem in margine, *tubarum*, pro quo perperam in poſteriori eſt: *turbarum.* Hinc manifeſtum eſt, a diuerſis haſce duas editiones profectas eſſe typographis. Caeterum non niſi ſemel oculis occurrit meis poſterior haec editio.

(q) T. III. p. 345 ſqq.

(r) Conf. *Placcii* Theatrum Anonymorum n. 1699 &.

menſis p. 501 ſqq. Quartus huius notae liber eſt is, quem *Lud. Septalius* edidit *de re familiari*: quem extare (*s*), dubitari vetat eruditiſſimus Abbatis *Fabricii* filius, Profeſſor nunc Academiae Iuliae, quippe qui librum iſtum ſecum retulit ex Italia. Quintum locum hic teneat liber Vittebergae 1529 editus: *Pentateuchus, liber Ioſuae, liber Iudicum, libri Regum, Nouum Teſtamentum*: de quo opere, *Luthero* tribui ſolito, Diſſertationem inſerui Tomo quinto *Actorum hiſtorico-eccleſiaſticorum* p. 522-540. Denique hunc eſt in cenſum referenda prima editio *Carolini* operis *de cultu imaginum*: cuius quam ſingularis ſit raritas, ipſe docui in praefatione ad nouam huius operis editionem.

§. 142.

Libri malae notae. Athei.

(VI. §. XXXIII.) Venio ad libros malae notae, quorum plerique & ipſi perrari ſunt. Ii trium ſunt generum. Primum genus eſt (*t*) atheorum. Huc refer *Vanini* ſcripta, *Pomponatii, Spinozae, Curbachii, Wirmarſii*; *Machiauelli* (*u*) *Principem*,

(*s*) Vid. *Stollii Neue Zuſätze zur Hiſtorie der Gelahrheit* p. 90 ſq. Exſtare hunc librum hoc ſub titulo: *Lud. Septalii de ratione inſtituendae & gubernandae familiae libri V. Mediol.* 1626 *in* 8. docetur in *Kohlii* Nouis literariis anni 1734 p. 285. Imo recenſuit hoc *Septalii* opus *Schelhornius* in Amoenit. Hiſt. eccl. T. I. p. 936 ſqq.

(*t*) Libros atheorum, quorum ingentem multitudinem poſſidet *Reimmannus*, ipſe recenſet in *Bibliotheca* ſua p. 972-1137. Caeterorum quoque paradoxicorum librorum quanta ipſi eſt copia a. p. 677-778!

(*u*) *Buſſierius* Hiſt. Gall. lib. XXI. cap. 26. p. 35. refert, Henricum III, regem *vnum inprimis Machiaui-l...*

cipem, *Tolandi Origines Iudaicas*, *Collini* librum *de libertate cogitandi*. Librum enim *de tribus impoſtoribus*, de quo *Struuius* copioſe egit in libello *de doctis impoſtoribus*, nunquam prodiiſſe typis exſcriptum, imo ne compoſitum (*x*) quidem fuiſſe, *Monnoius* demonſtraſſe videtur ſingulari (*y*) Diſſer-

lum legiſſe amaſſeque; & lib. XXII. cap. 27. p. 402 addit, eundem ducem ſecutum fuiſſe Ducem Nemurſium. Fauentiſſimum vero iudicem nuper Politicus ille accepit, *Io. Frid. Chriſtium*, cuius acumini an ſuccubitura ſit *Conringii* ſententia, qua nec pro viro eximiae prudentiae habetur *Machiauellus*, & Epicureorum, hoc eſt, diuinam prouidentiam non agnoſcentium, gregi adſcribitur, dies docebit. Ego quidem, etſi, cum aliquando legi illum *Principem*, clariſſima mihi viſus ſum deprehendiſſe impietatis veſtigia, tamen paratus ſum, a *Conringio* deficere, imo a memetipſo, vbi lectio *Chriſtiani* operis prorſus alium mihi repraeſentauerit Florentinum illum. Interea referre liceat, doctiſſimo cuidam viro, in *Bibliotheque raiſonnée* T. XI. p. 362 ſqq., lauiſſe Aethiopem videri *Chriſtium*, virum alioqui acutiſſimum.

(*x*) Proximae tamen aetatis nebulo quidam librum huius tituli compoſuit, qui commemoratur in *Biblioth. Vffenbach.* T. III. p. 681. Vid. *Kochii* Obſ. miſcell. T. II. p. 364 ſqq. *Placcius* in Theatro Anon. num. 893. p. 184-196. *La Croze* Entretiens Dial. IV. p. 328 ſq. & 334. *Bierlingius* Pyrrhon. hiſt. cap. V. p. 256 ſq. *Fabricius* de ſcript. de verit. relig. chriſt. cap. 22. p. 475; *Annales Acad. Iuliae* Sem. II. *Coleri* Anthol. p. 196 ſq. *Rich. Simonius* Epiſt. ſel. T. I. n. 18. & p. 216; *Bibliotheca Reimmanniana* p. 980 ſq. & 1048. *Vnſchuldige Nachrichten* 1733. p. 762 ſqq. *Recueil de literature*, qui libellus Amſtelodami 1730 eſt editus, p. 33 ſqq. *Woldebrand Voigt* in Brem- und Verdiſchen Heb-Opfer T. I. p. 867 ſqq.

(*y*) Cum contra hanc Diſſertationem Hagae 1716 edita fuiſſet *Reponſe à la Diſſertation de Mr. de la Monnoie*

ſertatione, tomo quarto *Menagianorum* anne-xa. Eſt vero & illud animaduertendum, multos libros in claſſem hanc referri ſumma iniuria: id quod accidit *Hiſtoriae* (z) *Seuarambum*, *Baelii commentario philoſophico de tolerantia religionum*, *Jordani Bruni* libro *de mundis innumerabilibus*, *Homini* (a) *politico*, *Thomae Brownii Religioni* (b) *Medici*, *Bernardini Ochini* (α) ſcriptis, *Thomaſii* (c) Diſputationi *de crimine magiae*.

§. 143.

nois ſur le Traité de tribus impoſtoribus, (quae perpaulo poſt recuſa eſt in *I. G. Krauſii Vmſtändlicher Bücher-Hiſtorie* P. II. p. 284 ſqq.) ſuam *Monnoius* vel potius *Monetarius* reſponſionem edidit in *Mémoires de literature* T. I. p. 380 ſqq.

(z) Equidem ipſe ſuſpectum profanae mentis habui auctorem huius *Hiſtoriae* in libro de *Anonymis* p. 165; ſed poſt iteratam, eamque accuratiſſimam, illius operis lectionem agnoui, ei non fuiſſe mentem de religionis Chriſtianae diuinitate dubiam.

(a) Vid. meus libellus *de Anonymis* p. 95 ſq. vbi auctorem huius libelli ab impietatis crimine defendi. Non quidem ſatisfecit iſta mea apologia *Reimmanno*, cuius vid. *Bibliotheca* p. 135 & 1113. Sed probaturus eam, opinor, erat, ſi legiſſet, in quae poſtea incidi, verba *Spizelii*, quae ex ipſius *Infelice literato*, & quidem e cap. 826 repeto. *Planiſſime mihi perſuaſeram*, inquit, *anonymum illum* Politici hominis *informatorem eſſe atheum, ac proinde eius effata tum in Epiſtola* de eradicando atheiſmo, *tum in* Felicis literati *Commentat. I. num. XI. fueram deteſtatus. Attamen, cum nuper ex amici cuiusdam indicio cognouerim, ſtriptum illud nonniſi ſatyricum eſſe, — non potui non ea de re operis mei anagnoſtas facere certiores, vt ipſi mecum ſiniſtram omnem de auctore illo opinionem abiiciant*, caetera.

(b) Religio medici *vehementer me delectauit. Vtinam nemo Medicorum, imo Theologorum, illo homine ſit*

§. 143.

Infeſti in religionem Chriſtianam.

(VI. §. XXXIV.) Alter librorum mali commatis ordo complectitur eos, qui religionem quidem non tollunt omnem, ſed Chriſtianae tamen aduerſantur eiusque fundamenta ſubruunt. Huc pertinent *Io. Lyſeri* (*) ſcripta pro polygamia, *Daphnaei Arcuarii Betrachtung des Eheſtandes*, *Peyrerius de Praeadamitis*, *Hobbeſii Leuiathan*, *Beckeri Mundus* (**) *faſcinatus*, *Herberti Cherburii* liber *de religione*, anonymi, qui eſt *Ludouicus Meyerus*, Amſtelodamenſis medicus, *Philoſophia* (***) *Scripturae interpres*, *Beuerlandus de peccato originis*, *Mich. Serueti* libri ſeptem *de Trinitatis erroribus*. Caeterum huius furfuris libri alii ſunt *theoretici*, alii *practici*. Theoreticis illis, quos modo nominaui, adiungantur practici, quorum rurſus plures ſunt claſſes. Alii namque ſunt *fanatici*, e. g. *Kuhlmanni Neubegeiſterter*

ſit minus religioſus! inquit *Conringius* in *Conringianis* p. 10. Adi & *G. Arnoldi Hiſt. Theol. Betrachtungen* p. 589 & 614.

(*a*) Vid. Obſ. ſelect. Hal. T. IV. p. 406 ſqq. & T. V. p. 1 ſqq.

(*c*) Vid. *Mich. Dau*, Profeſſoris Pernauienſis, Epiſtola de atheiſmo, qui *Chriſt. Thomaſio* iniuſte imputatur, an. 1700 edita, deinde *Programmatibus Thomaſianis* inſerta p. 549 ſqq.

(*) De hoc *Lyſero*, *Baelius* agit in Dictionario, & copioſius *Niceronius* T. XXXIX. p. 386 ſqq.

(**) Vid. *Hauberi* Bibliotheca Magica T. I. p. 565 ſqq. & T. III. p. 143.

(***) Vid. Heumanni *de Anonymis* liber p. 100 ſqq.

Böhme; alii *magici*, v. g. *Clauiculae* (*d*) *Salomonis*; alii *obſceni*, vt *Ioannis Meurſii Elegantiae Latini ſermonis*, vna cum annexis *Aloiſiae Sigaeae* (*e*) *Satyris Sotadicis*. Accidit vero interdum, vt & hanc in claſſem reiiciantur libri meliore loco digni: idque fere fit a fidelibus quidem illis, ſed iuſto feruentioribus orthodoxiae patronis. Ita inter *empaectas*, de quibus praedixit *Petrus* (*f*) apoſtolus, immerito referuntur *Bernardus Connorus* ob editum (*g*) *Euangelium Medici*, *Thomas Burnetius*

(*d*) De his vid. Rengeriana *Noua librorum rarior. collectio* faſc. IV. p. 747 ſqq. & (Adelung) *Geſchichte der menſchlichen Narrheit*, P. VI. p. 344 ſqq.

(*e*) Neque *Meurſius* neque *Sigaea* quicquam ſui habet in hoc opere. Auctori nomen fuiſſe *Weſtrenio*, tradit *Struuius* in Diſſ. de doctis impoſtoribus §. 36. & alius quidam in *Reimari* Vita *I. A. Fabricii* p. 332 ſq. Verum editor ille fuit, non auctor. Compoſitum enim eſſe librum iſtum a *Nicolao Chorerio*, ICto Gratianopolitano, docet *Niceronius* in T. XXXVI. Idem igitur fatum *Sigaea* habuit, quod olim *Philaenis*, de qua vid. *Athenaeus* lib. VIII. p. 335. Caeterum quo anno liber ille multo ſpurciſſimus, aeterniſque tenebris dignus, emiſſus ſit in lucem, & qua in vrbe, titulus eius non docet. Is enim ſola haec verba praefert: *Ioannis Meurſii Elegantiae Latini ſermonis*.

(*f*) 2 Petr. III. 3.

(*g*) *Connori* Euangelium Medici *multa egregia & ad defendendam veritatem religionis Chriſtianae auctoritatemque Scripturae S. aptiſſima continet, quamuis erroribus paradoxis non careat*, inquit Theologus tunc Altorfinus, *Feuerlinus* in tab. XII. *Curſus* ſui *philoſophici*. *Thomaſius* Cautel. P. II. cap. 6. §. 3. p. 52. & Iurisprud. iudic. cap. 10. p. 116. iudicat, bonum eſſe illum *Connori* librum, ſcriptum ſcilicet ad defendendam miraculorum poſſibilitatem, ſed non eſſe neceſſarium. Benigne item de hoc libro *Connori* iudicat *Buddeus* Inſtit. Theol. dogm. lib. II. cap. I. §. 30. 232.

tius (h) ob *Theoriam* ſuam *telluris*, *Io. Lockius* ob librum (*i*) *de rationalitate Chriſtianae religionis*, & anonymus (cui nomen *Bernardus Mandeville*,) ob *Cogitationes (k) liberas.*

§. 144.

Seditioſi.

(VI. §. XXXV.) Tertia claſſis eſt librorum ſeditioſorum. In his eminent *Stephani Iunii Bruti Vindiciae contra tyrannos*, *Hippolithi a Lapide* liber *de ratione ſtatus in Imperio Germanico*, *Io. Miltoni defenſio pro populo Anglicano contra Salmaſium*, *Wilh. Allenii* libellulus (*l*) *de iure occidendi tyrannum.* Adi ſis *Ackeri* Diatriben *de monarchomachis*. Mul-

(*h*) *Burnetii* libri duo poſtumi, argumenti theologici, docent, eum quidem ingenii laſciuientis vitio nonnullos incidiſſe in errores, ſed animum eius longiſſime abfuiſſe ab impietate & a ſacri codicis contemtu. Ac mitius de *Burnetiana Theoria* ſentit *Buddeus* Philoſ. theor. P. III. cap. 1. §. 11. & *Thomaſius* T. I. Obſ. Hal. 18. p. 294. Conf. *Spanhemius* in Elencho controuerſiarum p. 784 ſqq. & *Acta erud.* Suppl. T. VIII. p. 288.

(*i*) Hunc qui non ipſum perlegendi otium habet, accuratam eius recenſionem legat in *Hiſt. Crit. de la rep. des lettres* T. X. p. 1-39.

(*k*) *Penſées libres*, edit. 1723. Vid. *Coleri*, Theologi Vinarienſis, *Theol. Biblioth.* T. I. p. 375. & 513 ſqq. ac *Thomaſii Gemiſchte Händel* T. II. p. 688 ſq. & *Weismanni* Schediaſmata Academica p. 217. itemque *Reimmanni* Catalogus librorum ſuorum criticus p. 1066 ſq.

(*l*) Meis eſt in manibus editio Lugd. 1658 ita inſcripta: *Traité politique, que luer un Tyran n'eſt pas un meurtre.* De hoc libro vid. & *Placcii* Theatrum anon. n. 2114. *a*, & 2484. Inter huius *Allenii* Opera, an. 1707 ſimul edita, libellus hic non reperitur. Vid. *Acta erud.* Suppl. T. V. p. 242.

ti tamen libri & huic claſſi iniuſte adſcribuntur, e. g. *Hotomanni Francogallia*, & olim *Pufendorfii Monzambanus*. Caeterum de damnatis libris conſuli quoque merentur (m) *Morhofius* atque (n) *Struuius*, ac praecipue *Vffenbachius*, qui in *Bibliothecae* ſuae Tomo III. p. 681-758. inſignem exhibet talium librorum catalogum.

§. 145.

8) *Libri anonymi & pſeudonymi.*

(VI. §. XXXVI.) Sed diſcedamus a libris rarioribus, & ad eos nos conuertamus, quos emiſerunt auctores, vel nullo vel falſo inſcriptos nomine. Illi *anonymi* (nn) vocantur, hi *pſeudonymi*. Scriptores de iis nominat *Struuius* in *Introductione* (o) ſua, quibus adde Heumanni Schediaſma. Eximium plane eſt (p) *Vincentii Placcii Theatrum anonymorum & pſeudonymorum*, cura *Matthi. Dreyeri*, Hamburgi an. 1708. f. editum, cuius veſtigiis, quanquam non ſemper (q) recte, inſtitit *Dahlmannus* quidam *im Schauplatz der maſquirten Ge-*

(m) Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 8.

(n) Introd. ad rem lit. cap. IX. Adi & *Schelhornii Amoenit. liter* T. II. p. 341 ſq.

(nn) D. *Io. Wigandus* an. 1576 edidit libellum *contra Neminiſtas & Neminiſtica ſcripta*, hoc eſt, anonymorum.

(o) Cap. VIII. §. 18. & in Supplem. ad hunc §.

(p) Is in *Theatro anon.* n. 2297. a. fatetur, ſe in hoc opere ſuo vbique vſum eſſe *Bailleti* libro inſcripto *Auteurs diguiſés*. Idem plus, quam ab ſe exſpectabatur, praeſtitit in *Theatro pſeudonymorum*, inſerens ei libros quoscunque ſuppoſititios, e. g. *Ariſtotelis*, *Ambroſii*.

(q) Exemplum eximium imperitiae hominis attulit *Heum.* in libello *de anonymis* p. 121 ſq.

Gelehrten, Lipſ. 1710. 8. Laudabilius inſtituit *Placcii* veſtigiis *Io. Chriſtoph. Mylius*, qui Hamburgi 1740. excuſam edidit duabus conſtantem partibus *Bibliothecam anonymorum & pſeudonymorum, ad ſupplendum & continuandum Theatrum Placcii*. Hebraeorum anonymorum catalogum ſingulari induſtria confecit *Wolfius* in Tomo II. & III. *Bibliothecae Hebraeae*. *Io. Chriſt. Menzelii Decades duae ſcriptorum pſeudonymorum anagrammaticorum* exhibentur *in der Berliniſchen Bibliothek* Tom. IV. p. 573 ſqq. & 711 ſqq. (*) Speciminis modo, aliquot anonymorum & pſeudonymorum celebriorum veros hic producam auctores. Sub nomine igitur *Monzambani* latet *Pufendorfius*; *Sainjorii*, *Rich. Simonius*; *Euſebii Romani*, *Mabillonius*; *Goralli*, *Liberii de S. Amore*, & *Phereponi*, *Io. Clericus*; *Clarmundi*, *Rüdigerus*; *Theophili Alethaei*, *Io. Lyſerus*, item *Laur. Müllerus* & eius ſucceſſor, *Ieremias Friderici*; *Philareti*, Ethicae ſcriptoris, *Rodolphus*, Profeſſor Bernenſis; *Sarcmaſii*, *Schurzfleiſchius*; *Steph. Iunii Bruti*, *Languetus*; *Aletophili Curioſi*, *Wagenſeilius*; *Vigneul Marville*, *Natalis Argoneſius*; *Antenoris*, *Schuppius*; *Antiſtii Conſtantis*, non *Spinoza*, ſed *van den Hof*: *Peganii*, Baro *Roſenrothius*; *Daphnaei Arcuarii*, *Laur. Begerus*; *Clari Bonarſcii*, *Carolus Scribanius*; *Burgoldenſis* (r) *Paci-*

Ff 4 *fici*

(*) Conf. quae ſupra dicta ſunt §. 59. Plura ſcripta ad cognoſcendos anonymos & pſeudonymos recenſentur in *Biblioth. H. L. Struu. Iugler. Vol. II. p.* 1511 *ſqq.* Recentioris aetatis anonymorum librorum auctores in *France litteraire* & Meuſelii *Gelehrten Deutſchland* produntur peculiari indice.

(r) Qui ſcriptor aliud atque aliud falſum ſuis libris praeſcribit nomen, is *Proteus* aliquis *literarius* haud im-

me-

ſici à Lapide, & *Conſtantini Germanici*, *Oldenburgerus*; *L. Cornelii Europaei*, *Iulius* (*) *Clemens Scotus*; *Alphonſi de Vargas*; (††) *Scioppius*; *Frankenbergs*, *Zschius*; *Petri Firmiani*, *Zacharias Lexouienſis*, monachus Capucinus; *Fürſtenerii*, *Leibnitius*; *Miſandri*, *Io. Samuel Adami*; *Matanaſii*, quidam (**) *de S. Hyacintho*; *Montaltii*, *Blaſius Paſcalius*; *Philandri von Sittewald*, (α) *Moſcheroſchius*; *des Spaten*, *Caſp.* (β) *Stilerus*; *Talandri*, *Auguſtus Boſius*; *Chriſtiani Democriti*, *Dippelius*. Denique *Palingenii* ſub vmbra quis tamdiu latuerit, diſcito ex *Poecilis* meae ſecundo tomi ſecundi libro.

§. 146.

Diſputatio de Hippolithi a Lapide nomine.

(VI. §. XXXVII.) Nec ingratum, ſcio, lectoribus erit meis, hic loci nudum intueri *Hippolithum a Lapide*, cuius *de ratione ſtatus in Imperio Ger-*

merito vocabitur. Praeter hunc *Oldenburgerum* dignus inprimis eſt eo nomine *Rich. Simonius*.

(*) Hunc, non *Inchoferum*, eſſe verum auctorem, *Niceronius* ſatis docet T. XXXV. p. 337 ſq. & T. XXXIX. p. 67 ſq. Conf. *Heideggeri* Hiſt. Papatus §. 170.

(††) Se huius libri eſſe auctorem, duabus in epiſtolis, quae inſertae ſunt *Monumentis literariis*, 1701 Francofurti editis, P. II. p. 411 & 416. docet ipſe Scioppius.

(**) Docetur hoc in *Biblioth. raiſ.* Tomo XXXIV. p. 198 ſq. Conf. T. XXXII. p. 3 ſq.

(α) Germanicum ei nomen erat *Kalbs-Kopf*. Hinc a Graeco μοσχος & Hebraico ראש nomen ſibi fecit *Moſcheroſch*. Sic in Anglia erat *Rich. Suiſſet*, verius *Swinshead*. Germanice *Schweins-Kopf*.

(β) Vita huius, in Lipſienſium *Lexico eruditorum* omiſſi, reperitur in *Motſchmanni Erfordia literata* T. I. p. 100 ſqq.

Germanico liber, tot oculos totque in ſe conuertit aculeos. Profecto vix cuiquam felicius ceſſit ſui nominis occultatio, quam huic ſcriptori, cuius quippe notitia vel curioſiſſimos viros (s) fugit: e quibus *Io. Slüterus*, in ſecunda praefatione libri ſui, aduerſus illum *Hippolithum* an. 1653 editi, ſcribit, *ſibi non magis eum, quam Antipodes, notum eſſe.* Veri ſpeciem permagnam habet eorum opinio, qui ex ipſo nomine (t) collegerunt, eius auctorem fuiſſe *Iac. Steinbergium*, Equitem inferioris Saxoniae. Nomen enim *Stein*, nomine *Hippolithi a Lapide* bis exprimitur, Graece primo, deinde Latine. Verbo vero *ἵππος* ſignificari videtur dignitas auctoris *equeſtris*, vel, vt *Bierlingius* in literis ad me datis ſuſpicabatur, patria viri, in ea regione nati, cuius Principum inſignia *equum* habent. Firmat hancce coniecturam teſtimonium *Iobi Ludolphi*, apud *Placcium* in *Theatro Pſeudonymorum* (u) narrantis, ipſum ſibi *Steinbergium* id confeſſum (*) eſſe.

 Quan-

(s) Ea quoque ſe obſcuriorem ſe fecit *Hippolithus*, quod nihil quicquam reſponſionis repoſuit ſuis aduerſariis.

(t) *Leibnitius* an. 1712 haec ſcribebat ad *Bierlingium*: *Hippolithi auctorem quidam indicio nominis* Steinbergium *eſſe ſuſpicantur, qui ex his oris* (id eſt, Saxonia inferiore) *ortus, in Suecia fortunam fauentem habuit.* Ibi enim factum eum eſſe Comitem, docet *Iunckerus* in Vita Ludolfi p. 41.

(u) Num. 1362. Etiam *Behrenſius* in Supplementis genealogiae Steinbergicae, Hildeſiae 1733 editis, p. 19 ſq. tradit, *Steinbergium* eſſe auctorem, adiuuante tamen Pomeraniae Suecicae tum praeſide, *Lilienſtromio*.

(*) Crediderim, *Ludolfum*, cum ex nomine ſuſpicaretur, hunc librum a *Steinbergio* confectum eſſe, ex eo

Quanquam ipſe ſtatim dubium reddit lectoris animum, addens; ſe ſuſpicari, *Steinbergium vix quicquam praeter nomen ſuum ad hoc ſcriptum contuliſſe.* Ex quo ſatis intelligimus, *Steinbergium Ludolfo* haud viſum eſſe idoneum ad librum illum componendum. Ac ſi verum eſt, quod *Menckenius* refert in annotatione quadam ad *Fresnoii Catalogum* (x) *hiſtoricorum*, librum illum manu Steinbergii ſcriptum aſſeruari in tabulario regni Sueciae, facilius inde credideris, deſcriptorem libri, quam ſcriptorem, eum fuiſſe. Mihi quidem, *Steinbergium* non fuiſſe auctorem, hoc eſt argumento certiſſimo, quod eius rei teſtis non eſt *Conringius*: cui profecto, in Saxonia inferiore verſanti, & rerum perſonarumque huius Saxoniae non ſolum curioſiſſimo, verum etiam gnariſſimo, id ignotum eſſe haudquaquam potuit. Aeque infirmum eſt *Boecleri* teſtimonium, cuius ex ore *Friſius* quidam apud *Placcium* & *Chriſt. Gryphius* in libro *de hiſtoricis* (y) *ſaeculi XVII.* referunt, *Axelio* (*) *Oxenſtirnio*, viro illuſtriſſi-

eo quaeſiiſſe, an ſit huius libri compoſitor, cumque is id non abnueret, hoc eſt, nec fateretur nec diffiteretur, hoc ſilentium habuiſſe pro confeſſione.

(x) p. 107.

(y) Cap. II. p. 49.

(*) Vix dubitaueris, aliquas hic fuiſſe partes & *Oxenſtirnii* & *Saluii*, ſi leges in edito nuper *Prodromo Commercii epiſtolici Leibnitiani* haec verba *Boineburgii*: Hippolithus *ille per mihi cognitus eſt, imo familiariter: ſaltim ille, qui ſtilum operi commodauit. Qui enim materiem congeſſere, & calorem ſpiritumque toti machinae & animos addiderunt, nae illi perinde mihi ſatis cogniti magnam partem fuerunt: quorum plerique deceſſerunt, uno, ni fallor, ſuperſtite.*

ſtriſſimo, & *Saluio*, Suecorum ad pacificationem Monaſterienſem legato, id libri deberi. Teſtis enim ipſemet eſt *Hippolithus p. 2. & 574. & 576.* ſe Germanum eſſe natione, cum duos illos procrearit Suecia. Prodeat igitur *Placcius*, qui, *Io. Ioach. Rusdorfium* eſſe auctorem, prorſus perſuaſum habet, ſed infirmo nitens fundamento, teſte quippe vſus eo, qui tantum referebat relata, & iuſto maiorem rumori (z) tribuebat fidem. Imo ne eſſe quidem auctor potuit ille *Rusdorfius*, quippe iam an. 1640 rebus ereptus humanis. An. 1712 prodiit in lucem Gallica huius libri verſio, cuius in ipſo titulo *Ioachimus* (α) *Tranſeus*, Suecicus ad Electorem Brandenburgicum legatus, nominatur auctor: qua eadem in ſententia *Lynckerus* (a) fuit atque (b) *Burgoldenſis*. Sed huius quidem erroris originem aperiemus paulo poſt. Scilicet cum ſatis appareret, *Hippolithum* eſſe virum partium Suecicarum, & hoſtili odio in domum Auſtriacam incenſum, vix cuiquam Suecicorum miniſtrorum carere ſuſpicione (c) contigit. Incertiſſima igitur

(z) Non aliam idem credendi cauſam habuit *Wittenius* in Praef. ad Diarium biographicum lit. c. fol. 4. p. 1. & in ipſo Diario ad an. 1640. d. 27 Aug.

(α) Alii ſcribunt *Dranſeus*. Sed litera T recte id nomen ſcribi, apparet e *Iunckeri* Vita Iobi Ludolfi p. 56.

(a) In Diſſ. de forma Imperii Rom. Germ.

(b) Annot. ad Inſtrum. Pacis Weſtph. p. 289.

(c) Vana igitur & inepta erat coniectura *Tenzelii*, in colloquiis menſtruis an. 1689 p. 318. *H. E.* id eſt, (vt interpretatur *Placcius* n. 1446. p. 353.) *Hulderico Eybenio*, Aſſeſſori Camerae Imperialis, id libri tribuentis. Contrarium vel ex *Eybenii* filii additamentis ad *Magiri Eponymologicum* p. 507 & 508. adparebit.

tur etiam habenda eſt *Alex. Arn. Pagenſtecheri* fides, in annot. ad *Bockelmanni Synopſin Iuris publici, p. 281.* ſcribentis, quendam, qui, ſe id ab ipſo *Hippolitho* edoctum eſſe, iactabat, ſibi affirmaſſe, libri huius auctorem fuiſſe *Lud. Camerarium*, Suecicum ad foederatos Belgas legatum. Producam igitur certiorem grauioremque teſtem, *Conringium*, cuius haec ſunt in *Conringianis* (*d*) verba: *Sub Hippolithi a Lapide nomine latet Boguslaus Philippus Chemnitius*, *Martini* (theologi) *nepos*, *hiſtoriographus Succiae*, *olim centurio*. Ac ſane *Hippolithus* ille *p. 2.* (*e*) fatetur, ſe aliquot annis *ſtipendia meruiſſe*, cum antea fuiſſet Studioſus Iuris ciuilis perinduſtrius. Docet etiam apud *Placcium Laur. Normannus*, Suecus, iſtum *Chemnitium* aliquando ſe profeſſum eſſe huius libri auctorem. Nec moror, quod adiicit, ioco id eum feciſſe. Potius inde colligo, *Chemnitium*, non omnis metus vindictae expertem, ita videri voluiſſe auctorem, vt etiam poſſet non videri. Certe non iocabatur, cum idem *Conringio*, an. 1650 Holmiae verſanti, aperte fatebatur; id quod ipſius *Conringii* manu perſcriptum ſe vidiſſe, teſtis eſt ad ſuam *Hiſtoriam Friſiae orientalis Brenneyſenius*. Ac hoc idem confirmat *Struuius* in

(*d*) Edit. an. 1708. p. 53. & edit. an. 1719. p. 39. Refert etiam, qui an. 1738 ad hunc meum *Conſpectum* annotationes edidit, *Stollius*, narraſſe ſibi *Chriſtianum Thomaſium*, ſe vidiſſe exemplar aliquod libri *Hippolithi a Lapide*, quem ipſe *Chemnitius* amico cuidam ſuo donarit hiſce praeſcriptis verbis: *Author Bog. Ph. Chemnitius.* Ita *Stollius* p. 987.

(*e*) Vid. & p. 575. vbi dicit, *ſe & ſtilo & pilo pugnare paratum eſſe.*

in *Tabularii* ſui *hiſtorico-politici* Parte (*f*) ſecunda, ex *Horſtii* cuiusdam duabus epiſtolis Stetini an. 1649 ſcriptis; e quibus hoc quoque diſcitur, *Chemnitium* (*g*) librum hunc ſuum miſiſſe *Tranſeo* recognoſcendum preloque ſubiiciendum. Adiungo tertium teſtem, *Iſaacum Volmarum*, Ferdinandi III. Imp. ad Imperii comitia legatum, qui in epiſtola quadam, cuius hanc partem e MS. inſerui *Poeciles* meae tomo (*h*) tertio, pro comperto narrat, libri illius de quo diſputamus, verum auctorem eſſe *Chemnitium*. Denique nuper *Stiernmannus* in Tomo ſecundo *Bibliothecae* ſuae *Suiogothicae*, Holmiae 1731 editae, & quidem p. 42, de illuſtriſſimo illo *Axelio Oxenſtierna* ita ſcripſit: *Illo dirigente & acta ſubminiſtrante ſcripſit Philippus Chemnitius Hippolithum a Lapide*. Quod ſi quis ex me quaerat, cur is adſciuerit nomen *Hip-*

(*f*) p. 836 ſq. Vid. tamen *Kohlii* Noua literaria anni 1738 p. 172 ſq.

(*g*) De egregia eius *Hiſtoria belli a Guſtauo Adolpho in Germania geſti* vid. *Gryphius* libri laudati p. 69. Diſco quoque e *Placcio* Anon. n. 1576. eum edidiſſe an. 1626. *Senatum Deorum de praeſentibus Germaniae miſeriis & redacenda pace*: quem librum qui inſpiciendi habet occaſionem, is velim eum conferat cum libro *Hippolithi*. Ita ſcribebam anno 1733. Poſtea an. 1739 docuit ſingulari in programmate *Io. Sam. Müllerus*, Rector ſcholae Hamburgenſis celeberrimus, librum hunc quatuor duntaxat plagularum, Holmiae 1650 recuſum, ſuas incidiſſe in manus, eoque perlecto ſibi affirmandum eſſe, eundem, qui in *Hippolithi* libro, ibi eſſe ſtilum, eundem Germanicae libertatis amorem, imo eadem omnia. Recuſum eſt hoc Programma in *Bibliothecae miſcellaneae Hamburgenſis* Tomo III. p. 784 ſqq.

(*h*) p. 407.

Hippolithi a Lapide, (α) haud equidem dubitauerim, eum ſignificatam voluiſſe patriam ſuam, *Holſatiam*, quae Germanice *Hollſtein* vocatur, & in Principis ſui inſignibus praeter caetera candidum videt *equum*, Ditmarſiae, quae pars eſt Holſatiae, proprium: qua in regione natum eſſe hunc *Chemnitium*, qui inde colligere voluerit, ei dicam ineptiae ego quidem impingere non auſim.

§. 147.

De pſeudonymo Thoma Crenio.

(VI. §. XXXVIII.) Habuit & noſtra aetas ſcriptorem quendam pſeudonymum percelebrem, quem falſum gerere nomen, perpaucis fuit cognitum, *Thomam Crenium*. Huic viro quae cauſa fuerit abdicandi veri nominis, (quod erat *Thomas Theodorus Cruſius*,) aſſumendique noui, fide hiſtorica (ne nunc iuſto videar longior,) ſum proditurus in *Fragmentis hiſtoriae literariae*.

§. 148.

(α) Errraui. Veram huius appellationis originem mihi per literas aperuit clariſſimus hiſtoricus, *Ioannis*, cuius verba inſerui Kohlianis *Nouis literariis* anni 1733 p. 657 ſq. & poſtea vir doctiſſimus, *Io. Chriſtoph. Manzelius*, Paſtor dioeceſeos Grimmenſis, in Supplementorum nouorum ad *Acta erud.* Tomo I. p. 239 ſq. itemque *Ern. Ioach. Weſtphalius*, vir perilluſtris, in Praef. ad Tomum ſecundum *Monumentorum ineditorum* p. 70 ſq. Conf. I. St. Pütter's *Literatur des deutſchen Staatsrechts*, *P. I.* p. 207-213. *Chemnitii* nomen in lingua Venedica *lapidem* ſignificat; praenomen *Hippolithi* igitur vna voce *Philippi Chemnitii* nomen plenum continere videtur, cognomen latine ſimul redditum *a Lapide*.

§. 148.

Exempla anonymorum.

(VI. §. XXXIX.) Pſeudonymis ſcriptoribus ſubiungo aliquot anonymos. *Gloſſa interlinearis* in totam Scripturam S. auctorem habet *Anſelmum* (i) *Laudunenſem*; *Gloſſa* in eandem *ordinaria*, *Walafridum* (k) *Strabum*; *Gloſſa Bibliorum Erneſtinorum* Germanica, *Gerhardum*, *Glaſſium*, quosque praeterea alibi (l) nominaui: Appendix ad *Trithemii Catalogum ſcriptorum eccleſiaſticorum*, *Wimphelingium*; Verſio Latina *Hiſtoriae Concilii Tridentini* Sarpianae, *Adamum* (m) *Neutonum*; *Hiſtoria Seuarambica*, *Veyrazium* (*) quendam, alias etiam *Monſieur d'Allais* dictum; *Cautio criminalis*, *Fridericum Spee*, Ieſuitam; *Hiſtoria belli Germanici ab an.* 1617 *vsque ad an.* 1650 (cuius nitidiſſima editio prodiit Viennae 1657), *Leonardum Pappum*, Canonicum Conſtantienſem: *Platoniſme devoilé*, *Souverainium*, Reformatum Eccleſiaſten; *Vertheidigung des Augapfels*, *Matthiam Hoeum*; *Philoſophia Scripturae interpres*, *Ludouicum Meierum*, medicum

(i) Teſtis eſt *Henricus Gandauenſis* de ſcript. eccl. cap. 30. & *Trithemius* libri eiusdem argumenti cap. 362.

(k) Vid. *Trithemius* de ſcript. eccl. cap. 269. *Auentinus* Annal. lib. IV. cap. 13 §. 25; *Io. Frid. Meyerus* Biblioth. Diſſ. IV. §. 2. p. 50 ſq. *Ant. Pagius* Crit. Baron. ad an. 849 §. 15.

(l) Vid. liber meus *de anonymis* p. 184 ſq. Inprimis hic legenda *Caſp. Binderi* de his auctoribus Diſſertatio, in *Actis hiſtorico-eccleſiaſticis* exhibita T. V. p. 963-1014. & T. VI. p. 27-70. & p. 165-197.

(m) *Colomeſius* in *Mélange curieux* p. 818.

(*) Vid. *Beytrag zu den Gelehrten Zeitungen* T. II. p. 279 & 597. Conf. *Iourn. hiſt. de la rep. des lettres* To. I. p. 311.

cum Amſtelodamenſem; *Commentarii de ſtatu religionis & reip. in Gallia*, *Ioannem Serranum*; *Hiſtoria eccleſiaſtica Gothana*, *Seckendorfium*, *Boeclerum*, & *Artopaeum*; *Caroli VI Imp. Wahl-Capitulation*, *Zechium* iuniorem; *Hercules & Herculiſcus*, *Andream Henricum Bucholzium*, Superintendentem (*n*) *Brunſuicenſem*; *Ars cogitandi*, partim *Arnaldum*, partim *Petrum* (*o*) *Nicolium*; *Diſcours ſur la liberté de penſer*, *Antonium Collinum*; *Dubia iuris naturae*, Profeſſorem Marpurgenſem, *Io. Frid. Hombergium*; *Meditationes philoſophicae de Deo, mundo & homine*, *Theodorum Ludouicum* (*p*) *Lau*. Nec debet hic ſilentio praeteriri *Societas anonymorum Hamburgenſis*: a qua paucis abhinc annis editus per vices fuit *Patriota* (*Philopatris*) *Hamburgenſis*: cuius cum collega *Richeius* in noua operis editione patefecit ſingulorum nomina, hoc ipſo docuit, claros libros ſolere fieri clariores ac prope

(*n*) De hoc vid. *Bierlingii* Hiſtoria Iubilaei Academici Rintelenſis Sect. I. p. 25. & *Colleri Theol. Biblioth.* T. II. p. 860 ſq.

(*o*) Vid. *Menagiana* T. IV. p. 141. *Mémoires de literature* T. I. p. 221; *Gibertus*, Profeſſor Parisienſis, in Tomo tertio *Iudiciorum de Scriptoribus artis rhetoricae*, an. 1719 edito, p. 211. 222. & 257; *Monnoius* annot. ad *Bailleti Iudicia* T. I. P. I. cap. XI. p. 52 ſq. *Hiſtorie der Gelehrſamkeit* p. 443. & *Placcius* in Theatro Anon. n. 2422. & *Niceronius* T. XXIX. p. 298. *Carolus* etiam *Perraultius* in *Les hommes illuſtres* p. 102. ſcribit, ab *Arnaldo* aliquam partem *Artis cogitandi* elaboratam eſſe. Auctor notarum ad *Launoii Epiſtolas* in Tomi quinti Operum eius Parte prima p. 28. teſtatur, *Franciſcum Bonum*, familiarem *Launoii*, primum delineaſſe ideam huius Logicae.

(*p*) Vid. *Stollius* Hiſt. literaturae P. II. cap. 3. §. 34. p. 495. & *Thomaſius Iuriſtiſcher Händel* T. I. p. 233 ſqq.

pe meliores, vbi, a quo geniti ſint, conſtiterit lectoribus. Certe ex eo tempore iudicatum eſt, toti Graeciae non cedere Hamburgum, vno ſcilicet temporis articulo habens non *ſeptem*, ſed *decem ſapientes*, id eſt, philoſophos, quorum eloquentiae an ſapientiae vis maior ſit, incertum videatur plerisque.

§. 149.

9) *Libri poſtumi.* Diuerſa eorum conditio.

(VI. §. XL.) Ante, quam finio hoc caput, de libris poſtumis dicam, quae videntur commemoratu digna. Sunt eorum tria genera. Nonnulli enim libri ſunt elaborati ac perpoliti a ſuis auctoribus: ideoque iure eduntur, ſi clarum iam & ſingulari eruditione cognitum auctorem habent. Accidit hoc *Corn. Ianſenii Auguſtino*, *Chamieri Panſtratiae Catholicae*; *Io. Maldonati* libris, *Gratii* (*) libro *de imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra*, *Gatakeri Aduerſariis poſtumis*, *Puſendorfii Iuri feciali diuino*, ac non ita pridem *Gilberti Burneti Hiſtoriae ſui temporis*, *Petri Poireti Poſtumis*, *Fontanini Hiſtoriae literariae Aquileienſi*, & *Io. la Placette* libro (**) *de Iuſtificatione*. Hi enim ſinguli vltimam operi ſuo impoſuerant manum, idque publice legi voluerant. Quidam vero libri, adhuc in incude poſiti, amiſerunt fabrum ſuum. Qui quidem ſi longe abſunt a perfectione, edi non

(*) Vid. *Seldenus* lib. I. de ſynedriis cap. 10. p. 294.

(**) Hunc librum *Weismannus* in Diſp. de motiuo gratitudinis in ſanctificatione §. 9. p. 28. vocat *librum poſtumum, poſtumorum perfectionem & felicitatem ordinariam ſupergreſſum*.

non merentur; ſin ſimiles ſunt Apellis Veneri, luci & admirationi & vtilitati exponendi ſunt publicae. Alii denique in diſcipulorum gratiam compoſiti, vel priuatum (a) in vſum congeſti ſunt, non eo ſcripti conſilio, vt conſpectum ſubirent eruditiorum. Hos qui emittunt in publicum, ii, dum viros magnos non tanquam heroas galeatos & gladiatos, ſed tanquam equitantes in arundine longa repraeſentant, laudem eorum valde (α) imminuunt, ſimilesque ſe praebent ſuperſtitioſulis, qui etiam turpes Sanctorum reliquias aſſeruant atque exoſculantur.

§. 150.

In editione poſtumorum multum ineſt iniqui. Eius rei exempla.

(VI. §. XLI.) Doctiſſimus igitur quisque hoc fieri non vult ſcriptis huius generis ſuis, legimusque, *Lipſium* in teſtamento ſuo Diris eum deuouiſſe, qui auſurus eſſet quicquam e ſuis ſcriniis proferre in publicum. Etiam *Voſſius* in Praefatione ad opus ſuum *de hiſtoricis Latinis* grauiter ve-

(a) E. g. *Io. Gerhardi Patrologia.* Legatur ad eam Praefatio.

(α) Etiam in Germanice ſcriptis *Actis eruditorum* P. CLXXII. p. 281. & *in Zuverläſſigen Nachrichten* P. LVI. p. 593 ſq. reprehenduntur editores poſtumorum librorum *Gundlingii.* Is tamen, qui eius *Hiſtoriam literariam* edidit, haud inepte ſuum excuſat conſilium, dicens cum multi MSS. has praelectiones redemerint viginti Ioachimicis, ſe hac editione effeciſſe, vt quilibet eas habere poſſet & longe minori pretio & multo accuratius deſcriptas. Scilicet duobus e malis eligendum erat minus. Sapienter vero ipſe *Gundlingius* ſuis in *Otiis* T. III. p. 266. reiecit morem edendi praelectiones Profeſſorum poſt ipſorum mortem.

vetuit, e manuſcriptis ſuis monumentis quicquam edi in lucem. *Cuiacius* vero rogabat (*) *Thuanum*, ne pateretur poſt mortem ſuam publice edi ipſius acroaſes calamis auditorum exceptas. Ac *Morhoſium* quoque morti vicinum interdixiſſe, *ne quid eorum, quae in literas ipſe retuliſſet*, at *extrema lima non donaſſet, poſt mortem ſuam ederetur*, nuper memoriae prodidit *Io. Petrus Koblius* in Praef. ad poſtumum eius opus *de legendis, imitandis, & excerpendis auctoribus*. Scilicet, vt *Plinius* (**) ait, *ſi rationem poſteritatis habeas, quicquid non eſt peractum, pro non incohato eſt*. Ac ſane pluribus docuit exemplis (*q*) *Bailletus*, editores operum poſtumorum inimicos eſſe gloriae magnorum virorum, id quod nuper in *Snackeburgio* deprehendi, qui *Curtio* ſuo quaſtuis adiecit coniecturas criticas, e *Nic. Heinſii* codice deſcriptas. Criticus enim ille, quicquid legenti veteres auctores in mentem veniebat, ſuis ſolebat marginibus inſcribere, alio tempore eas coniecturas expenſurus, ac plerasque reiecturus. Qui, ſi haec ſua ſomnia critica videret legi publice, haud dubie & erubeſceret & editori grauiter iraſceretur. Idque futurum fuiſſe, iure colligo ex eo, quod factum eſt. Cum enim

 an.

(*) Id ipſe refert *Thuanus* lib. XXIII. p. 450 ſq.

(**) Lib. V. epiſt. 8. Obſeruo hac occaſione, longe meliorem eſſe partem priorem *Roëlliani in Epiſtolam ad Epheſios Commentarii*, ab ipſo auctore editam, parte altera, quam poſt eius mortem publicauit filius. Scilicet poſteriorem hanc partem nondum recognouerat limaratque ſuus auctor.

(*q*) T. I. *Iudiciorum* P. I. p. 390 ſqq. & T. II. P. I. p. 84.

an. 1675 Geneuae editus ab *Oldenburgero* fuiſſe *Conringii Theſaurus rerumpublicarum totius orbis*, id eſt, ea, quae de hoc argumento in ſcholis ſuis diſſeruerat vir ſummus, adeo illi hoc diſplicuit, vt ſtatim publicaret *Admonitionem atque ad ipſam poſteritatem Proteſtationem*, ex qua haec verba repetenda duco: *Pridem didici, quid conueniat tironibus, quid orbi erudito. — In vniuerſum non agnoſco librum vllum, quem non ipſe publicauerim. Si quicquam aliud meum nomen habeat praefixum, id ceu* ὑποβολιμαιον *vt omnes reiicere velint, etiam atque etiam peto.* Idem accidit, cum quidam praelectam a *Buddeo* in ſcholis ſuis *Hiſtoriam criticam Theologiae dogmaticae & moralis* edere auſus fuiſſet. Similem enim proteſtationem, quam Iuris cultores vocant, miſit in publicum, ſimulque inſertam voluit editis eo anno *Nouis* (r) *literariis*. Parem indignationem *Lipſii* vide in eius ad opus *de cruce* praefatiuncula. Nec omitto, quod de *Thoma Maluendo* narrat in ſuo *de ſcriptoribus Dominicanis* opere (α) *Quetiſius*. Eius cum *Annales ordinis Dominicani* an. 1627 editi eſſent Neapoli, profitebatur, librum hunc a ſe haud agnoſci pro ſuo: eſſe enim rudem indigeſtamque molem & mera collectanea, quae non fuerint ante edenda, quam ipſe ea redegiſſet iuſtum in ordinem, veraque a falſo narratis ſeiunxiſſet impenſiſſimo ſtudio.

(VI. §. XLII.) Quid? quod poſtumorum talium editione ſaepe macula inuritur exiſtimatio-

(r) *Gelehrte Zeitungen* an. 1724 p. 284 ſq. Conf. *Coleri Theol. Bibl.* T. I. p. 367 ſq.

(α) Tomo II. p. 455 ſq.

tioni (s) auctoris, vt, qui vir orthodoxus fuerat & pius, pro haeretico habeatur vel impio. Haud igitur immerito dolebat *Seckendorfius*, epiſtolas *Lutheri* edi promiſcue, idemque vna cum aliis (t) laude indignam cenſebat eius induſtriam, qui collegerat ediderat que viri ſummi *Colloquia menſalia* ſ. *conuiualia*. Nec melius de *Luthero* meritum eſſe puto, qui nuper (u) euulgauit, quicquid ſuo *Noui Teſtamenti* codici is adſcripſerat: niſi forte hic editor id ſpectauit, vt, in apricum producens *Lutheri* naeuos, detraheret nonnihil praeiudicio auctoritatis eius. Caeterum ne, quae in hoc poſtumorum ſcriptorum veluti fimo latent margaritae, vna pereant, ego quidem ſuaſor ſim, vt, quaecunque manuſcripta nondum perfecta in viri docti nuper mortui ſcriniis reperiuntur, tradantur homini eius diſciplinae, ad quam liber quisque relictus pertinet, excellenter perito, qui, quae digna ſint luce publica, excerpat atque edat, atque ita & communi vtilitati & honori defuncti (x) conſulat. Quam prudentiam oſtendit (*) *Hugenius*, in teſtamento ſuo iubens omnia

 ſua

(s) Egregium, qui huc pertinet, locum habes in *Poireti Poſtumis* p. 530.

(t) Vid. *Poecile* mea T. II. p. 16.

(u) Vid. *Coleri Theol. Bibl.* P. 58. p. 851 ſqq.

(x) Id certe egit *Eobanus Heſſus*, cum *Vlr. Hutteni*, iam exſtincti, carmen quoddam ederet. Ita enim praefandum duxit:

Condidit Hutteuus, non edidit. Ergo futurum
Quod fuerit melius, coniice, quicquid erat.

vid. *Burckardi* Vita Hutteni P. III. p. 322.

(*) *Nicetonius* hoc refert in Tomo XXII Vitarum p. 52.

ſua ſcripta dari *Burcardo Voldero*, Profeſſori Traiectino, ex eiusque arbitrio edi, quae is editione publica digna iudicet. Ac ſapientius hoc factum puto, quam quod fecit & *Melanchthon* & *Iobus Ludolfus*. Ille quidem (**) proximo ante mortem die iuſſit ſcriptas ab amicis literas arcanas perferri ad ſe, & ſe inſpectante cremari. Hic breui ante, quam vita exceſſit Francofurti, currum chartarum, partim a ſe, partim ab amicis ſcriptarum, plenum extra moenia emiſit, ibique chartas illas omnes Vulcano ſacra fecit: id quod accepi a teſte αὐτοπτῃ, Senatore quodam Iſenacenſi, quo ſcriba vſus erat *Ludolfus* extremo vitae tempore.

§. 151.

Nihilominus prudentiae eſt, ſcribere libros, poſt mortem demum edendos.

(VI. §. XLIII.) In mentem hic venit, adhortari viros eruditos, vt ſcripta quaedam conficiant, ab amicis poſt mortem ſuam edenda, in quibus exhibeantur vtiles poſteritati veritates, quas a viuis publice proponi vel timiditas vel etiam iuſta prudentia prohibuit. Hiſtoricas ad veritates quod attinet, exemplum non ita pridem praeiuit *Gilbertus Burnetus*. Idem rectiſſime fecerint, qui philoſophicas vel theologicas (α) nonnullas veritates corde premunt, nec niſi amiciſſimis ſiue coram ſiue per literas manifeſtare ſuſtinent: id quod feciſſe acutiſſimos quos-

(**) Teſtis eſt gener ipſius *Caſp. Peucerus*, in Hiſtoria ſuorum carcerum p. 92.

(α) Notum eſt factum *Ianſenii*, cui ſuae ſententiae videbantur veriſſimae.

quosdam viros conſtat, qui narrationis de *Ioanna Papiſſa* falſitatem agnouerant. Hoc pacto & veritatis ſe praebent teſtes defenſoresque, & iras poenasque effugiunt eorum, qui publicos errores ſumma crudelitate tuendos exiſtimant. *Galilaeus* certe a *Galilaeis* hoc ſi vſus eſſet conſilio, & ſibi conſuluiſſet, nec veritatis ſtudioſos poſteros in errore perſeuerare permiſiſſet.

Faciendi libros multos nullus eſt finis.

§. 152.

De cauſis hodiernae librorum nouorum multitudinis.

(VI. §. XLIV.) Supereſt, vt cauſas exponam, cur tam largus ſit aetate noſtra librorum (y) prouentus. Harum prima eſt Gymnaſio-

(y) Exſtat haud inerudita Diſſertatio *M. Io. Schufneri*, Ienae an. 1702 edita, *de multitudine librorum:* cuius primum caput eſt *de cauſis & origine librorum multorum*, alterum *de damnis ex multitudine librorum in remp. literariam deriuatis*, tertium *de regulis in tali librorum multitudine obſeruandis*. Lectu item digna *Gundlingii* diſſ. *de intempeſtiuo libros ſcribendi pruritu*, quae in Tomo ſecundo *Obſeruationum ſelectarum* Halenſium locum tenet primum. Super cauſis polygraphiae, praeſertim in Germania (*Veber die Vrſachen der Vielſchreiberey in Deutſchland*), diſputatio etiam ineſt in *Iournal von und für Deutſchland an.* 1790. *P. IV. p.* 324 *ſqq. coll. an.* 1789 *P. II.* Vt autem *polygraphiae Germanorum* certum aliquod argumentum in promtu ſit, vnius anni computationem annectere iuuabit:

Annus 1788

1. *librorum auctores & editores*, qui tum quidem in viuis eſſent, habuit - 6194.

v. Men-

ſiorum & Academiarum multitudo. Cum enim literarum Profeſſores cogantur, ſaepius pertractare demandatam ſibi quisque diſciplinam, audientiumque numerus vendibiles reddat libros, facile fit ipſis, nouum ſuae ſcientiae excudere vel ſyſtema vel ſaltim compendium." Ac iam *Buddeus* (yy) obſeruauit, illas Chriſtianae religionis ſectas pauca habere *Compendia* ac *Syſtemata Theologiae*, quae careant *ſcholis publicis* & *Academiis: in quibus*, inquit, *quae inſtituuntur recitationes* ſiue acroaſes, *plerisque eiusmodi ſcriptis occaſionem praebent.* Multa etiam ſcripta minora, moris & exercitationis cauſa; in iisdem Academiis & Gymnaſiis, a literarum vel doctoribus vel ſtudioſis ſunt edenda, vt *Proluſiones*, *Diſputationes* cet. Altera huius rei cauſa eſt, quod ars libros ſcribendi hodie (z) lucroſa eſt, eosque eru-

v. Meuſel's *Vorbericht zum III Nachtrag der* vierten Ausgabe *des Gel. Deutſchl.* ſcript. 31 Mart. 1788.

x. libros exhibuit { in *nund. paſch.* 2104 / in *nund. autumn.* 1265 } in vniuerſum 3369.

v. *Ien. Allg. Lit. Zeit. an.* 1788. *Num.* 105. *p.* 225 *ſqq.* *Num.* 260. *p.* 289 *ſqq.*

(yy) Iſag. hiſt. theol. lib. II. cap. 1. p. 421.

(z) Olim non erat ſic. Memini, me legere epiſtolam quandam *Mart. Chemnitii* ad *Ritterum*, in qua teſtatur, ſe non ſolum nullum a bibliopola accepiſſe operae ſuae pretium, ſed etiam quinquaginta exemplaria ſui *Examinis Concilii Trid.* (at quam boni, quanto digni praemio operis!) ab eo parata pecunia redimere coactum eſſe, nonniſi hac conditione ſuſcepturo huius operis editionem. Simillimum exemplum aliud reperies in mea *Hiſtoria Gottingenſis Gymnaſii* p. 70. E contrario quantam vim pecuniae a *Fritſchio* accepit *Buddeus!* quantam *Hüb-*

eruditos, qui, vnde viuant, iam habent, opibus auctiores reddit; eos vero alit, quibus non ſuppetunt praeterea vitae ſubſidia. Tertia cauſa eſt ars typographica, cuius beneficio & facillime in infinitum multiplicari poteſt nouorum librorum deſcriptio, & libri facti ſunt adeo vilis pretii, vt etiam minus fortunati homines bibliothecam comparare ſibi valeant multorum librorum. Quartam cauſam praebet mercaturae librariae ratio, praeſertim in Germania, ipſorumque bibliopolarum magnus numerus. Nam cum negotiatio libraria tum demum certum praeſtet lucrum, ſi mercium literariarum ſelectus ſeu copia (librarii *Sortiment* appellant), ſola permutatione, nulla impenſa pecunia, comparetur, facile poteſt intelligi, eo modo bibliopolas cogi, vt ſinguli tantum nouorum librorum, quantum ad merces aliorum permutatione acquirendas ſufficiat, ad nundinas afferre eoque conſilio ad ſcribendum excitare ſtudeant, quoscunque libris faciendis idoneos credant. Sed adiungenda quinta cauſa, quae quidem eſt improba libido, legendi multos libros, eosque futiles, otii explendi & oblectandi animi cauſa. Haec certe tanta eſt, vt nunc quidem vtriusque ſexus omnisque conditionis atque vel infimae

 ſor-

Hübnerus a *Gleditſchio*, quantam ab aliis alii? Caeterum facile liquet, ob id ipſum, quod bibliopolae ſcriptoribus pecuniam pro ſuo labore ſoluunt, plurimos libros eſſe notae deterioris, cum multi malint ſcribendo multos libros magnosque magnam ſibi comparare pecuniam, quam ſcribendo exiguos, ſed elaboratiſſimos illos & perfecte eruditos, vanam, licet veram, aſſequi gloriam. Nam etiam literatae reip. ciuibus pleriſque placet illud: *Quaerenda pecunia primum, virtus & gloria poſt nummos.*

ſortis homines occupatos teneat & modum certosque fines maximopere requirat. Sunt igitur multi, qui poſſunt ſcribere libros; ſunt item multi, qui, quod poſſunt, praeſtant cupidiſſime; ſunt denique multi, quibus volupe eſt, multos libros coëmere. En praecipuas multitudinis librorum hodiernae cauſas!

CAPVT IV.

NOTITIA INSTITVTORVM LITERARIORVM.

§. 153.

Singula inſtitutorum genera indicantur.

Quo magis literis earumque ſtudiis proſpiceretur, apparata & exornata ſunt inſtituta literaria, alia, quae ſupellectilem literariam exhiberent vel paratam vel parabilem, alia, in quibus literae vel traderentur, docerentur, diſcerenturque & variis modis exercerentur, vel iunctis virorum doctorum ſtudiis nouis inuentis augerentur. Eorum ſingulae ſpecies ſunt: I. *Bibliothecae.* II. *Scholae.* III. *Societates literariae.* IV. *Bibliopolium.* De ſingulis ita agendum, vt non niſi primae lineae ducantur & ſumma capita deſignentur, de quibus in ſcholis literariis vberius poſſit diſputari.

Bibliothecae.

§. 154.

Generalis deſcriptio.

Bibliothecae ſunt armaria literaria, quibus varii generis ſubſidia literaria continentur, collecta

lecta & in promtu poſita vel in vſus publicos vel priuatos. Quam ob rem ipſae in *publicas* & *priuatas* diuidi ſolent. Priuatae quanquam librorum copia, delectu & praeſtantia haud raro publicas plerasque antecellant, tamen quia ſunt ſingulorum & poſt mortem poſſeſſorum diſſipantur, in hacce apparatus literarii deſcriptione ſunt praetereundae, commemoratis, ſi opus videatur, praeſtantiſſimarum & opulentiſſimarum catalogis. Nam in communes vſus venditione demum traduntur & tum ipſarum catalogi ad augendam librorum notitiam proſunt. Quod vero publicas ſpectat bibliothecas, primum de ipſarum oeconomia eſt diſſerendum, deinde praecipuarum notitia exhibenda.

§. 155.

Oeconomica ratio.

Primo de bibliothecarum publicarum oeconomia ita diſſeramus, vt, quarum rerum cura gerenda ſit, eas res verbo potius indicemus, quam ſingulatim deſcribamus. Neque, quae hanc in rem inſtituenda ſint, praecipiendo, quam potius, quae iam inſtituta in aliquo eximio exemplo deprehendimus, obſeruando & narrando perſequamur. Congeſta itaque idonea librorum copia, vſibus publicis deſtinata, vt fini reſpondeat, requirit: I. *Aedificii curam.* Adſit domus, ſeruandis & collocandis libris apta, ampla, ſolis lumine penitus colluſtrata, ita denique inſtructa, vt frequentantium ſtudiis inſeruiat, ipſa autem ab incendiis aliisque damnis in tuto ſit. Duplex autem aedificiorum ſpecies eſt; altera in plano omnia habet repoſita, altera podiis eſt inſtructa.

II.

II. *Salubritatem loci;* qua ipſa ſingulares continentur cautiones, quibus librorum corruptioni per ſitum, vermes cet. proſpiciatur. III. *Praecipua ſecuritatis praeſidia*, quibus ab incendiis, furtis & ſimilibus noxis tuta ſit. IV. *Ordinis ſ. librorum diſponendorum certam rationem.* Duplicem methodum animaduertimus adoptatam eſſe, alteram rudiorem & indoctam numerorum, quam deſcriptam exhibuit Cl. A. C. (*a*) Kayſer; alteram ſyſtematicam, quae multis modis aptior ipſisque viris doctis, qui bibliothecis adminiſtrandis operam dant, dignior eſt. Poſterioris exemplum praeclarum eſt Regiae Bibliothecae Academicae Gottingenſis, a me in (*b*) Annalibus literariis deſcriptum. V. *Catalogorum conficiendorum modum congruum.* Quo amplior librorum apparatus adſit, quoque crebrioribus creſcat augmentis, eo magis opus eſt, quatuor genera catalogorum parare: 1) Adſit primo *Diarium* ſ. *Manuale*, cui inſcribantur, quae quouis die noua adferantur vel emtione, vel dono, vel permutatione cet., breuiter deſignatis librorum titulis, adnotatisque diebus, quibus aduenerint, & locis, vnde acceſſerint. Porro faciendus eſt 2) *Plenior recenſus librorum*, integris exhibitis titulis, quem *acceſſionum catalogum* appellare libet. Suf-

(*a*) *Ueber die Manipulation bey Einrichtung einer Bibliothek und der Abfaſſung der Bücherverzeichniſſe. Baireuth*, 1790. 8. Conf. *Götting. Gelehrt. Anz.* 1790. pag. 1741 ſqq.

(*b*) I. N. Eyring *Literariſcher Almanach an.* 1775, 1776, 1777. & Eiusd. *Literariſche Annalen der Gottes-Gelehrſamkeit. Erſter. Zeitraum* 1778, 1779, 1780. *Nürnb.* 8.

Sufficit, vt in hoc ſumma tantum genera diſciplinarum, vt Theologiae, Iurisprudentiae, Hiſtoriae cet., in ſingulis tamen formarum ſpecies diſtinguantur ipſisque titulis voluminum & librorum numeri apponantur. Subiectae ſpecies nullae diſcernuntur, ſed promiſcue omnia ponuntur. Sequitur 3) *Catalogus ſyſtematicus ſ. realis*, ad accuratam ſingularum artium diſciplinam diſpoſitus, ad quem, tanquam normam vnicam, vniuerſa bibliotheca collocanda eſt. Ita neque titulis loculorum neque ſingulorum librorum numeris opus eſt. 4) *Repertorium alphabeticum*, cuius ope ſtatim ſciri poſſit, & an adſit liber, quem quaeras, & quem locum in catalogo ſyſtematico ac proinde in ipſa bibliotheca occupet. Quare horum praeſertim catalogorum mutua ratio eſſe debet, vt, appoſitis librorum vel paginarum numeris, vnus catalogus alterius fiat index. De catalogis particularibus, vt Codd. MSS., tabularum geographicarum, monumentorum typographicorum cet. ſingulatim dicere non attinet. VI. *Commodandorum librorum apta ratio* eſſe debet, qua ſimul quam plurimorum ſtudiis inſeruiatur, ſimul bibliotheca a quouis damno vel libris vel eorum ordini inferendo defendatur. Adſint igitur, qui praebeant libros, quique redditos reponant, adſint, qui librorum commodatorum apochas recipiant, adſint apocharum thecae, nominibus notatae, adſint commodatorum librorum commentarii accuratiſſimi, ſecundum literarum ordinem faciendi, quorum ope nunquam ſimus ignari, apud quem nunc maxime abſentes libri ſint quaerendi, adſint denique leges iis ſcriptae, qui publicas bi-

blio-

bliothecas adire iisque vti velint. Atque operae pretium foret, quae hanc in rem inſtituta legibusque ſancita ſint, collecta exhibere, ſi huius libelli modulus id ferret. VII. *Redimendorum librorum peculiaris cura* habenda, quae ipſa multarum rerum deliberationem poſtulat. In Germania editorum nouorum librorum notitiam & copiam bibliopolii noſtri ratio promtam ac facilem fecit; exoticorum librorum, vt Italicorum, Anglicorum, Hiſpanicorum & notitia & copia, vulgo admodum impedita, commercii epiſtolici & plurium hominum ſtudia exigit. Tum etiam librorum publicis auctionibus diuendendorum cura adhibenda. Denique ſingulares opportunitates obſeruandae & vſurpandae. Delectus librorum accommodandus tam ad reditus, quam ad vſus eorum, quibus proxime deſtinata eſt bibliotheca. Vbi annui reditus mediocres, conſultum eſt, ad vnum librorum genus adſtringere ſumtus, & in hoc ipſo praecipuae praeſtantiae & maioris pretii libros propoſitos habere. Sin pluribus & maioribus ſufficiant reditus, aequo ſtudio congerendis plurium diſciplinarum opibus inſeruiendum. — Alia momenta, ad bibliothecas adminiſtrandas pertinentia, nunc quidem praetereunda. De hac vniuerſa oeconomica ratione nihil dum, quod relatu dignum ſit, ſcriptum nouimus. Referri tamen huc poſſunt: Io. Dau. Koeleri *Sylloge aliquot ſcriptorum de bene ordinanda & ornanda bibliotheca. Francof. 1728. 4.* & alia nonnulla ſcripta in *Catal. Biblioth. Bünau. To. I. p. 835 ſqq.* indicata. *Anleitung für angehende Bibliothekare. Augsb. 1786. 8.* (vid. *Lit. des kath. Deutſchl.* VIII. p. 52 ſqq.) *Verſuch*

ſuch von Einrichtung der Bibliotheken. *Augsb.* 1788. 8. (vid. *Auserleſ. Lit. des kath. Deutſchl. II. p. 61 ſqq.*) I. G. Schelhorn *Anleit. für Bibliothekare und Archivare. Vlm*, 1788. 8.

§. 156.

Subſidia ad comparandam bibliothecarum notitiam.

Quod ad bibliothecarum ſingularum hiſtoriam attinet, veteres ac deperditas omnino praeterire ſatius eſſe videtur, quam morari in vanis nominibus. Quare ſubſiſtamus in exhibenda notitia ſcriptorum, in quibus vel vniuerſa bibliothecarum hiſtoria vel in ſpecie veterum ac deperditarum memoria requiri poſſit. Omiſſis leuioris momenti libris, in primis vtilis erit *Catal. Biblioth. Bünau. To. I. p. 840 ſqq.* & *Iuglerus* in *Biblioth. Hiſt. Lit.* To. I. cap. 2. p. 118-768., qui copioſe de hoc argumento egit nec facile, quod ſcitu dignum fuerit, omiſit. Breuior eſt *Denis* in *Bücherk. I. p. 6-23.* & *p. 166-207.* Ad veterum notitiam praecipue pertinent: I. Lipſii *Synt. de bibliothecis, Antw.* 1602. 4. Io. Lomeieri *Lib. de bibliothecis*, 1669. *Ed.* 2. 1685. 8. Silu. Lurſenii *Lib. de templo & bibliotheca Apollinis Palatini, Acc. Diſſ. duae de bibliothecis veterum. Franeq.* 1719. 8. Monteſalconii *Recenſio Bibl. Gr. in Palaeogr. Gr. init.* Schulze *Comm. de bibliothecis publicis veterum. Numb.* 1737. Scripta pleraque coniunctim edidit *Maderus* in *Collectione Scriptorum de bibliothecis*, cuius libri alteram editionem an. 1702 curauit *I. A. Schmidius*, cuius etiam prodiit *Acceſſio noua de bibliothecis, Helmſt.* 1703. & altera acceſſio an. 1705. Addamus Chr. Dan. Beckii *Specimen hiſtoriae bibliothecarum Alexandrina-*

rum.

rum. Lipſ. 1779. 4. quo libello plurium ſcriptorum notitia continetur. Confer etiam *Catal. Bibl. Bünau.* To. I. p. 838 ſq.

§. 157.

Celebriorum bibliothecarum publicarum nunc extantium recenſus.

Iam vt hanc bibliothecarum deſcriptionem, quod toto hoc opere propoſitum erat, vnice ad vtilitatem conuertamus, celebriorum bibliothecarum, quae nunc maxime doctorum virorum vſui publice ſunt deſtinatae, indicem adiicere placet, adiuncta catalogorum mentione, quibus nonnullarum opes ſunt conſignatae. Latiſſime patet & plurium bibliothecarum opes deſcriptas proponit *Bibliotheca bibliothecarum Manuſcriptorum Noua* — Bern. de Montfaucon. *Par.* 1739. *f.* 2 *Voll.*

In Hiſpania:

Eſcurialenſis Laurentiana.

Alex. Barvoetii & *Scip. Tettii* Catal. MStorum in *Schmidii* Collect. & *Phil. Labbei* Spec. nouae bibliotb. MStorum. In primis autem *Mich. Caſiri* Biblioth. Arabico-Hiſpana Eſcurialenſis. To. I. Matriti, 1760. To. II. ib. 1770. f. Opus deſcripſi & bibliothecae ipſius hiſtoriam exhibui in *Gatterers* Hiſt. Bibl. III. p. 195 ſqq.

Regia Matritenſis.

Regia Bibliotheca Matritenſis. Codices Graeci. *Io. Iriarte*, eiusdem Cuſtos, recenſuit. Matriti, 1769. f.

In Italia:

Apoſtol. Vaticana.

Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana. Recenſuit — *Ioſ. Sim. Aſſemanus.* To. I-III. Romae, 1719.

1719 - 1728. f. 4 Voll. Epitomen edidit *Aug. Fr. Pfeiffer*, Erlangae, 1776, 1777. 2 Voll. 8.

Bibliothecae Apoſtolicae Vaticanae Codicum Manuſcriptorum Catalogus, in tres partes diſtributus. *Steph. Enod. Aſſemanus* & *Ioſ. Sim. Aſſemanus* recenſuerunt. — Pars I. To. 1. 2. 3. (Orientales.) Romae, 1756 - 1759. f. 3 Voll.

Caſanatenſis.

Bibliothecae Caſanatenſis Catalogus (Fr. Io. Bapt. *Audiffredi.*) Romae, 1761 - 1775. f. 3 Voll. A - G.

Naniana.

Catalogo de' Codici manoſcritti orientali della Bibliotheca Naniana, compilato dall' Abb. *Sim. Aſſemani.* P. I. Padua, 1787. f.

Mediolanenſis Ambroſiana.

Vid. *Denis* Bücherk. I. p. 170.

Florentinae: Mediceo - Laurentiana & Palatina.

Bibliothecae Mediceae Laurentianae & Palatinae Codicum MSS. orientalium Catalogus. *Steph. Euod. Aſſemanus* recenſuit, digeſſit, notis illuſtrauit, *Ant. Franc. Gorio* curante. Florent. 1742. f.

Bibliothecae Mediceo - Laurentianae Catalogus, ab *Ant. Mar. Biſcionio* digeſtus. To. I. Codd. Orient. To. II. Codd. Gr. Florent. 1752. f.

Catalogus Codicum Manuſcriptorum Bibliothecae Mediceae Laurentianae. *Ang. Mar. Bandinius* recenſuit. (Codd. Graeci) To. I - III. Florent. 1764 - 1770. (Codd. Lat.) ib. To. I - V. ib. 1774 - 1778. f. 7 Voll. Deſcriptum exhibui opus in *Gatterers* Hiſt. Bibl. VII. p. 129 ſqq. Continuationem operis annunciauit Bandinius in *Allg. Literat. Zeit.* 1790. *Intelligenzbl.* N. 159. p. 1320.

Regia Taurinenſis.

Codices MSS. Bibliothecae Regii Taurinenſis Athenaei. Recenſuerunt & animaduerſionibus illuſtrarunt *Ioſeph. Paſinus*, *Ant. Riuautella* & *Franc. Berta.* Taurini, 1749. f.

Veneta D. Marci & S. Michaelis.

Graeca D. Marci Bibliotheca Codicum MSS. (Recenſuerunt M. *Zanetti* & *Ant. Bongiovanni.*) Venet. 1740. f.

Latina & Italica D. Marci Bibliotheca Codicum MSS. (Auct. *Zanetti.*) ib. 1741. f.

Nouum & accuratiorem catalogum parat Abb. *Morelli.* Vid. *Ien. Allg. Lit. Zeit.* 1788. Num. 140.

Bibliotheca Codd. MSS. Monaſterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum. Opus poſtumum *Io. Ben. Mittarelli.* (Editore *Iac. Ceruti.*) Venet. 1779. f.

In Gallia:

Vid. Denis *Bücherk. I. p.* 172-177.

Regia Pariſienſis.

Eſſai hiſtorique ſur la Bibliotheque du Roi & ſur chacun des depôts, qui la compoſent. Par. 1782. 12.

Catalogue des Livres imprimés de la Bibliotheque du Roi. Par. 1739-1742. f. 6 Voll.

Catalogus Codd. MSS. Bibliothecae Regiae. Par. 1739-1744. f. 4 Voll.

Notices & Extraits des Manuſcripts de la Bibliotheque du Roi, lû au Comité établi par Sa Majeſté dans l'Acad. des Inſcr. & B. L. To. I. Par. 1787. To. II. ib. 1788. 4. *Verſ. germ.* ſub titulo: Nachrichten und Auszüge aus den Manuſcripten der königl. Biblioth. zu Paris. Hildburgh. 1790. 8.

Celebres etiam Bibliothecae S. Genouefae, Collegii Sorbonici, Benedictinorum ad S. Germanum.

In Germania:

Vid. *Bibl. H. L. Struu. Iugl. To. I. p.* 390-621 Denis *l. c. p.* 185 *ſqq.* Fr. Carl Gottl. Hirſching *Beſchreibung ſehenswürdiger Bibliotheken Deutſchlands. P. I.* Erlangen, 1786. *P. II. ibid.* 1787. 8. Eiusd. *Nachrichten von ſehenswürdigen Gemählde- und Kupferſammlungen, Münz- Gemmen- Kunſt- und Naturalien-Cabineten* cet. ib. 1786. 8.

Al-

Altorfinae & Norimbergenſes.

Chph. Theoph. de Murr Memorabilia Bibliothecarum publicarum Norimbergenſium & Vniuerſitatis Altorfinae. P. I. cum 8 tabb. aen. Norimb. 1786. P. II. cum 14 tabb. aen. ib. 1788. 8.

Auguſtanae.

Senatoria: 1) *Graecor. MSS.* Catalogus Graecorum librorum manuſcriptorum Auguſtanae Bibliothecae (per *Hieron. Wolf.*) Aug. Vind. 1575. 4. & *Theoph. Spicelii* Sacris Bibliothecarum arcanis detectis annexus. Deinde auctior editus per *Dau. Hoeſchelium.* ib. 1595. 4. & *Montfauconii* Bibliothecae Bibliothecarum inſertus, To. I. p. 592. Sola MSta Graeca, ab Eparcho redemta, recenſuit *Steph. le Moyne* in Variis Sacris. Lugd. Batav. 1694. 4. 2) *Codd. MSS. Gr. & Lat.* Index Manuſcriptorum Bibliothecae Auguſtanae, per *Ant. Reiſer.* Aug. V. 1675. 4. 3) *Totius Bibliothecae*: Bibliothecae inclytae Reip. Auguſtanae vtriusque tum graecae tum latinae, librorum impreſſorum & manu exaratorum Catalogus. (Auct. *Ge. Heniſch.*) Aug. Vind. 1600. Catalogus Bibliothecae ampliſſimae Reip. Auguſtanae — ſtudio & opera *El. Ehingeri.* Aug. V. 1633. f. — Nouiſſimas notitias exhibuit *Hier. Andr. Mertens* in proluſionibus ſcholaſticis.

Monaſterii ad SS. Vdalricum & Afram: Notitia hiſtorico-literaria de libris ab artis typographicae inuentione impreſſis, in Bibl. Monaſterii ad SS. Vdalr. & Afram extantibus. (Auct. *Placid. Braun.*) Aug. Vind. 1788, 1789. 4.

Regia Berolinenſis.

Io. Carl Conr. Oelrich's Entwurf einer Geſchichte der kön. Biblioth. zu Berlin. Berl. 1752. 8. *Jugler* l. c. I. p. 403-409.

Caſſelana Landgrauii Haſſorum.

Fr. Chph. Schminke Beſchreib. der Reſidenz- und Hauptſtadt Caſſel, Cap. 8. p. 195-216.

Saxo-Electoralis Dreſdenſis.

Die Merkwürdigkeiten der kön. Bibliothek zu Dresden — (von *Io. Chr. Götze.*) Dresd. 1744-1746. 4. 3 Voll. ſ. 18 Collectt. Catal. Biblioth. Bünauianae & Brühlianae. De receptiſſimis augmentis vid. *Ien. Allg. Lit. Zeit.* 1788. Num. 241. p. 71. 1789. Intelligenzbl. Num. 40. p. 323 ſq. Num. 56. p. 477-480. Num. 120. 132. 149. — 1790. Intelligenzbl. Num. 13. p. 103 ſq. *Iugler* l. c. I. p. 429.

Erfurtanae.

Motſchmanni Erfordia literata, Collect. IV. p. 480. 520. *Diederichs* Recenſio MSS. bibl. in Diſp. pecul. *Iugler* l. c. I. p. 436.

Francofurtana ad Moenum.

Io. Iac. Lucii Catal. Biblioth. publ. Moeno Francofurtenſis. Francof. ad M. 1728. 4.

Ducalis Saxo-Gothana.

Ern. Sal. Cypriani Catal. Codd. MSS. Bibliothecae Gothanae. Lipſ. 1744. f. *C. E. G. Paulus* über einige Merkwürdigkeiten der Herzogl. Bibliothek in Gotha. Gotha, 1787. 8. *Iugler* l. c. I. p. 448.

Reg. Gottingenſis Academica.

Haec facile ſupereminet ſingulas omnes; *apparatu* ac *dilectu* pleniſſima, *uſu* vero promtiſſima. v. *Pütter's* Geſchichte der Vniuerſität Göttingen. *Iugler* l. c. I. p. 453.

Acad. Gryphiswaldenſis.

Io. Car. Daehnert Acad. Gryphiswaldenſis Bibliotheca, catalogo auctorum & repertorio reali deſcripta. 1775. 1776. 8. 3 Voll.

Ducalis Brunſuigo-Guelpherbytana.

Iac. Burkhard Hiſt. Biblioth. Auguſtae, quae Wolfenbutteli eſt. P. I. II. III. Lipſ. 1744-1746. 4. *Iugler* l. c. I. p. 461-470.

Hamburgenſis.

v. *Iugler* l. c. I. p. 479-485.

Reg. Hannouerana.

v. *Iugler* l. c. p. 485-490.

Acad.

Acad. Ienenſis: Antiqua. Buderiana. Büttneriana.
v. *Iugler* l. c. I. p. 502 ſqq.

Lipſienſes & Academica ſ. Paulina, & Senatoria.
Ioach. Felleri Orat. de ortu & incrementis Paulinae, Lipſ. 1686. 8. *Chr. Gottl. Ioecheri* Orat. de Biblioth. Acad. Lipſ. Paulina, c. *Ioach. Felleri* oratione. Lipſ. 1774. 4. Vid. Zuverläſſige Nachr. LIII. p. 364 ſqq. *Io. Chph. Gottſchedii* Progr. de rarioribus nonnullis Biblioth. Paulinae Codicibus. Lipſ. 1746. 4. *Ant. Weitzii* Notitia breuis de Bibl. Senatoria Lipſ. eiusque memorabilibus. 8. Iugler. *Bibl. H. L.* I. p. 513-525.

Electoralis Monachii.
Catalogus Graecorum Codd. MSS., qui aſſeruantur in inclyta ſereniſſimi vtriusque Bauariae Ducis Bibliotheca. Ingolſt. 1602. 4. v. *G. H. Roccatani* Orat., quam recurrente die erectionis Acad. Sc. Boicae 28 Mart. 1790 habuit, quum Bibliotheca aulica ad publicum commodum aperta eſſet. Monachii, 1790. 4. *Iugler* l. c. I. p. 542.

Ducalis Stuttgardiana.
Bibliothecae Regiminis & Conſiſtorii innctae an. 1775. Multa noua intulit Caroli Ducis cura & liberalitas, vt *Frommanni* bibliothecam iuridicam, *Lorkii* & *Panzeri* biblicam, *Nicolai* militarem, Ioſephi *Vrioti* Gallicam, *Holzſchuheri* Deductionum. V. *Iac. Ge. Chr. Adler* Bibliotheca biblica Wirtenbergenſis. Altonae, 1787. 8. *Ioach. Gottl. Breyer* Elementa Iuris publ. Wirtembergici, §. 67. Geographie und Statiſtik Wirtenbergs. Laybach, 1787. 8. p. 195-199.

Ducalis Vinarienſis.
Io. Matthi. Gesneri Notitia de Biblioth. Schurzfleiſchiana. Vinar. 1723. 4. *Iugler* l. c. p. 576-580.

Vindobonenſes, & Caeſarea & aliae.
Petr. Lambecii Commentarior. de auguſtiſſima Biblioth. Caeſarea Vindobonenſi Lib. I-VIII. Vindob. 1665-

1665–1679. f. 8 Voll. Editio altera, op. & ſtud. *Ad. Franc. Kollarii.* Vindob. 1766–1782. f. 8 Voll. Deſcriptum exhibui opus in *Gatterers* Allg. hiſtor. Biblioth. IX. p. 158 ſqq. *Dan. de Neſſel* Catalogus ſ. Recenſio MSS. Vind. 1690. *Iac. Fr. Reimmanni* Bibliotheca acroamatica. Cum maxime *Deniſius* in contexendo nouo Codd. MSS. catalogo occupatus eſt.

Bibliotheca antiqua Vindobonenſis ciuica, ſ. Catal. librorum cum MSS. tum ab inuenta typogr. ad an. 1560 typis excuſorum. (*Phil. Iac. Lambacher.*) Viennae, 1750. 4.

Bibliotheca Windhagiana. Viennae, 1733. 4. Catalogus Bibliothecae Gſchwindianae. Vindob. 1723. 8.

Die Merkwürdigkeiten der K. K. Garelliſchen öffentlich. Bibliothek, von *M. Denis*, Wien, 1780. Haec Bibliotheca deinde Lembergam translata.

v. *Iugler* l. c. I. p. 580 ſqq. *Denis* Bücherk. I. p. 197–207.

In Magna Britannia:

(*Ed. Bernard*) Catalogi librorum MSS. Angliae & Hiberniae in vnum collecti. Oxon. 1697. f.

Londinenſes, Regia & aliae.

Dav. Casley Catalogue of the Manuſcripts of the Kings Library. Lond. 1734. 4.

Catalogue of the Cottonian Library. Oxf. 1696. f. (by *Th. Smith.*)

An Appendix to the Catalogue of the Cottonian Library, together with an Account of Books burnt or domaged by a late fire, by *Dav. Casley.* Lond. 1734. 4.

A Catalogue of the Harleian Collection of Manuſcripts. Vol. I. II. Lond. 1759. f.

A Catalogue of the Manuſcripts preſerved in the Britiſh Muſeum cet. By *Saml. Ayscough*, Clerk. Vol. I. II. Lond. 1782. 4. 2 Voll.

Librorum impreſſorum, qui in Muſeo Britannico adſeruantur, Catalogus. Lond. 1787. f. 2 Voll.

Guil. Reading Bibliothecae Cleri Londinenſis in Collegio Sionenſi Catalogus. Lond. 1724. f.

v. *Iugler* l. c. I. p. 244–255.

Oxo-

Oxonienſis & Cantabrigienſis.

3. *Th. Iameſii* Ecloga Oxonico - Cantabrigienſis, diſtributa in libros II. quorum I. continet catalogum confuſum librorum MSS. II. eorum diſtinctum & diſpoſitum cet. Lond. 1600. — *Eiusd.* Catal. librorum bibliothecae, quam Th. Bodleius in Academ. Oxonienſi publicam inſtituit. ib. 1605. *Eiusd.* Catal. vniuerſalis librorum in Bibl. Bodleiana. Oxon. 1620. *Eiusd.* Appendix ad hunc catalogum. ibid. 1635. 4.

Tho. Hyde Catal. impreſſorum librorum Biblioth Bodleianae. Oxon. 1674. f.

Catalogus impreſſorum librorum Biblioth. Bodleianae, confectus a *Ioſ. Bowleſſo*, *Rob. Fyſcher* & *Em. Langfordo*. Oxon. 1738. f. 2 Voll.

Catal. libror. MSS. in Biblioth. Collegii Corporis Chriſti in Cantabrigia, quos legauit *Matth. Parkerus*. Lond. 1722. f.

In Belgio:

Amſtelodamenſis.

Catalogus Bibl. publ. Amſtelodamenſis. 1711. 4.

Delphenſis.

Catal. Biblioth. Delphenſis. 1721. f.

Franekerana.

Catal. librorum Bibl. publ. Franek. 1713. f.

Groningana.

Catal. libror. Biblioth. Vniu. Groning. ſtudi *Ger. Lammers*. 1722. f.

Harlemenſis.

Catal. libror. Biblioth. Harlemininianae. 1716. 4.

Lugdunenſis.

Catal. libror. tam impreſſorum, quam MSS. Bibliotb. Vniuerſ. Lugduno - Batauae, cp. *Wolfg. Sanguerdii*, *Iac. Gronouii* cet. 1716. c. Suppl. 1741. f.

Vltraiectina.

Catal. Biblioth. Traiectino-Batauae. 1718. f. Vid. *Iugler* l. c. I. p. 269-276.

In Heluetia:

Baſileenſis.

Vid. *Iugler* l. c. I. p. 336 ſqq.

Bernenſis.

I. R. Sinner Catal. Codd. MSS. Biblioth. Bernenſ. To. I-III. Bernae. 1760-1772. 8. Bibliothecae Bernenſ. Codd. MSS. Syllabus ex maiori opere contractus. ib. 1773. 8.

Tigurina.

Catal. librorum Biblioth. Tigurinae, in inferiore aedium parte collocatorum. Tiguri. 1744. 8. 2 Tomi.

In Dania:

Bibliotheca regia Hafnienſis, item Academica.

Vid. *Iugler* I. p. 364 ſqq.

In Suecia:

Vid. *Iugler* I. p. 345-364. Nouiſſimas notitias de quinque celebrioribus Bibliothecis exhibuit *Ien. Allgem. Lit. Zeit.* an. 1788. Num. 118. p. 131 ſqq.

In Polonia:

Zaluſciana.

Specimen Codd. MSS. Biblioth. Zaluſcianae. (auct. *Io. Dan. Ianozki.*) Cracou. 1752. 4. *Iugler* I. p. 384 ſqq. Recens huius aliarumque publicarum in Polonia bibliothecarum notitiam praebuit doctiſſimus *Martyni Laguna* in *Ien. Allgem. Lit. Zeit.* 1790. Num. 105. p. 857 ſqq.

In Ruſſia:

Moſcouiae Synodalis & Petropoli Academiae Scientiarum.

Vid. *Iugler* I. p. 382.

Chr.

Chr. Fr. Matthaei Notitia Codicum MSS. Graecor. Bibliothecarum Mosquenſium Sanctiſſimae Synodi cet. Mosquae, 1776. f.

Io. Vollrath Bacmeiſter Eſſai ſur la Bibliotheque & le Cabinet de curioſités & l'hiſt. nat. de l'Academie des Sc. de St. Petersbourg. 1776. 8.

§. 158.

Priuatarum bibliothecarum catalogi inſigniores.

Ad augendam librorum cognitionem, priuatarum bibliothecarum catalogos vtiles eſſe diximus, ſi ampliorum opum, praeſertim certi generis, deſcriptionem contineant & cum cura atque a viris doctis facti ſint. Talium indicem vberrimum exhibuit Frankius in *Catal. Bibl. Bünau.* To. I. p. 858–875. Exempla recentiora ſunt: Catal. Biblioth. *Chriſtiae*, Lipſ. 1757. 8. — *C. G. Schwarzii.* Altorf. 1753. 8. — *Gottfr. Thomaſii* op. Ge. Wolfg. Panzeri. Norimb. 1765. 8. 3 Voll. — Catal. Biblioth. *Ern. Gotth. Beckeri.* Dresdae, 1773. 8. — Catal. des Livres de feu Mr. le Duc *la Vallière.* Par. 1783. 8. 3 Voll. — Catalogue raiſonné de la Collection des Livres de Mr. *P. Ant. Crevenna*, Negotiant à Amſterd. 1778. 4. 4 Voll. *ac deinde ſub hoc titulo:* Catalogue des Livres de la Bibliotheque de Mr. *Pierre Antoine Bolongaro-Crevenna.* Amſterd. 1789. 8. 4 Voll. (*Ephem. lit. Gotting.* 1778. App. p. 483. 1790. p. 63 ſq.) Bibliotheca *Maphaei Pinelli*, Veneti, deſcripta a *Iac. Morellio.* Venet. 1787. 8. 6 Voll. (Ephem. lit. Gotting. 1788. p. 864.) — Catal. Biblioth. *Thottianae.* Hafn. 1788–1790. 8. 4 Voll. — *Luxdorphianae.* ib. 1789. 8.

Scholae.

§. 159.

Hiſtoriae Scholarum tradendae ratio.

Simulac ſinguli nonnulli populi ad paullo ampliorem rerum cognitionem exculti erant, mox neceſſitas ſuborta eſt, apparandi inſtituta, quae generali Scholarum nomine inſigniri ſolent, in quibus artes docendo diſcendoque diuulgarentur & propagarentur. In tradenda earum hiſtoria (c), quadruplex, vel tempus vel genus diſtinguere licet: 1.) antiquorum temporum; 2) medii aeui; 3) generalium ſtudiorum ſ. Vniuerſitatum origines & incrementa; 4) ſcholarum particularium nouam inſtaurationem.

§. 160.

Antiquorum populorum Scholae.

Quod ad ſcholas antiquorum populorum attinet, ſeruata de iis notitia admodum tenuis eſt. Sufficiat, recenſere populos, in quibus, vel publica vel priuata cura, ſcholas extitiſſe conſtet; internam ſcholarum rationem annales haud deſcriptam reliquerunt. Antiquiſſimae ſcholae *Aegyptiorum* (d) erant, ac celeberrimae quidem Thebis, Memphi, Heliopoli. Inſtitu-

tio

(c) Scriptores generales ſunt: Herm. Conringii *de Antiqq. Academicis Diſſertt. VII, una cum eius ſupplementis, recognouit* Chriſtoph. Aug. Heumann. *Gottingae*, 1739. 4. M. Ge. Nic. Brehm *Alterthümer, Geſchichte und neuere Statiſtik der* (hohen) *Schulen. B. I. Leipz.* 1783. 8. Plurium ſcriptorum notitiam quaeras in Fabricii *Bibl. antiquar. ed. Schaffsh.* p. 931 ſqq.

(d) Vid. *Conring.* p. 3 ſqq. *Brehm* p. 153 ſqq.

tio ſimilis *Babyloniorum* celebratur. Inter *Iſraelitas* (e) prophetarum ſcholae in ipſa rudiori aetate commemorantur; iuniores ſunt maioris amplitudinis (f) ſcholae, quas Iudaei praeſertim Tiberiade & Babylone conſtitutas habuerunt. *Perſidarum* (g) ſcholarum ratio admodum ambigua. Nam quae de iis a Xenophonte in Cyropaedia relata legimus, non ſunt hiſtorica. *Graecorum* (h) ſcholae memoratu dignae: Pythagorae, Aſclepiadum Medicae, Coa & Cnidia, Sophiſtarum ſcholae, Socratis; deinde Platonis Academia, Ariſtotelis Lyceum, Antiſthenis Cynoſarges; Zenonis Stoa, Epicuri horti; in Rhodo etiam inſula, Epheſi, Smyrnae, Mitylenis, Tarſi in Cilicia, Maſſiliae in Gallia, atque inprimis, regia Ptolemaeorum munificentia, Alexandriae in Aegypto, literarum ſtudia floruerunt. Ptolemaeorum Muſeum ſi excipias, pleraque priuata, publi-

(e) Conf. Niemeyer's *Charakteriſtik der Bibel. Th. V. p. 250 ſqq. ſiue lib. 4.*

(f) Vid. Wolfii *Bibl. Hebr. To. II. cap. IV. p.* 914 *ſqq.* Waehneri *Antiqq. Hebr.* & ſingulares commentationes a *Meuſelio* in *Bibl. Hiſt. Vol. I. p.* 258 *ſqq.* commemoratas.

(g) *Xenoph.* Cyrop. lib. I. cap. 2. *Conring.* p. 7.

(h) *Conring.* p. 7 *ſqq.* *Brehm* p. 164 ſqq. Frid. Lerſe *Diſſ. de Graecorum apud Athenienſes ſcholis ingenioribus. Viteb.* 1667. 4. Io. And. Schmidii, *Reſp.* Phil. Iac. Crophio, *Differt. de Gymnaſiis literariis Athenienſium. Ien.* 1688 - 1689. 4. Dan. Mülleri *Comment. de ratione inſtituendi educandique pueros apud Graecos. Chemnitii*, 1733. 4. Io. Fr. Gronouii, Lud. Neocori, Bonamici, Io. Phil. Crollii *Scripta peculiaria de Muſeo Alexandrino*, Beckii *Hiſt. Bibliothecar. Alexandrinarum*, Heyne *de genio ſaeculi Ptolemaeorum* in *Opuſc. Tom. I.*

publica fere nulla fuere inſtituta. Reſtat, vt rei ſcholaſticae (*i*) *Romanorum* mentionem adiiciamus. Prima ſcholarum mentio in an. V. C. 391 incidit. Vid. Liu. 5, 27. Plutarch. in Camillo. Plurium familiarum pueri vni magiſtro demandabantur. Plerumque Graeculis vtebantur, quorum conditio haud honorifica erat. Rhetorum & Grammaticorum ſcholae priuatae erant. His relictis, literarum cauſa Athenas cet. adire ſolebant. Iul. Caeſar liberalium artium doctores, ſicut medicinam profeſſos, quo libentius & ipſi vrbem incolerent, & caeteri appeterent, ciuitate donauit. *Sueton.* Caeſ. 43. Veſpaſianus primus e fiſco Graecis Latinisque rhetoribus annua conſtituit. *Suet.* Veſp. c. 18.; quam munificentiam Antoninus Pius in prouinciis etiam vulgauit, (Capitolin. c. 11.) & Alexander Seuerus confirmauit atque auxit. (Lamprid. in Alex. Seu. vita.) Aetate Valentiniani, Theodoſii & Arcadii, Romanae iuuentutis magiſtris detracta ſunt ſalaria. (Symmachi L. V. Ep. 33.) Ipſe adeo Iuſtinianus, teſte Zonara, ſtipendia, liberalium artium magiſtris olim conſtituta, in omnibus vrbibus ſuſtulit, cum ad templorum cet. aedificationem infinitis egeret pecuniis. Vid. *Conring.* l. c. p. 33 ſqq. *Brehm* p. 217 ſqq. De ſcholis in prouinciis refert *Conring.* p. 20 ſq. *Brehm* p. 188 ſqq.

§. 161.

(*i*) *Conr.* p. 15 *ſqq.* *Brehm* p. 178 *ſqq.* Chph. Cellarii *Diſſert. de ſtudiis Romanorum literariis in vrbe & prouinciis. Hal.* 1698. 4. & in Sallengre *Theſ. Antiqq. To. III.* Io. Ge. Walchii *Diſſ. de Gymnaſiis literariis vett. Romanor.* Ien. 1721. 4. D. H. Hegewiſch *Kleine Schriften*, (*Flensb. und Leipz.* 1786. 8.) *p.* 64-106.

§. 161.

Medii aeui Scholae.

Melior & plenior ſcholarum forma in ipſis ſummae ignorantiae ſaeculis, barbariei infamia notatis, orta. Quod documento eſſe poteſt, diuina cura ita rebus humanis proſpectum eſſe. Prima inſtauratae rei ſcholaſticae origo inſtitutis (*k*) monaſticis debetur. Sed inchoata auxit & excoluit plane mirabilis cura & liberalitas diui Caroli M. (*l*), quo auctore & nouae ſcholae conſtitutae & antiquae meliores factae ſunt. Tum ortae magna copia Scholae; Palatinae, Epiſcopales ſ. Epiſcopia, Cathedrales, Canonicae, Monaſteriales; quae poſtremae vel oblatorum vel externae erant. Differebant autem ſcholae amplitudine ſeu rerum docendarum numero, ita vt aliae triuium, aliae quadriuium complecterentur. Sed acquieſcendum nunc quidem in nuda rei commemoratione, nec vberiore explicatione perfungendum.

§. 162.

(*k*) Vid. Nic. Fr. Stoehr *Exercit. de ſcholis monaſticis. Salfeld.* 1737. 4. Brehm l. c. & quidem *Fragm. III. von dem Urſprunge und der Verfaſſung der Mönchsſchulen des mitlern Zeitalters*, p. 113-132.

(*l*) Vid. Brehm *l. c. p.* 115 *ſqq.* Io. Launoii *Lib. de ſcholis celebrioribus ſeu a Carolo M. ſeu poſt eundem per occidentem inſtauratis. Lutet.* 1672. & cum Mabillonii *Itinere Germ. Hamb.* 1717. 8. Io. Gottfr. Keuffel *Hiſtoria Originis ac progreſſus ſcholarum inter Chriſtianos. Helmſt.* 1743. 8. Hegewiſch *Deutſche Culturgeſchichte*, p. 58 *ſqq.*

§. 162.

Vniuerſitates literariae; earum ortus & incrementa.

A ludis literariis puerilibus plane diſtinguendum eſt ſcholarum genus multo amplius, ſub initium ſaeculi noni a Carolo M., e conſilio Albini Alcuini, Lutetiae Pariſiorum, ſub eiusdem ſaeculi finem autem Oxoniae, ab Alfredo, Anglorum rege, inſtitutum. Secuta eſt ſub finem ſaeculi X, Salerni in Picentibus, Medicorum ſchola, ſaeculo XI Iurisconſultorum Bononiae, ſaeculo XII eorundem Montispeſſulana; anno 1252 ad Pariſienſem acceſſit Collegium Sorbonicum. Ab his, facto ſenſim multarum diſciplinarum conſortio, eodemque nouis inſtitutis, iuribus, legibus aucto, *Studia generalia* ſeu *Vniuerſitates literariae* (m) *Magiſtrorum & Scholarium* ortum ducunt, quae praeſertim a ſaeculo XIV iuſtam conſtitutionem adeptae ſunt.

§. 163.

(m) Quum Vniuerſitatum literariarum hiſtoriam, quo tempore quaue opportunitate ipſarum iura, conſtitutiones, ordines ſ. collegia, ritusque primum orti, vel quomodo eaedem auctae, corruptae, inſtauratae ſint, perſequi, multoque minus ſingularum Academiarum recenſum facere liceat, addamus certe praecipuorum ſcriptorum, hanc hiſtoriam illuſtrantium, notitiam. Sunt vero haec: Conring *l. c. p.* 50 *ſqq.* & adiuncta huic operi b. Heumanni *Bibliotheca Academica.* Brehm *p.* 261 *ſqq.* praeſertim *p.* 91 *ſqq.* 133 *ſqq.* Hegewiſch *Deutſche Culturgeſchichte p.* 132 *ſqq. Hiſtoria Vniuerſitatis Pariſienſis, auctore* Caeſ. Egaſſio Bulaeo. *Pariſ.* 1665-1673. *f.* 6 *Voll. Hiſtoria & Antiquitates Vniuerſitatis Oxonienſis. Auctore* Ant. a Wood. Oxon. 1674. f. *Biblioth. H. L.* Iugleri, *To. III. p.* 1906-1948. Io. Henr. Iung *Tabula Academica. L. B.* 1736. *Gotting.* 1741. *Lond.* 1749. *f.* Imman. Godofr. Goezii *Geographia academica. Norimb.* 1789. 8.

§. 163.

Scholarum particularium noua inſtauratio.

Scholae *particulares* (*inferiores* plerumque appellant) in quibus delecta literarum pars traditur & exercetur, quae ſufficiat ad praeparandos adoleſcentes, ſeu Academicis ſtudiis deſtinatos ſeu omnino cultiori vitae in ſectanda qualicunque alius generis arte ac profeſſione, mortuo Carolo M. neglectae, abrogatae multisque modis deprauatae ſunt. Poſt literarum doctrinaeque ſacrae palingeneſian qualem ſortem eaedem habuerint, quid numero, inſtitutis profecerint, vel potius an tantum, quantum potuiſſent ac debuiſſent, hae ſcholae auctae & humani generis ſtudiorumque commodis adaptatae ſint, altioris eſt diſquiſitionis. Hiſtorici eſt quaerere, quid factum ſit, non quid fieri debuiſſet? Quare ſi rei ſcholaſticae mutationes, poſt renatas literas & emendatam doctrinam ſacram factae inſigniores ſint obſeruandae, primo ſcholarum ſpecies diſcernere oportet, amplitudine & deſtinatione maximopere diuerſas. Deinde diſpiciendum & referendum, quae emolumenta quaeue noua inſtituta ſingulorum principum ſingularumque ciuitatum munificentia rei ſcholaſticae ſint allata. Tandem virorum inſignioris auctoritatis, eruditionis, ſtudii aetates diſtinguendae, ſi ipſorum praeceptis ſtudiisque res ſcholaſtica in vniuerſum memorabili modo fuerit mutata.

Socie-

Societates literariae.

§. 164.

Notitia generalis.

Eſt genus inſtitutorum literariorum, a ſcholaſticis docentium diſcentiumque collegiis plane diuerſum, quod, permiſſa ſcholis literarum cognitarum accurata & idonea inſtitutione, vel in ſola exercitatione verſatur vel in quaerendis incognitis. Coeunt igitur in ſocietatem viri docti, qui, iunctis ſtudiis, literarum incrementa & augmenta noua quaerant, propoſitisque quaeſtionibus ac praemiis, alios etiam, ad ſingularum rerum nouam inueſtigationem excitent. *Literarias ſocietates* vel *Academias* eiusmodi inſtituta appellant. Sunt vero aliae *publicae*, aliae *priuatae*. Ipſo etiam literarum genere, cui ſociorum ſtudia ſunt addicta, differunt. Aliae enim plures amplectuntur diſciplinas, ac plerumque quidem mathematicas, phyſicas & philologico-hiſtoricas, quas vulgo *ſcientiarum ſocietates* nominant; aliae ſingularum literarum & artium, vt *hiſtoriae*, *antiquitatis*, *artis pictoriae* cet. aliae linguarum & eloquentiae ſtudiis ſunt dicatae. Scriptorum notitiam, in quibus ſocietatum literariarum hiſtoria propoſita eſt, ipſarumque ſocietatum recenſum exhibuit *Iuglerus* in *Biblioth. H. L. To. III.* p. 1946-2075.

Bibliopolium.

§. 165.

Bibliopolii multiplex ratio ad rem literariam.

Inter ea, quae in literarum commodum inſtituta ſunt, vltimo loco negotiatio libraria eſt com-

commemoranda. Eius haud exiguam eſſe vtilitatem & ad literas iuuandas vim, vel ita intelligi poteſt, ſi animo proponamus incommoda varia atque grauia, haud dubie oriunda, ſi libraria negotiatio eſſet nulla. Praeſtat autem inprimis haec commoda: I. Typis exſcripti libri earumque notitia, bibliopolarum ſtudiis, quam celerrime diuulgantur & paſſim in promtu habentur, cum mutuo miſſis nouorum librorum catalogis, tum comparata in tabernis librariis merce promiſcua. (Sortiment-Handlung). II Commodiora librorum pretia facta ſunt, partim ob mercem librariam mutuo inter librarios commutatam, qua ipſa permutatione efficitur, vt omnium regionum librarii haud maiori pretio libros vendere poſſint, quam proſtent apud eos, quorum ſumtibus ſunt parati, partim compendifacta vectura. III. Ob plurium locorum emporia libraria & mutua librariorum commercia, etiam quae deſunt in vnius loci tabernis, breui aliunde ſuppleri & recuperari poſſunt. IV. Peculiaria commoda ſcriptoribus peperit mercatura libraria. Nam primo huius ope ingenii induſtriaeque monumenta, nulla ſcriptorum opera, nullis ſumtibus, nullo ipſorum neque periculo neque damno typis exſcribi & diuendi poſſunt. Deinde iidem a librariis honoraria recipiunt atque honeſta laboris praemia conſequuntur, quibus ad ſuſtinendas vitae neceſſitates, comparanda literarum ſubſidia, excitanda denique ſtudia vti poſſint.

§. 166.

Bibliopolii notitia hiſtorica.

Ob negotii librarii maximum momentum, & ad iuuandas literas & ad quaeſtus faciendos ac proinde ad diuitias multorum ciuium atque propter has ad ipſam rempublicam, operae pretium eſt, eius origines, incrementa & praeſentem conditionem perſequi diuerſaeque rationis cauſas inueſtigare. Quod vt fieri poſſit, plurium rerum notitia afferenda eſt, quam qua aut nos inſtructi ſumus aut quam huius libelli modulus admittit. Quam ob rem in nuda argumentorum enumeratione acquieſcendum, quae ampliore explicatione egeant. Deſcribenda vero eſt: 1) res libraria veterum, praeſertim Romanorum; 2) medii aeui (*n*); 3) diuerſa mercaturae librariae ratio poſt inuentam & diuulgatam artem typographicam (*o*); 4) diuerſae biblio-

(*n*) De re libraria antiqua & medii aeui, conſulendi ſcriptores ſupra ad §. 94. laudati. In primis huc pertinet Chr. Schoettgenii *Diſſert. de librariis & bibliopolis antiquorum. Lipſ.* 1710. 4. & auctior in Poleni *Suppl. ad Theſ. Antiqq. To. III. p.* 831. Germanice etiam verſa ſub titulo: *Hiſtorie der Buchhändler in alten und mittlern Zeiten. Nürnb.* 1722. 4. Nonnulla collecta reperies in Hambergeri *II Vorläuf. Abh.* p. 87 & 91. & in Denis *Bücherk. To. I. p.* 51 *ſqq. &* 83 *ſqq.* item in Pütter *vom Büchernachdruck* p. 11 ſqq. His adiungi debet *Diſſertazione academica ſul Commercio degli antichi e moderni Librai, dal Canonico* Angelo Battaglini. *In Roma,* 1787. 8. (vid. *Götting. Gelehrt. Anz.* 1788. *p.* 1529.)

(*o*) Primis poſt inuentam artem typographicam temporibus, librorum venditio difficilis & impedita erat, Argu-

bliopolii ſpecies diſcernendae; 5) multarum rerum opportunitas obſeruanda, qua factum, vt res libraria ad tantam, quam deinceps aſſecuta eſt, amplitudinem eueheretur, quae ipſa ad recentioris aeui peculiaria bona poteſt referri. In vniuerſum quidem, negotium librarium in ſingulis Europae cultioris regionibus exercetur, ſed nusquam tanta amplitudine tantoque, quo in Germania, apparatu. Id effecere nundinae librariae primo Francofurti ad Moenum, deinde vel maxime Lipſiae celebrari ſolitae. Ita Germania vniuerſa & in hac Lipſia totius rei librariae velut emporium principale eſt factum. Vt quodammodo praeſentem rei librariae rationem aeſtimare poſſimus, praeter librorum vno anno in Germania editorum, ſcriptorumque cum maxime in Germania viuentium numerum, ſupra §. 152. exhibitum, addere iuuat librariorum numerum (*p*), qui mercatus Lipſienſes frequentare ſolent. Conueniunt igitur Lipſiae

 ad-

Argumento eſſe poteſt *Schweynhemii* & *Pannarzii Epiſtola ad Sixtum IV. P. M.* praemiſſa Tomo Vto *Gloſſae Nic. de Lyra*, an. 1472, & exhibita in Maittairii *Ann. typogr. To. I. p.* 49 *ſq.* Ed. primae, item in Hambergeri *II Vorläuf. Abh.* p. 123-126. Sed auctae mox mercaturae librariae ad inſignem amplitudinem veſtigia reperies in (Ge. Ern. Waldau) *Leben Ant. Kobergers. Dresd. und Leipz.* 1786. 8.

(*p*) Vid. Io. Steph. Pütter *vom Büchernachdruck*, p. 138-142. quo libro plura ad intelligendam mercaturae librariae rationem pertinentia momenta traduntur. Ad aeſtimandos reditus e libris venditis, rationes incertas, librariam mercaturam Gallorum, Germanorum, Britannorum ſpectantes, attulit *Grellmann* in *Staatskunde von Deutſchland*, Th. I. p. 124.

aduectasque merces librarias exponunt, diuendunt ac permutant:

1) e Germania:	*librarii*	188
2) e Belgio:	- -	5
3) ex Heluetia:	- -	8
4) e Sileſia:	- -	7
5) ex Alſatia:	- -	2
6) e Boruſſia:	- -	4
7) e Curonia & Liuonia:	- -	2
8) e Suecia:	- -	1
9) e Dania:	- -	5
10) ex Vngaria:	- -	1
11) e Gallia:	- -	1
12) ex Anglia:	- -	1
In Summa,	*librarii*	225

6) Leges & conſtitutiones, mercaturam & nundinas librarias ſpectantes, aliae *vniuerſales*, aliae *particulares*.

§. 167.

Commercii librarii praecipua vel impedimenta vel adiumenta.

Tandem vt commercii librarii vel aucti vel imminuti vel certe impediti cauſas penitius perſpiciamus, rerum nonnullarum momenta (*), quae ad negotiationis librariae & incrementum & decrementum multum valuere, animaduertenda, recenſenda & exploranda ſunt. Quo inprimis pertinent haec: I. *Publica librorum cenſura (q).* Eius diuerſa ratio primo inter Catholi-

(*) Talia propoſita in libello anonymo: *Veber Buchhandel in den Kaiſ. Kön. Erblanden. Berlin Leipz.* 1774. 8.

(q) Cenſurae publicae librorum per magiſtratus

licos & Euangelicos, deinde in poſterioribus, ſecundum temporum & opinionum diſcrimina, vel liberior vel reſtrictior; vniuerſa denique cenſurae hiſtoria, & quae effecta habuerit. Agendum de publicis librorum iudiciis, Pontificum Maximorum & Principum, de librorum interdictis, librorumque prohibitorum indicibus. (*Büchercenſur. Bücherverbot. Preſsfreyheit.*) II. *Alienarum mercium, quaeſtus cauſa factae nouae editiones* ſeu (r) furta libraria. (Der *Büchernachdruck.*)

tiones neque hiſtoricae, neque philoſophicae neque politicae ſatis dum exploratae. Vſui erunt hi libri: Io. Fr. Reitz *Orat. de cenſoribus librorum. Vltrai.* 1751. 4. *Diſſertationes de cenſura librorum & propoſitionum in negotiis religionis* Bern. Fritſetz. *Vratiſl.* 1775. 4. Pet. Tamburini *Praelectiones, quas habuit in Academia Ticienſi* cet. Ticini, 1787. 8. & quidem *Praelect. octaua.* Io. Beckmann *von der Büchercenſur* in den *Beytr. zur Geſch. der Erfind. Vol. I. p.* 95 *ſqq.* Sciens praetereo libros in *Catal. Bibl. Bünau. To. I. p.* 494 *ſq.* indicatos. Indices librorum prohibitorum ſ. expurgatorum *idem Catalogus* exhibet p. 495 ſqq.

Ad cenſurae publ. cauſas politicas cognoſcendas ſpectant praecipue hi libri: *Von der Freyheit der Preſſe,* quae commentatio ineſt in *Ausführungen politiſcher und rechtlicher Materien. Berl,* 1776. 8. *Ueber Publicität und Aufklärung eine Abhandlung,* extat in F. Kratter's *philoſoph. und ſtatiſtiſchen Beobachtungen. Frankf. und Leipz.* 1789. 8. *Vol. I. Ueber Preßfreyheit und deren Grenzen. Zur Beherzigung für Regenten, Cenſoren und Schriftſteller. Züllichau,* 1787. 8. *Einige Gedanken über das Cenſur-Edict* vom 19 Dec. 1788. *Berlin,* 1789. 8. (*Von* Io. Fr. Vnger).

(r) Mercaturae librariae *furtiuae* neque hiſtoriam neque vel defendendae vel reprobandae rationes capit hic libellus; ſed nomenclatoris vicem ſuſtinebit, indicando

druck.) Huius quaeſtus tum hiſtoria enarranda tum rationes in vtramque partem proponendae & expendendae, vel ethicae, vel iuris naturae ac

cando ſcripta, in quibus de hac mercaturae ſpecie in vtramque partem diſputatum ſit; omiſſis tamen antiquioribus, quorum notitiam *Pütterus* cap. V. & *Chr. Gottl. Richter* cum *Io. Barth. Küſtnero* de re libraria p. 25-31. (vid. ſeq. Num. 1 & 5.) exhibuerunt. Recentiora ſcripta ſunt haec: 1) *Der Büchernachdruck nach ächten Grundſätzen des Rechts geprüft von* Io. Steph. Pütter. *Götting.* 1774. 4. Hoc libro antiquiſſima rei exempla, cum Lutheri ac Melanchthonis iudiciis (vid. pag. 94. 73. 125.) produntur, & (cap. V.) grauiſſimorum Iureconſultorum aliorumque virorum ſcripta indicantur, ante propoſitis luculentis rei diiudicandae rationibus & argumentis. Huius mercaturae defenſores Fr. Behmerus & quidam anonymus ipſorumque ſcripta pag. 123 ſq. recenſentur. Pütteri ſcriptum in epitomen redegit *Pet. Ioſ. Neyron*, ſub titulo: *La proprieté litteraire defendue.* Gott. 1774. 8. ac Pütterus ipſe *in den Beyträgen zum deutſchen Staats- und Fürſtenrechte, To. I. Num. XVI. pag.* 241 - 292. 2) Ern. Wilh. Küſtner *Diſp. de publica rei librariae cura, inprimis Lipſienſi. Lipſ.* 1778. 4. 3) Io. Ge. Henr. Feder *Neuer Verſuch einer einleuchtenden Darſtellung der Gründe für das Eigenthum des Bücherverlags* cet. in Lichtenbergs *Götting. Magaz.* 1780. *St.* 1. 2. *p.* 221 *ſqq.* & *p.* 459 *ſqq.* vbi Anglorum ſuper hac cauſa diſceptationes legesque commemorantur. 4) Mart. Ehlers *über die Vnzuläſſigkeit des Büchernachdrucks. Deſſau und Leipz.* 1784. 8. 5) Chr. Gottl. Richter & Io. Balth. Küſtner *Exercit. de re libraria in Imperio Germanico ordinanda. Lipſ.* 1786. 4. 6) *Das Eigenthum an Geiſteswerken von* R. H. Becker. *Frankf. und Leipz.* 1789. 8. 7) (Des Kön. Preuſ. LegationsR. Ganz) *Veberſicht der Gründe der Schädlichkeit des Büchernachdrucks. Regensb.* 1790. *f.* cum adiectis literis ad viros doctos in Germania. Eiusd. *Veberſicht der Gründe wegen des ſtrafbaren Büchernachdrucks und Vorſchläge* cet. *Regensb.* 1790. 8.

8)

ac ciuilis vel politicae. III. *Priuilegia* (*s*) *librorum.* IV. *Mercatura ſolitaria eruditorum*, libros ſuos, ſuis ipſorum impenſis editos, nundinantium. (Der *Selbſtverlag.*) Haec ipſa diuerſi generis modos & facta pericula plura complectitur, praeſertim propoſitis tabulis & per amicos (Collecteurs) inuitandi & alliciendi emtores, qui vel ſubſcripto nomine vel parata pecunia partim ſingula partim plura mox edendorum librorum exemplaria redimant. (*Subſcriptionen. Praenumerationen.*) Noua Leibnitii (*t*), a Klopſtockio

8) *Die Abſtellung des Büchernachdrucks, als ein in der neueſten Kaiſerl. Wahlcapitulation nöthiger Gegenſtand, von* A. O. Kayſer. *Regensb.* 1790. 8. 9) I. W. von Archenholz *Briefe an Miniſter und Gelehrte in Wien.* 1790. 10) *Wider und für den Büchernachdruck, aus den Papieren des blauen Mannes. Im Reich und für das Reich.* 1790. 8. 11) De *Sonnenfelſii* conſiliis & ſtudiis & Auguſtiſſimi Imperatoris LEOPOLDI ſuper hac re placitis atque edictis vid. *Ien. Allgem. Lit. Zeit.* 1790. Intellig. Num. 100. p. 818. Num. 106. p. 866 ſqq. Num. 113. p. 934. 1791. Intellig. Num. 31. p. 242-250.

(*s*) De antiquitate *priuilegiorum librariorum* egere Io. Steph. Pütter *vom Büchernachdrucke* cet. *p.* 23 *ſqq.* G. D. Hoffmann *von den älteſten Kaiſerl. und Landesherrlichen Bücher-Druck-oder Verlag-Privilegien.* 1777. 8. Ex his ſcriptis priuilegiorum librariorum indicem chronologicum compoſuit *Io. Beckmann*, inſertum eius *Beyträgen zur Geſch. der Erfind. Vol. I. p.* 85-94. Antiquiſſimum priuilegium in his libris exhibitum eſt Venetorum in *Vinc. Bellouac. Spec. hiſt. an.* 1494. Antiquius interea protulit *Denis* in *Merkwürdigk. der Garell. Biblioth. p.* 169. in Tract. *Noſce Te ipſum an.* 1489; obſeruatum in *Mercier Supplem. à l'Hiſt. de l'Imprimerie de Proſp. Marchand.*

(*t*) De *ſocietate ſubſcriptoria* conſilium *Leibnitii* memoratur in eius *Epiſtolar. ad diuerſos, cum annott.* Chr. Kortholti, *Vol. I. Epiſt.* 291. §. 10. *Ep.* 202. §. 1.

ſtockio (*u*) propoſita ratio. Mercatus eruditorum Deſſauiae an. 1781 coeptus & per aliquot annos continuatus ſucceſſu caruit.

(*u*) Vid. eius *Subſcriptionsplan* 8 *Iun.* 1773. & *Nachricht von der Subſcription* praemiſſam der *Deutſchen Gelehrtenrepublik*, *Hamb.*. 1774. 8. Conf. *Zufällige Gedanken eines Buchhändlers über* Hrn. Klopſtocks *Anzeige einer gelehrten Republik*. 1773. 8. *Der Bücherverlag in Betrachtung der Schriftſteller, der Buchhändler und des Publicums erwogen. Hamb.* 1773. Huic ſcripto, aliud oppoſitum eſt: *Der Bücherverlag in allen Abſichten genauer beſtimmt*. 1773. 8. Conf. Io. Gottl. Richter & Io. B. Küſtner *de re libraria* p. 31 ſq.

Finis Partis prioris.

Errata:

Pag. 85	Lin. 19.	*pro*	aditus	*lege*	editus.
-	- 24.	-	ſſ.	-	ſ.
- 86	- 15.	-	recenſione	*lege*	recenſioni.
- 109	- 21.	-	queſierit	*lege*	quaeſierit.
- 112	- 16.	-	ſingularum	*lege*	ſingularem.
- 113	- 33.	not. c.	*pro* §. 40.	*lege*	§. 42. pag. 151.
- 121	- 22.	*pro*	operae	*lege*	opera.

AUG 19 1942